Quiditatem verò substãtiamue dilucide quidem nemo reddidit. Maxime verò ñ dicunt qui formas ponunt. Neque enim vt materiam sensibiliumnecq; vt causamvnde est principium motus formas ipsas:& ea quæ sunt in formis esse existimant: immobilitatis enim causam magis & vt res sint inquirere formas inquiunt esse:sed quiditatem formæ quidem cæterorum cuiq; præsidet:ipsum autem vnum formisid verò gratia cuius actiones mutationes motusq; sunt aliquo quidem modo causam esse dicunt. Sic autem non dicunt:nec eo modo quo sua natura flagitat:qui nãq; mentem aut concordiam dicunt:vt bonum quidem hasce causas ponunt:non tamenvt horum gratia quicquã sit eorum quæ sunt:aut fiat. Sed vt ab his horum profluant motus. Similiter & ñ qui & id quod est aut ipsum vnũ talem naturam inquiunt esse. Causam quidem illud esse substantiæ:non tamen huiusce gratia esse vel fieri dicunt. Quare partim dicunt partim non dicunt ipsum bonum causam esse: non enim simpliciter:sed per accidens dicunt. Quod quidẽ igitur rectè determinatũ est de causis:& quod & q nobis testimonium præbere videnr:& hi oẽs aliã causam tangere nõ valẽtes. Adhuc autẽ quia quærẽda sunt principia:aut sic oẽs:autho rum aliquo modo. Et videtur quod omnes isti testantur nobis:quia non possunt addere aliam causam. Et cum hoc manifestum est quod perscrutatio cadit de principijs: aut secundum omnes istos modos:aut secundum quosdam.

10 D. & videtur quod sermo istorum de numero causarum testatur nobis cum non possint addere quintam causam causis quas dicimus:& cũ hoc manifestum est quod cum declaratum est quod antiqui non potuerunt addere aliud principium quod perscrutatio aut cadet super omnia illa principia quæ diximus:aut super quædam in vnoquoq; entium.

Palã quomodo etiam horum vnusquisq; dixit:& quomodo habent de principijs. Contingentes autẽ dubitationes post hoc pertranseamus de ipsis. Quicunq; quidem igitur vnum ipsum esse,& vnam quandam naturam esse vt materiam ponunt:& eã corporeã & magnitudinẽ habentẽ palã:quia multipliciter delinquũt corporũ enim elemẽta ponũt solũ: incorporeũ vera nõ existentib? & incorporeis. De generatione quoq; & corruptione causam dicere conantes:& de omnibus physice tractantes motus causam auferunt. Amplius autem substantiam nullius ponere causam nec quod quid est. Quomodo autem locutus fuit vnusquisque eorum in eis:& quomodo





quomodo dubitandũ est per dubitationes possibiles in principijs intendendũ est post. Et omnes ponentes toti candẽ naturã quasi materiam,& ponẽtes eam corporalem habentẽ magnitudinẽ:manifestum est quod errant modis erroris:quia nõ posuerunt nisi elemẽta corporũ tantũ:& nõ subam nõ corporeã. Et voluerũt loqui de causis generationis & corruptionis,& locuti fuerunt etiã de alijs rebus naturaliter:sed abstulerunt causam motus. Et etiam non posuerunt substantiæ causam omnino neq; fuerunt locuti de quiditate illius.

Opiniones autem istorum de principijs iam dictæ sunt:quomodo autem posuit vnusquisq; eorũ principiũ illud quod posuit,& ratio quæ induxit illã ad illud,& quæstiones contingẽtes eis dicendum est posi. Deinde incepit dicere quæstiones cõtingẽtes eis,& quæstiões quæ primo dixit,& d. omnes ponẽtes &c. id est,& manifestũ est qd' antiqui qui posuerũt toti candẽ naturã quasi materiã,& fecerunt eam corporalem aut ignem:aut aerem:aut aquã errant modis erroris. Errant enim primo quia posuerunt primũ elementum corpus,& non posuerunt ipsum substantiã nõ corpoream, corpus vero videtur esse compositũ,& ideo contingit ei generatio & corruptio,& primum elementum non debet dici generari neq; corrumpi, contingeret enim elementũ habere elementum,& sic in infinitum. Deinde dedit diminutionẽ contingentem eis ex hoc qd' posuerunt primũ principiũ corpus,& d.& voluerunt loqui &c. id est,& voluerunt ex hac quæstione loqui de causis generationis & corruptionis & non potuerunt:quia vera generatio & corruptio nõ inueniuntur nisi in corruptibilibus:sed cum hoc potuerũt loqui in alijs præter generationem,& quasi laudat eos ex hoc modo qd' non possunt facere illi qui posuerunt principium rerũ naturaliũ mathematica. Deinde dicit sed abstulerunt causam motus,id est,sed cum hoc quod qui posuerunt causam materialem,& concesserunt motum dimiserunt causam mouentem materiam:cum materia a non mouetur per se,& cũ hoc dimiserunt causam agentem dimiserunt causam substantiarum singularium per quam sunt substantiæ in actu existentes per se,& est causa formalis.

Et ad hoc facile esse quodcũq; simplicium corporum principiũ:excepta terra:nõ cõsiderantes eam quæ exinuicem generationem,aliqualiter faciunt. Dico autem ignem & aquam & terrã & aerem. Hæc quidẽ enim cõgregatione:illa vero disgregatiõe ex adinuicẽ fiunt. Hoc autẽ ad prius esse & posterius plurimũ differunt. Et cum hoc dicunt facile cp corpora simplicia sunt principiũ:quia nõ fuerunt sustẽtati apud perscrutationẽ eorum de generatione eorũ ex inuicem prẽter terrã scilicet ignis & aqua & aer:nisi super hoc cp quædam generantur à quibusdam secundum congregationem: aut secundum segregationem. Et ista fuit dispositio eorum in primo,in postre-

11 Errant antiqui quia posuerunt primũ elemẽtũ corp? & nõ posuerũt ipsum substãtiã non corporeã. vide idẽ. 2. de generatione. t. cõ. 3.& 12. D me. c. 14. & hic infra te. cõ. 17.

a Materia nõ mouetur per se. vide 3. phy. 8.

mo autem diuersant magna diuersitate.

12 Res quæ videtur generari ex quatuor elementis differunt abinuicē in quidditate & diffinitione & a quatuor elemētis. Idē prio de aīa. c. 77. & 7. met. c. 60. & prio de gene. 34 & 2. de generatiōe & corruptiōe tex. c. 49. & in meteo. c. vlt. sed tunc videt oppo, primo ex de substātia orbis, vbi dicitur qd' vnū cōpositū nō habet nisi vnā formā substātialē.

Et omnes antiqui debēt q̄' facile esset q̄' elementū est vnū istorum triū scilicet aeria & ignis & aquæ præter terrā & hicl quod subsistētiæ sunt in hoc dicit vnusquisq; eorū est elementū sup vnā viā. Et causa in hoc est quia vadunt per viā cōmunē quæ nō ligni ficat hoc esse elemētū magis quā hoc, & vnusquisq; eorū dicit hoc esse elemētū: quia alia generātur ex eo: aut secundū cōgregationē: aut secundū segregationē scilicet densitatē & raritatē quæ accidūt eis propter partes ex quibus componūtur. Qui enim dixit qd' elemētū est ignis: intendebat qd' cætera generātur ex eo secūdū spissitudinē. Fingebat enim qd' quādo ignis inspissatur fit aer, & cū aer inspissatur: fit aqua. Qui autē posuit aerē esse elemētū intēdebat duos modos scilicet cū aer rarefit fit ignis, & cū inspissatur fit aqua. Qui autē dixit qd' elemētū est aqua: intendebat qd' cū inspissatur fit terra, & cū rarefit fit aer: nullus dixit q̄ terra elementū. Et bene potuit dicere secūdū hūc modū: & intēdebat qd' ponere generationē esse secūdū hunc modū facit vnūquodq; eorū esse elementū aliorū. Et per hoc q̄' dixit: in postremo autē diuersantur: intēdit cōtradicere eis vt videtur in hoc qd' ponūt modū diuersitatis inter elementū & elementatū secūdū spissitudinē & raritatē: quoniā si cōcessum fuerit hoc in quatuor primis corporibus: forte erit modus qui poterit dici. sed cū quæritū fuerit ab eis de diuersitate quę sit in postremo inter entia: & ista corpora simplicia nō poterit aliquis dare causam eius per densitatē & raritatē. Res enim quæ videtur generari ex quatuor elementis differunt maxime ab elemētis, & differūt se adinuicē: maxime adeo qd' nullus poterit dicere qd' hoc accidit per raritatē & densitatē: quia omnia ista differūt abinuicē in quidditate & diffinitione. V. g. caro ab osse, & ista quatuor elemētis. Et forte iste sermo est accusatio a quæstione contingēte eis in hoc qd' dixit: in postremo autē diuersantur multū, &. q.d. diuersitas eorū inter se est parua: quia nō diuersantur nisi secundū densitatē & raritatē simplicē nō duplicē. In postremo aūt quādo entia generātur ex eis multiplicatur raritas & densitas: tūc diuersantur entia magis: sed tamē proportio cuiuslibet istorū entiū etiā ad naturā quā vnusquisq; istorū opinabatur esse elementū demonstrat quod non excusatione scilicet quod qui dicebat quod elementū est ignis: dicebat qd' quiditas omniū entium est ignis. & in postremo sunt ignis, & similiter qui dicebat qd' elementum est aer aut aqua.

Aliqualiter enim vtiq; videbitur maxime elementare esse omniū ex quo primo fit cōgregatione. Tale verō est q̄ minutissime partis & subtilissimū est corporū. Vnde quicumq; ponunt ignē principiū: maxime confessē rationi dicunt. Tale vero & aliorū vnusquisq; cōfitetur elemētū esse quoddā corporū.

A

Opinio vero quæ magis consequitur ordinem est quemadmodum fuerint ex prima mixtione, & hoc, de minimis corporibus. Et ideo omnes dicentes quod principium est ignis cōcedunt hoc. Et secundum hunc modum cōcedit vnusquisq; eorum quod diffinitio elementi est ista scilicet quod est illud de corpori-



corporibus: cuius ordo est vltimus.

Opinio vero quæ est melior & elementis & magis conueniens appa 13 Diffinitio elementi. tentibus est dicere quod ista elemēta sunt composita ex prima mixtione quæ fit in corporibus indiuisibilibus. D. d. & ideo omnes dicētes quod principiū &c. id est, & omnes dicentes quod principiū est ignis: contingit eis concedere quod elementum est corpora indiuisibilia: quoniā apud eos ignis est principiū: quia est subtilius, & est subtilius propter paruitatem partiū ex quo contingit quod partes paruæ sunt principium. Deinde dicit, & secundum hunc modum concedit &c. id est, & secundum sermonem dicentē partes esse indiuisibiles: concedit vnusquisq; dicentium hoc quod diffinitio elementi est illud cuius ordo est vltimus in esse: & primus in tempore & generatione: non qui dixit qd' elementū est vnum corporum simplicium: quia nō est ordo alicuius istorum corporum vltimis in esse. Et intendit qd' qui non dicit partes esse indiuisibiles: non potest dicere diffinitionem elementi.

Nullus enim posteriorum & vnum dicentium terram elementum esse voluit: palam quia propter magnitudinē partialitatis. Quodlibet autem triū elementorum iudicem quendā accepit: hi nāq; ignem: illi vero aquam: alij aerem hoc esse dicunt. Sed quare terram non dicunt quemadmodum hominū multi: omnia namq; terram esse dicunt. Dicit autem & Hesiodus terram primam corporum factam esse. Sic enim antiquā & popularem contingit existimationem esse. Secundū igitur hanc rationem nec si quis horum aliquid dicet præter ignem: nec si quis aerem quidem spissius hoc ponit: aqua vero subtilius: non recte vtiq; dicet. Si vero est quod generatione posterius natura prius, & quod est dicere gestum & concretum posterius generatione. Horum vtiq; erit contrarium. A qua quidem aere prior, & terra aqua. Hesiodus posuit terrā rerū principium. B

Dicentes autem elementum esse vnum, & quod est terra videtur dicere hoc propter magnitudinem partium. Quoniam vnusquisq; eorum dicit vnūquodq; eorum. Quidam igitur dicit ignem, & quidam aquam, & quidam aerem, & non dicunt quod ex terra fit aliquid: sicut dicebant multi homines quod omnia sunt terra tantum. Et Hesiodus dixit quod terra est primum principium corporum, & opinabatur quod hoc esset famosum, & secundum hoc nullus eorum qui dixerunt ignem tantum, & eorum qui posuerunt quod aer est densior igne & subtilior aqua dixit recte. Si igitur illud cuius generatio est prima est postremū inesse naturaliter & coctum & distinctum generatio eius est postrema: tunc dicens quod aqua est ante aerem, & terram ante aquā: dixit econuerso.

Universidad de Deusto
Biblioteca



14 Dicentes autē quod terra est elementū videntur dicere hoc propter magnitudinem partium: quoniā subtilitas sit secundum paruitatē partium: ergo & grossities secūdū magnitudinē, & isti dixerūt in elemēto ecōtrario ei qđ debet esse. Illud enim cui⁹ ordo est vltimus naturaliter est minus. D.d. elemēta autē tria vnusquisq; eorū &c. id est, quia fugiendū est a positione elemēti alicuius nō cōuenientis diffinitioni elemēti: ideo nullus naturaliū dixit qđ terra est elemētū: sed dixerūt tria tantū. Quidā igitur dixerūt ipsum esse ignē, & hoc est magis propinquū diffinitioni elemēti, & quidā dixerūt aerem & aquā, & ille vir qui dixit terram est vir famosus imponēdo leges apud nos. D.d. & secundū hunc sermonē &c. id est, & secundū sermonē dicētis qđ terra est elementū: quia est magnārū partiū nō erit sermo dicētis qđ elementū est ignis: aut aer: aut aqua sermo rectus. & ermo enim dicentis ipsum esse ignem contrarius est huic sermoni. Sermo autē dicētis quod ipsum est alterū duorū elementorū reliquorū nō est verus: quia ex paruo fit magnū & ex magno fit paruū, & est sermo cōtradicens sibi. D.d. si igitur illud cuius esse est primū &c. id est, si igitur illud cuius esse est primū in tempore & postremū in natura est elementū: & illud cuius esse est postremū in tempore est generatum & distinctū ex elemēto: aut decoctum ex eo: aut quomodo voluerit dicere: tunc dicens quod aer est elementū ignis: aut aqua elementū aeris, & vniuersaliter spissatus elementū subtilioris: dicit ecōuerso diffinitioni elementi: quia cum aqua est ante aerem in generatione & aqua est in maioribus partibus quā aer sicut posuit maius ante minus in generatione & elementū ei. & est manifestū quia minus est ante maius in generatione: cum maius diuidiatur in minus.

Deponētibus quidem igitur causam vnam qualē diximus
C sint hæc dicta: idē igitur & siquis hæc plura ponit velut Emped. quatuor dicit esse corpora vel secūdū naturā, etenim huic hæc quidē eadē alia vero propria accidere necessariū est: ex ad inuicē enim ghata cernimus quod nō semper igne & terra eo dē corpore permanēte: dictum autē est, de eis in physicis, & de mouentiū causa vtrū vnū aut plura ponēdū: nec rectē nec irrationabiliter putādū esse dictū omnino est, & ex toto alterationē auferri aut necesse sic dicētibus: nō em̄ ex calido frigidū nec ex frigido calidū erit, quid em̄ ex hoc patietur hæc cōtraria, & quæ est vna natura quæ sit ignis & aqua: quod ille non ait.

Sint igitur ea quæ dicētur ponentibus eandem causam quæ fit ante isti sermones dicti, & per istā viam eamus cū ponentibus eam plures vna sicut Empedo. dicit enim quę corpora materialia sunt quatuor: contingent enim ei ista eadē & alia propria contingentia necessario & iā locuti fuimus de rebus quæ videntur alterari adinuicem cū non remaneant in eadē dispositione semper sicut ignis & terra & ipsum corpus, & etiā locuti fuimus in eis in naturalibus, & in causa mobiliumde ponēte vnam



te vnam causam aut duas. & non rectē dixit: nec; etiam bene dixit qui abstulit alterationem vniuersaliter. Contingit enim dicentibus hoc vt ex calido non fiat frigidum: nec; ex frigido calidum. idem enim non recipit contraria. Quapropter natura generata vniuersalis debet esse vna: aut ignis: aut aqua quod nullus dixit.

15
Cū igil istis cōtradictionib⁹ cōtradicamus alijs dicētibus q̄ cū materialis est vnū corpus istorū quatuor; & sicut contingit dicentib⁹ vnū elementū: & illud elementū sit cōpositū ex alio sicut cōtingit Empedocli: qui vtiq; eorū facit generationē per cōgregationē partiū & corruptionē per segregationē earū: & sic cōtingit eis vt aliquid sit prius elemēto: & causa in hoc est quia nullus eorū dicit alterationē esse. D.d. contingūt enim ei &c. i. contingunt enim Empedocli impossibilia ista pria. D.d. & iā locuti fuimus &c. i. & iam declaratū est in scientia naturali: quia cū ista quatuor corpora videnī alterari adinuicē in accidentibus & formis substantialib⁹ remanentib⁹? illis in hac corporeitate sinitionē. i. per densitatē & raritatem. Densitas enim & raritas a non faciunt transmutationem in substātia nec; in qualitate: cum sint de situ.

Et similiter dicentibus quod elementa sunt corpora indiuisibilia cōtingit non esse alterationem in substantia nec; in qualitate: nec; transmutationem in eodem corpore ex paruo in magnum, scilicet per quantitate continua secundū q̄ continuum est: nec; ex vna forma in aliam: & ista contradictio est communis Empedocli & dicētibus quod ista quatuor corpora sunt prima elementa: & quia generatio fit per cōgregationem & segregationē. D.d. & iam locuti fuimus etiam in naturalibus &c. scilicet q̄ locutus fuit in scientia naturali in istis rebus: quā b in hac scientia inducit illud quod declaratū fuit illic secundū rememorationē. D. considerat de eis in hac scientia secundū q̄ sunt entia. & illud est secundū q̄ sunt principia substātiæ: nō secundū q̄ sunt principia naturalis corporis. Sūt em̄ in hac scientia aliqua de quib⁹ perscrutat hic: & demōstratio erit de scientia naturali. V. g. quia in hac scientia quærit vtrū est substātia prima prior substātijs sensibilib⁹. D. ponit hic qđ declaratum fuit ex naturali scientia. s. primū motorē esse non motū omnino: & q̄ est principiū corporis quod circulariter mouetur. D.d. & nō bene dixit &c. id est & isti non rectē dixerūt cum abstulerunt alterationem in qualitate & substātia ab elementis: quia cum posuerunt q̄ elementa aut elementum sunt simplicia: fuit impossibile vt calidum ex his in frigidum mutaretur: nec; frigidum in calidum. Idem enim impossibile c est vt recipiat passionē: & vt transmutetur de contrario in contrarium: & hoc est contrariū ei quod comprehenditur visu. Et similiter impossibile est in elemento si fuerit corpus & simplex vt trāsmutatur de magno in paruum: aut de paruo in magnū. D.d. quapropter natura &c. i. quapropter cū illic non est alteratio in substātia. s. in elemēto aut in elementis: necesse est vt natura rerum compositarum ex eis sit natura

a Densitas & raritas sunt de prædicamēto situs. vide oppositā 7. ph. cō. 15. & 4. physi. § 4.

D
Diuersitas modorū cōsiderationis in hac scientia & in naturali philosophi 2. prō vide etiam infra cō. 18. & 7. met. 5. & 9. & 3. 9. & cō. pri. & 5. & 6. & 12. meta. & in 8. me. cō. 4. & in 4. meta. cō. pri. & 6. meta. com. 1. & 2. phy. com. 4. & 11.

b Aristo. in hac scientia iducit illud qđ declarātū fuit i scientia naturali secādū rememorationē.

A
c Idē enim impossibile

est vt recipiat passiones: & vt vsque mutet de contrario in contrarium: sed considera instantiam de materia prima.

tura elementi: ita quod si elementum fuerit ignis: erit natura omnium rerum ignis: & si aqua, aqua: & nullus eorum dixit hoc, scilicet quod compositi ex elementis conueniunt cum elemento nomine & diffinitione.

Anaxagorā verō si quis susceperit elemēta duo dicere suscipiat maxime secundū rationē quā ille qdē nō dearticulauit. Secutus est em̄ ex necessitate dicētes eā. Nā absurdo existēte taliter dicere pmixta esse à principio oīa: & cp oportet accidere cp impermixta præexistāt: & qa nō aptū est cuilibet permisceri quodlibet. Adhuc aūt qa passiōes & accidētia separanť à substātijs. Eorundē em̄ permixtio est separatio. Tamē si quis ꝓsequitur dearticulās quæ vult dicere forsan apparebit mirabilia dicens. Anaxagoras verō qui dicebat elemēta duo opinabat hoc proprie de sermone quem ipse non intellexit: & consequebatur quasdam sophisticationes quæ induxerunt eum ad hoc: & turpe est vt faciat ens in alia dispositione: & sermo de eo fit econuerso. Omnia enim sunt admixta cū principio. Quapropter necesse est vt primo sint non admixta. Et admixtio rerum non est propter paruitatem: & cum hoc passiones & accidentia separantur à substantijs. Admixtio enim & separatio sunt simul: & qui eorum diligit consequi verum in eo quod fit dicens verum: apparet in suis sermonibus.

16 Anaxagoras vero qui opinabatur cp causæ sunt duæ in actu, scilicet causa agens & corpus consimiliū partiū quæ sunt in mixtiōe nō secundū ordinē in id scilicet quia nō declarauit qualitatē existentē corporū cōsimiliū in mixtiōe: neq; etiā dixit illud per augmentū sufficies: sed ꝓ sophisticatiōes inductes eum ad illud. D.d. & turpe est &c. i. turpe est dicere aliquid in principio entium: quando apparet cp entia sunt in dispositione diuersa ab eo quod dictū fuit de suis principijs. Deinde dixit. & omnia admixta sunt cum principio. & narrat sermonē Anaxagore: & intendit per principium illud quod vocat admixtionem: & per admixta corpora consimilium partium. Deinde dixit, contingit igitur vt primo non sint admixta, id est contingit igitur Anaxagoræ cum dixit; quod res in principio sunt admixtæ vt ante non sint admixtæ. Quapropter mixtio non erit principium. Mixtio enim nō intelligitur nisi post segregationem. Deinde dixit aliud impossibile contingens Anaxagore in hoc quod dicit consimiles partes admixtæ sunt valde minime: & dicit contra ipsum quod mixtio vera nō fit per paruitatem partium. Illa enim mixtio non est nisi apud sensum. Mixtio autem vera est vbi mixta alterentur abinuicem donec fiat ex eis forma media.

B V.g. forma oximellis quæ fit ex mixtiōe mellis & aceti. Deinde dicit, aliud impossibile & dicit & cum passiones & accidentia &c. id est & cum hæc accidentia separentur à substantijs quando substantiæ admittentur: ita quod admixtio substantiarū & separatio accidentium fit intimul: & substantiæ cum sint erunt extra passiones & accidentia.

Mixtio vera ēt mixta alterent ad

Deinde



Deinde dixit, & qui diligit consequi verum &c. id est innuit cp Anax. volebat per istos sermones facere fimbrias sibi: aut defendere aliā opinionem famosam: sed melius est dicere quod hoc faciebat propter laudem: quia in suo tempore non erat lex quam defenderet.

Quoniā nāq; nihil erat discretum palam quia nihil erat verum dicere de substantia illa. Dico autem quod neq; albū neq; nigrum aut fuscum: aut alium colorem: sed non colorata erant ex necessitate. Horum enim colorem aliquam haberet. Similiter autem & sine sapore eadem hac ratione necaliud similiū quicq̄. Nec enim quale aliquid id possibile esse nec quātū nec quid. Aliqua enim in parte dictarum specierum inesset vtiq; eis sed hoc impossibile permixtis omnibus. Iam enim discreta essent. Quoniam autem in fundamento naturæ nō est aliquid distinctum: manifestum est: quia non vere dicitur in illa substantia quod est alicuius dispositionis. Dico neq; albæ neq; nigræ neq; alteri⁹ coloris. Sed sine colore necessario: & in eo est negatio istorum omnium colorum: & similiter sine aliqua admixtione: & similiter non erit in eo aliquid consimiliū partium: & non existimatur habere qualitatem aut quantitatem: aut aliud omnino. Quoniam illud quod dicitur de aliquo particularium illa sunt species illius: quod est impossibile.

Quoniam autem manifestum est quod in principio ex quo est generatio scilicet principium secundum naturam non debet esse aliquid eorū quæ generantur ex eo in actu: manifestum est quod illud principiū non debet esse in aliqua dispositione earum quæ fiunt ex eo: quoniam si ex eo fiunt omnes dispositiones substantiales & accidentales: & generatio non est ex eo quod est ens: sed ex eo quod est non ens: manifestum est cp illud principium non debet esse in aliqua dispositione: neq; secundum qualitatē accidentalem neq; substantialem neq; secundum quātitatem. Quoniā si diceretur de eo aliquod istorū: tunc esset anteq̄ generaretur ex eo: & manifestū est quod nō generatur nisi illud quod nō est: & ideo necesse est sicut dixit: vt in eo sit negatio colorum & negatio omnium formarum. Et hoc intendebat cum dicit & similiter est sine mixtione, id est quod cum eo non admisceatur aliqua natura: & ideo sicut dicit nō erit in eo aliquod corpus consimiliū partiū. D.d. & nō existimat habere quātitatē &c. i. & non est possibile existimare ipsum prædicari de aliquo ente. V.g. vt habeat qualitatem aut quātitatem: aut aliud genera entium. Quoniam si ita esset: tunc esset genus entium de quibus prædicatur. Et iuxta esset tunc essent illa entia species: & ipsum esset genus eorum. Et dixit hoc: a quia declaratum est post: quia genus est aliud a materia. Genus enim est forma vniuersalis: materia autē secundū cp in ea nō debet esse in actu aliquid oīno: & ex eis quæ recipit nullā habet formā oīno b neq; vniuersalem: neq; particularem: sed primo recipit formā vniuersalem: & postea mediante forma vniuersali recipit

inuicem: donec fiat ex eis forma media. Vide 1. de gener. 86. & 89. & 60. & 2. de gener. 48.

C In fundamēto naturę nihil est distinctum.

17

a Documētum sine digressio quæ ostēdit materiā agūe deferre. ꝑ quo vide. 12. me. 12. cō. 14. & 8. me. cō. 6. D & 7. meth. com. 43. & 46. vide tū oppositū in 10. met. text. com. 24.

b Materia nō habet oīno aliquam

formam ex recipit formas alias vsq; ad indiuiduales. & est vna in numero a secundum q; est subiectū formarū indiuidualiū: & multa secundū formas: quia diuiditur per eas: est vniuersaliter sim ilis generi: sed differt a genere qa est vna in numero in multis secundū q; esse eius est in potentia. Genus aūt est vnū in forma media inter actū & potentiā in multis. Et ideo habet genus prædicari de pluribus speciebus & sic indiuiduis illarum specierū. Materia aūt nō pōt prædicari de speciebus gñatis ex ea. Antiqūt & maxime Alex. scripserūt demātiue q; gen⁹ est aliud a materia.

eis quæ recipit sed primo recipit formam vniuersalem: & ex mediante recipit alias vsq; ad indiuiduales.

a Materia est vna numero secundum qđ est subiectū formarū indiuidualium & multa secundum formas: quia diuiditur per eas. vide idē 12. metā. 11. & 14. com. & primo de gñā. 22. & 1. cō. 29. Et 4. physi. tex. cō. 84.

Dicit autem permixta omnia præter intellectū: hūc aūt impermixtum solum & purum. Ex his itaq; accidit ei dicere principia ipsum vnum. Hoc enim simplex & impermixtum: & alterum quale ponimus indeterminatum: anteq; determinetur: & quadam specie participet. Quare dicitur quidem non recte nec plane: vult tamen aliquid dicere simile posterius dicentib⁹: & nunc apparentibus magis. Verum hi quidem his qui circa generationem sermonibus & incorruptionem & motum proprij sunt solum. Verum namq; circa talis substātię principia & causas quærunt solum. Quicunq; vero de omnibus existentibus faciunt theoricam. existentium autem hæc quidem sensibilia: illa vero insensibilia ponunt: palam quia de vtrisq; generibus perscrutationem faciunt. Propter quod magis vtique immorabitur aliquis de eis quid est bene aut non bene dicunt: ad præsentem nobis propositorum perscrutationem.

Omnia autem sunt admixta: & rursus dicit omnia quidem præter intellectum, purus enim est non mixtus: & in istis reb⁹ contingit dici quo ad principia quandoq; esse vnum & simplex sicut posuimus ipsum esse indeterminatum antequam determinetur alio modo: qui igitur dicit alium sermonem: aut cō similem non recte dicit: & præcipue illi quos diximus. Sed isti sermones non conueniunt nisi in generatione & corruptione & motu tantum: & ista perscrutatio de substantia & principijs & causis sufficit ei qui ponit suam considerationē in omni ente. dicit entium: quædam sensibilia: quædam insensibilia. Et manifestum est quidem secundum hunc modum quem posuerunt in vtroq; genere: & ideo si aliquis voluerit experimentari hoc quod dixerunt vtrum recte dixerunt: aut non: poterit hoc facere ex perscrutatione quam diximus modo.

18 Ex his igitur quæ diximus contingit dicere in principijs quandoq; esse determinata: quandoq; esse non determinata. Sunt enim non determinata & in potentia: quia si non essent sic non esset generatio. Sunt autem determinata: qa si nō essent sic tāc gñatū nō esset determinatum. Dicit qui igitur dixit alium sermonem &c. idest & qui dixit alium sermonem



nem scilicet quod elementum & principium est in actu ex natura rerum quarum est principium, non dixit recte, & innuit omnes. Vnusquisq; enim eorum non posuit principium materiale aliquod extra ea quæ generantur ab eo, & sic non erit illic generatio. Generatio enim est ab eo quod est in potentia non in actu. Deinde dicit, & præcipue illi quos modo diximus, & innuit. Empedocles qui ponebat elementa esse in actu, & quod non alterantur adinuicem. Et quia perscrutatio de elementis rerum mobilium est propria scientiæ naturali, & considerationis de eis in hoc loco non est nisi secundum quod sunt principia substantiarum existentium per se, & tamen loquutus fuit hic cū illis sermone naturali. Et. d. sed isti sermones non conueniunt &c. id est quod sermo verus conueniens huic principio est sermo acceptus ex rebus naturalibus. Perscrutatio autem de hoc principio quod modo diximus, & perscrutari sumus sine distinctione sufficiens est in hoc loco secundū quod oportet in cōsideratione hac. Et cum dixit hoc, voluit demonstrare causam cogentem homines ad dicendum quod ista consideratio est duarum considerationum non vnius, cum etiam multi homines reputent naturalem scientiam & diuinam esse eandem. Et. d. qui ponit suam considerationem in omnibus entibus &c. id est quia quidam antiquorum apud quos diuisa sunt entia in duo scilicet sensibile & insensibile cum considerauerunt in vtroq; genere, & posuerunt ea vnum genus ideo sermo contra eos erit proprius huic scientiæ, & isti sunt qui posuerunt mathematica esse principia sensibilium. Deinde dicit, & ideo si quis voluerit experimentari &c. id est, & quia iste sermo prius est contra eos, ideo si quis voluerit scire vtrum verum aut nō verum dixerunt, poterit hoc facere perscrutatione quam modo perscruta sumus & ex istis sermonibus quos inuenimus.

F Consideratio de elemētis rerū mobiliū est propria scientię naturali. & cōsideratio de eis i hoc loco non est nisi vt sunt substantiæ. vide idem. 5 G com. 15. & quæ ibi.

Multi homines reputāt quod naturalis philosophia & scientia diuina sunt eadē scientia.

Pythagorici igitur vocati principijs & elementis extraneę à physiologis sunt vsi. causa verō quia acceperunt ea ex nō sensibilibus. Num mathematica existentium sine motu sunt extra ea quæ sunt circa astrologiam. Disputant tamen & tractāt omnia de natura. Generant enim cælum, & quod circa huius partes & passiones & operationes accidit obseruant. Et principia & causas in hæc dispensant, quasi alijs physiologis consentientes. Quia ens hoc est quodcunque sensibile est, & comprehendit vocatum cælū. Causas verō & principia sicut diximus. Qui verō vocantur pythagorici vtuntur principijs & elementis modo diuerso ab eoquo vtuntur loquentes in naturis. Et causa illius est quia non acceperunt ista ex sensibilibus. Mathematica enim sunt sine motu, præter ea quæ sunt in astrologia. Et isti sunt qui semper disputant & loquunt de natura, & cōsiderāt cælū, & partes ei⁹, & actiōes & passiōes. & cōsequētia ista, & dāt illi principia & causas vt numeroni naturalib⁹. Entia enim nō sunt nisi sensibilia, & accipiūt illud qđ dicit cælū. Et dictum

Mathematica sine motu sunt, præter ea quæ sunt in astrologia.

dicunt in causis principijs multos sermones sicut diximus.

19 Cum declarauit ꝙ ex perscrutatione ista potest homo errorem scire istorum qui admisceꝫ duo genera entium, scilicet sensibile & intelligibile, & ponunt intelligibile causam sensibilis, incepit declarare hoc.

Et d. qui autem pythagorici &c. id est, quia pythagorici posuerunt causas rerum naturalium res nō conuenientes & non essentiales rebus naturalibꝫ. D. d. & causa in hoc est &c. i. & causa in hoc qđ ponūt rebus naturalibus principia inconuenientia est, quia non quærunt principia sensibilium secundum quod sunt sensibilia & mobilia, sed quærunt principia eorum ex rebus non mobilibus, scilicet mathematicis in quibus non est motus præterquam in astrologia. Et debes scire quod

I Documẽtū. Quomō sola astrologia inter mathematicas disciplinas motū considerat. Vide etiā. 12. me. c. 44. & 2. phy. c. 18. & 2. cæ. cō. 57

licet subiecta astrologis sint mota, scilicet corpora cælestia, non tamen considerat in eis astrologus secundum quod sunt mota, sed considerat de figuris & situs eorum secundum quantitatem motuum & secundū velocitatem & tarditatem, & considerat etiam de quantitate eorum. Naturalis vero considerat de naturis eorum secundum quod sunt mobilia, & declarat qualis modus motuum est possibilis in eis, & qualis non. Deinde dicit, & isti disputant &c. id est, pythagorici cum hoc quod in rebus naturalibus non vtuntur principio naturali volunt se assimilari naturalibus & loquuntur de natura etiam, & in moribus cæli, & etiam suis partibus sicut naturales loquūtur de actionibus & passionibus in rebus quæ sunt sub cælo, & laborant in omnibus istis in dando causas eorum per mathematica, scilicet numeros. D. d. vt numerentur in naturalibus &c. id est, & locuti sunt in istis rebus, & vt numerentur in loquentibus de natura, concedebant enim quod entia sunt sentibilia, & quod sunt alia insensibilia, scilicet substantiæ abstractæ quæ sunt principia sensibilium. Deinde d. & accipiunt illud quod dicitur cælum. i. quod isti ponebant cælum de natura rerum quæ sunt sub cælo, & dicunt in causis apparentium in eo multos sermones, & innuit per hoc ponentes species numerorum causas entium. Verbi gratia, quia ponebant numerum parem causam entiū quibus accidit esse patia. Et ponunt impares causas entium impariū. Verbi gratia, quia ponunt ternariū causam oīum entiū quibus accidit esse tria sicut quaternariū & quinariū. Ista eīm opinio est famosa & credita apud istos hoses.

Dicunt sufficientia pertingere vsque ad ea quæ sunt entium superiora, & magis quam de natura rationibus conuenientia. Ex quo tamē modo motus inerit finito & infinito solum supposito is, & pari & impari non dicunt.

Ascendamus igitur ad illud quod est altius de entibus, & præcipue ad illud cui conuenit sermo naturalis, & dicamus ꝙ motus quoquo modo quidam est finitus & quidam infinitus, & nihil de subiecto pari & impari.

20 Quoniā oēs antiqui conueniūt in hoc ꝙ principia sunt contraria & pythagorici ꝙ opinabant ꝙ entia sunt numeri, dicebāt ꝙ cōtraria quæ sunt principia numerorū sunt finitū & infinitū, incedit contradicere eis Et d. ꝙ hæc duo cōtraria inueniunt in motu, qua ꝓpter motꝰ est numerus. Et



rus. Et quia omnia duo contraria indigent subiecto: & isti cum dixerunt de infinito & infinito nō dixerunt de subiecto eorum. d. & nihil dicūt de subiecto: & qa cōtrarietas in numeris est par & impar: & mēti? est opinari numerum esse compositum ex contrarijs: & opinari ꝙ ista cōtrarietas est par & impar dixit & nihil dicūt de subiecto pari & impari.

Et quomodo sine motu & transmutatione possibile generationem & corruptionem esse: aut eorum quæ feruntur opera circa cælum. Amplius autem: siue quis det eis ex hic esse magnitudinem: siue ostendatur hoc tamen quomodo erunt hæc corporum leuia: illa vero grauitatem habentia. Ex quibus ēm supponunt & dicunt: nihil magis de mathematicis corporibus dicunt quam de sensibilibus. Vnde de igne & terra & alijs huiusmodi corporibus: nihil dixerunt: sicut nihil de sensibilibus vt existimo dicentes proprium. Et quomodo potest esse generatio & corruptio sine motu & alie ratione: & actionibus diuersis quæ sunt ex cælo: & cum fuerit concessum aut fuerit declaratum quod ex istis rebus fuerit magnitudo quomō igitur videtur fieri. Corporum enim hoc est leue: hoc est graue: præter illa quæ ponet: dicūt quod nihil est magis dignum eis scilicet corpora mathematica et sensibilia. Et ideo non dixerūt de igne & suis sensibilibus corporum: neque videntur etiā dicere de sensibilibus sermonem conuenientem.

Et cum omnia fuerint numeri: non erit illic motus omnino: & cum motus non fuerit: nec alteratio, necꝑ motus cælestis diuersi non erit generatio & corruptio. Deinde d. & si fuerit concessum &c. i. & impossibile contingens eis est: quia congregant ex discreta quantitate. s. vnitatibus magnitudinem continuam: sed si hoc fuerit concessum: aut ponatur quod impossibile est declarari: quomodo ergo erit diuersitas istorum corporum naturalium. D. d. corporum enim hoc est leue: & hoc est graue &c. i. manifestum est enim quod corporum sensibilium: hoc est graue: & hoc est leue: quomodo possimus dare causam & leuitatis & grauitatis cum hoc quod ponunt corpus graue & leue: & vniuersaliter corpus sensibile idem cum mathematico. Nō enim idem ponūt corpora mathematica esse priora substantia & diffinitione corporibus sensibilibus: sicut faciunt ponentes corpora mathematica principia corporum sensibilium secundum diffinitionem & esse. Isti autem non ponunt aliquod eorum esse prius secundo. Immo ponunt corpora mathematica. s. composita ex numeris idem cum sensibilibus: & ideo non possunt dare causam quare quædam sunt grauia & quædā leuia. Et contingit a eis non dicere sermonem conuenientē in sensibilibꝰ: quia intromiserūt se dare causas rerum mobilium ex non mobilibus.

Amplius autem quomodo oportet accipere eas quidem esse numeri passiones: & numerum circa cælum existentium & factorum & ab initio: & nunc. Numerum vero alium nullū esse



a Cōtingit antiqꝰ nō dicere sermonē cōueniētē i sensibilibus: quia intromiserunt

B se dare causas rerū mobiliū ex immobilibus.

21 Idē supra. text. 19. & 3. text. 61. Idē hic cō. & 1. sequenti. & 2. text. com. 5. 9. & hic infra. c.

Universidad de Deusto
Biblioteca



præter numerum hunc: ex quo constituit mundum.

Et etiam quomodo intelligendum quod passiones numerorum sunt causæ: & numeri qui sunt ex cælo sunt existentes & proprij: & in æternum: & nunc: & nullus alius est numerus ex quo fit constitutio mundi.

Et quomodo possumus intelligere quod passiones numerorũ sunt par & impar: aliæ sunt causæ passionum rerum sensibilium: sicut albedinis & nigredinis. Nulla enim proportio est inter passiones numerorum & passiones entium naturalium. Et si entia mobilia essent numerus: tunc inuenirentur in eis passiones numerorum necessario. Deinde dicit. & numeri qui sunt ex cælo &c. id est, & numeri ex quibus fit cælum in quo differunt a numeris ex quibus fiunt alia quæ sunt sub cælo. Cælum enim habet naturam existentem sibi proprium aliam ab ea quæ est generabilium & corruptibilium: cum cælum semper est in præsenti & præterito & futuro. Et omnia generabilia & transmutabilia sunt corruptibilia: & natura numerorum apud eos ex quibus constituitur mundus est eadem natura.

Nam cum in hac parte opinio & tempus sit eis parũ vero desuper aut subtus iniustitia: aut discretio: aut pmixtio. Demõstrationem autem dicunt: quia horum vnũquodque numerus est. Accidit aũt secundũ hunc locũ iam pluralitatem esse cõstitutarum magnitudinum: & passiones hæ loquũtur singula loca. Vtrum idem est numerus qui in cælo est quem oportet accipere: quia horum vnumquodque est: aut præter hunc alius.

Et cum existimauerunt in aliquo particulari aliqua existimatione erit secundum illam existimationem: & dicũt quod hoc quod est superius & inferius: & mixtio: & distinctio est demonstratio ꝙ quilibet istorum est numerus. Quapropter contingit vt magnitudines secundũ hunc modũ constituantur ex multis. passio enim cuiusibet eorum sequitur vnũquęque locorum. Quando igitur erit iste numerus qui est in cælo: & hoc est opinandum quod est vnumquodq; istorũ aut proprie.

Id est, & cõtingit huic opinioni vt scientia particularis sit necessaria nõ trãsmutabilis, quia est ex nõ transmutabili: quapropter necesse est vt sensibilia sint nõ transmutabilia in suis subiectis cũ sint numerus.

D.d. & dicunt &c. i. quia entia in maiori parte sunt paria. V.g. superius & inferius & alia cõtraria significit ꝙ entia sunt numeri. Contingit ergo huic opinioni vt ola corpora sint cõposita ex multitudine numerali: quapropter natura eorũ omniũ entium erit eadem natura: & diffinitiones eædem quæ sunt in eis: & passiones propter quod diuersari in nominib⁹ & diffinitionibus: adeo ꝙ quoddã corporũ dicatur cælũ, & quoddã aqua, & quoddam aer, & quoddam ignis: non acquirentur ab istis corporibus nisi propter loca: nõ quia habẽt differentias substantiales dãtes eis ista loca: sed eõuersio qd̃ est impossibile. Cõtingit eni[illegible]

C Cælũ habet naturã existẽtẽ sibi. p. priã aliã ab ea quę est generabiliũ et corruptibilium. Vide 2. physi. cõ. & primo cę li. cõ. 5.

22

D Secũdũ ar.



huic positioni vt idem corpus & eiusdem naturæ quãdo fuerit superi⁹ erit cælum & æternum propter locũ: & quando inferius erit ignis: aut terra: aut aqua: aut aer: aut generabile: aut corruptibile propter locum.

Et quia ista impossibilia non aperte fuerũt dicta ab eis dixit: & hoc est opinandum &c. i. & hoc quod contingit eis est opinandum in vnoquoq; corporum secundum opinionem eorum.

Plato nãq; aliud ait esse: existimat etiam quidem & ille numeros hoc esse & horum causas illos vero intelligibiles: hos vero sensibiles. De pythagoricis ergo dimittatur ad præsens: sufficit enim ea tangere tantum.

Plato autem dicit esse aliud: opinatur enim quod ista & suæ causæ sunt numeri. Sed causæ sunt intellectæ: ista sunt sensibilia: Dimittamus nunc sermones pythagoricos: & simus contenti in hoc quod diximus.

Plato autẽ dicebat qd̃ numeri qui sunt causæ sensibilium sunt alij a numeris qui sunt res sensibiles. Opinatur enim ꝙ numeri qui sunt causæ sunt naturæ intelligibilis: & numeri quorum alij sunt naturæ sunt causæ sensibilis. Et cum vidit quod hoc quod dixit in contradictione pythagoricorum est sufficiens: & qd̃ post hoc oportet contradicere dicentibus numeros esse causas sensibilium. d. dimittatur nunc &c.

Qui vero ideas posuerunt. Primum quidem existẽtium accipere causas quærentes alia his æqualia numero attulerunt. vt si quis numerare volens paucioribus quidem existentibus posset non posse: plures vero faciens numerare. Nam vere æquales aut non pauciores his sunt species.

Qui autem posuerunt species esse causas: primo quærũt causas existẽtibus: & secundo accipiunt quod numeri istorum sunt æquales: adeo quod si homo voluerit numerare, non poterit facere entia minus: sicut non potest ea magis. Species igitur sunt æquales: aut non minus.

Qui autem posuerunt species causas entium sensibilium primo peccant peccato: quærẽtes scire causas vniuscuiusq; entis ex alio ente: & non ꝙrit causam eis ex suo intellectu vñ. Et d. hoc ꝙ cum perscrutati fuerint de necessitate quæ inuenitur in scientijs rerũ imposuerũt alterã speciem entiũ & sunt quæ dicũtur formæ: & deberent dare causam in hoc secundũ ꝙ in eis est intellectã intentio cõmunis per aliud ens cum quo nõ habet cõmunicationẽ: & sic naturã abstulerunt speciei quæ est intẽtio vñis. Et quia fecerunt entia omnia contraria in nomine solũ: & abstulerunt nomen vnidocum & abstulerunt scientias. D. d. & secundo peccant: &c. i. & secũdo peccant: quia ponunt in qualibet specie speciei entiũ numerũ parem: & ꝙ nulla species est impariis: adeo ꝙ si homo voluerit numerare nõ poterit numerare ex spẽbus min⁹ ꝙ par: sicut nec poterit magis ꝙ par. D. d. si species igit &c. i. spẽs igit sunt æquales aut non magis nec⁹ minus: & intendit per æqualitatem paritatem,

tiqui quos dixæ subsũtiales corporum sunt ꝓpter loca: sed oppositũ tenet Ari, vide primo cæ. cõ. 5. & quæ ibi.

24

25

Natura specialis nullũ habet esse nisi secundum qd̃ est intellecta: contrapo-

Universidad de Deusto
Biblioteca



nentes vniuersalia/rea lia. Vide idē primo de anima.com. 8. & .2. de anima cō. 26 60. &.1. de anima.c.18. E &.12. meta. cō. 4. Et .1 ibi idē hic consequēti.

De quibus q̄rentes causas ab his ad illas puenerūt: secūdū vnū quodq; eōrū æquiuocū homogeneū aliq̄d: est & circa substantias aliorum est in multis vnum: & in his & in sempiternis.

Et isti dimittūt illud ex quo q̄rūtur causæ & declināt ab eo: q̄m in vnoquoq; istorum est nomen cōmune: & in substantijs rerum erit in multitudine vnum & in istis & in æternis etiā.

Et isti dimittunt viam ex qua quærunturr causæ rerum: & est consideratio in natura eorum specialī non ex consideratione in natura aliorum entium: cum quibus non habent communicationem. D.d. quoniā in vnoquoq; istorum &c. i. quoniam in vnoquoq; individuorum speciērum est nomen commune: & intentio communis: ita quod contingit vt in substantijs quæ sunt hic sit vna intentio communis: & si sint substantiæ eternæ quæ faciunt eas intelligi: & dant diffinitiones earum vt in eo sit intentio communis vna: vniuersaliter natura specialis quæ nullum habet esse nisi secundum quod est in intellectu.

Amplius autē secūdū quos modos ostendimus: qa sunt spēs secundū nullū intellectū videnē eorū. Ex quibusdā vero nō est necesse fieri syllogismū. ex quibusdā vero est: & nō quorū putamus: horum fiunt species: quia secūdum rationes eas quæ ex scientijs species omnium erūt quorūcumq; sunt scientiæ: & secundū vnū in multis & negationibus: & secūdū intelligere autem aliq̄d corruptibilium: phātasma enim aliquid horum est.

Et etiā nō declarant modum qui declarat esse specierum: & quod ista habent esse. Ex quibusdam enim nunquam fit syllogismus necessario: & ex quibusdam non declarantur nobis ea quæ existimantur esse species. Secundū aūt sermones acceptos ex scientijs species non sunt nisi rerum quæ sunt scientiæ: aut ex vno in pluribus ex affirmatiuis entibus ex imaginatione autem alicuius corruptibilis rerum corruptibilium: hæc non est nisi imago aliqua istis rebus.

27 Et etiā nō est manifestū q̄ substātia vniuersalis habet esse eodē modo secundū quē hæc substātia singularis habet: substātia enī individualis nō fit ex ea syllogismus nō fit nisi ex substātia vlis & substātia vlis nō fit syllogismꝰ ad eā omino duæ ergo substantiæ illæ sunt diuersæ. D.d. secundū aūt sermones &c. i. sermones aūt qui sunt demōstrationū partes: & dicūtur scientie nō sunt aliud quā species: & ista sunt quæ cōstituūrur ex vniuersali q̄d sic describitur: quod est vnū prædicatū de pluribus. Et ex affirmatiuis quæ describuntur sic: aliquid prædicari de aliquo. Et cū distinxerit inter particularia & spēs: vult modo distinguere inter naturā imaginationis & intellectus & d. ex imaginatione &c. i. ex imaginatione vero alicuius corrupetibilis hoc est imago nō res intellecta. Et intēdebat per corruptibilia in dubdua quæ collocantur sub generibus quæ sunt scientiæ sicut: Collocantur

Vniuersalis descriptio.

F



ētur in vniuersali quod prædicatur de pluribus: & sic collocantur sub affirmatione & negatione. Vniuersale eīm nō habet esse nisi secundū quod est scientia. i. secundū q̄d est in anima: & similiter affirmatiuū & negatiuū. Et intendit quod comprehensiones quæ dicuntur scientiæ sunt rerū quæ sunt in sensibilibus nō generabiles nec corruptibiles nisi accidentaliter: & sunt intentiones vniuersales quas intellectus comprehēdit in eis: & sunt formæ. Comprehensiones vero q̄ sunt corruptibiliū & generabilium scilicet individuorum compositorū nō sunt scientiæ sed imaginatiōes eorū. Et quasi intēdebat q̄ ista sensibilia a habēt duos modos comprehēsionis: modū qui nō est scientia rorum sed imago: & modum qui est scientia eorum: & est intellecta vniuersalia.

Vniuersale non habet esse nisi secūdum q̄d est scientia. i. secundū q̄ est in anima. Vniuersalia non sunt generabilia & corruptibilia: nisi per accidens. a Sensibilia habent duos modos comprehensionis. Vide aliam diuisionem c. de anima 333.

Amplius autem rationum certissime: aliæ quidē eorum quę ad aliquid ideas faciunt: quorum nō dicunt esse secundū se genus. Alie vero tertiū hominem dicunt esse: & omnino quę sunt de speciebus rationes auferunt ea quæ magis esse volunt dicentes esse species quā ipsas ideas. Accidit autem ei dualitatem nō esse primam sed numerum: & ad aliquid ipso quod secundum se: & omnia quæcumq; aliquid speciebus opiniones sequentes oppositerunt principijs.

Verificantes autem sermones quidā ponūt species de relatiuo: & non opinātur q̄d aliquid per se est genus: & quidā dicūt tertium hominē esse: & isti auferunt per vnitatē sermones qui sunt in speciebus: & præcipue qui opinantur dicentes esse species quot sunt ista. Et contingit ex hoc vt dualitas non sit prior numero & hoc etiam est relatiuum ad aliquid: deinde dicitur de se & alia dicunt quidam de opinionibus in formis & errauerunt in eis per principia.

Dicit q̄ philosophi verificātes sunt illi q̄ opinant q̄ species sunt relatiuæ & q̄ nō sunt existētes p se: cū manifestū est de relatiuo q̄ nō dicit nisi in respectu alicuius: & cum relatiuū auferetur: auferetur illud quoniā aūt species sunt correlatiue manifestū est ex diffinitiōe sua: species enim est illud q̄d est magis proprium duorum vniuersalium quod potest responderi ad quid. D.d. & quidam dicunt tertium &c. id est & quidam dicunt quod si homo sensibilis habet hominē intellectū: sic homo intellectus debet habere hominē tertiū. D.d. & auferūt per vnitatem &c. i. & per hoc: quia ponunt formas esse eadem in numero auferunt diffinitiones specierum. Vnum enim in numero non prædicatur de pluribus & species est vna intentio secundū formā: & ideo diffinit quod est vniuersale p prædicabile de pluribus secundū quid: & hoc contingit magis dicentibus quod natura specierū abstracta est cadē cū natura sensibiliū. D.d. & cōtingit ex hoc quod dualitas &c. i. quia cū genera & spēs sunt res existētes per se: cōtingit vt sint priora et posteriora ex quibus componuntur illa quæ collocantur sub illo genere. Intellectum enim vniuersale est prius secundum causam & tempus: eo quod

28

Vnū numero non prædicat de pluri

c 3 est

bus. Idem Porphirius cap. de genere: & in pdicamẽtis. ca. de substãtia Intellectum vñe est priꝰ secũdũ causam, & ẽpe: eo q ẽ sub eo. opp. primo de aĩa. t. com. 8.

est sub eo. Dualitas igitur ex qua componitur numerus est posterior numero. & composita ex quatuor elementis sunt priora elementis. Deinde dixit, & hoc est relatiuũ &c. id est & quomodo numeꝰ erat priꝰ dualitate: & dualitas est existens per se. numerus autem est ex relatione.

Deinde dixit, & dicitur de se, id est quod cũ numeꝰ ponatur abstractus & fuerit semper dictum de alio: contingit vt dicatur de se: quod est impossibile. Deinde dixit, & alia dicta &c. id est & hæc impossibilia contingunt omnibus opinionibus dictis a ponẽtibus formas & eorum rebus in hoc in perscrutatione principiorum.

Amplius aũt secũdũ existimationẽ quidẽ secũdũ quã esse dicimus & ideas esse non solũ substantiarũ species sed multorum aliorum. Et enim conceptus vnus nõ solum circa substantiã: sed & de alijs est. Et scientie non solum sunt ipsius substantiæ: sed & aliorum. Accidunt autem & mille talia alia.

Et etiã secundũ intelligere de quo dicebant esse formarũ cõtingit vt formæ non sint tantũ substantiarũ: sed & non substãtiarũ. Et similiter sciẽtię, & nõ sunt tantũ substãtiarũ sed aliarũ rerum: & talia multa innumerata quæ contingunt eis.

29 Id est & etiam contingit eis cum dixerũt quod intelligere est formarum existentiũ per se vt formæ non sint substantiarum sed accidentiũ. Intelligere enim non est tantum substantiarum: sed accidentium.

Secundũ vero necessitatẽ & opiniões de eis si sunt participabiles species substãtiarũ: necesse est ideas esse solum: nõ enim secundũ accidẽs participantur: sed oportet hac vnusquisq; participare inquantũ nõ de subiecto dicũtur. Dico autem vt si qd per se duplo participat hoc & sempiterno participat: sed secundum accidens. Accidit enim duplo sempiternũ esse: quare substantia erit species. Hæ vero substantiam hic significant & ibi. Aut quidem erit ipsum esse dicere aliquid præter hoc vnum in multis. Et siquidẽ eadẽ species idearũ & participantiũ aliquid erit cõmune. quid enim magis incorruptibilibꝰ dualitatibus: & dualitatibꝰ quidẽ multis sed sempiternis dualitas vnum & idem: qm̃ in hac & aliqua: si vero nõ eadẽ species æquiuocatio erit & simile: vt si quis vocat hominẽ calliã & lignum. nullã illarũ cõmunitatẽ inspiciẽs. Secũdũ aũt necessariũ est: & qd existimat in eis secundũ illũ vtrũ species substantiarũ sint admixtæ. Necessariũ est vt species sint singulares qa determinatio eorũ nõ est per accidẽs. Sed necesse est vt quodlibet eorũ in se sit determinans cũ nec dicatur de subiecto. Dico vt in aliquo fit duplum in illo: igitur erit æternitas: sed per accidens. Accidit enim duplo quod fuit æternũ: & res quarũ species sunt substãtiæ: sunt in hoc loco significantes substantias. Illic vero quales

cunq;



cũq; sit ens dicitur esse aliquid, & cũ hoc vnum de pluribus. Si igitur est species specierũ & determinata habẽt aliquid in aliquo cõmunicãt, quid est igitur illud cp est propriũ dualitatibꝰ corruptibilibus. Et dualitas est propriũ dualitatibus corruptibilibus, & dualitas est multitudinis. Dualitas enim est æterna & est eadem, dicitur ergo in respectu alicuius & de se, & si species nõ fuerit ea dẽ: tunc erunt æquinoca. Verbi gratia, vt aliquis vocet hominem chilum & lignum sine cõsideratione ad intẽtionem in qua communicant.

Secũdũ autẽ illũ quod videtur esse necessariũ in formis, & qd' cõsequitur eo est credendũ qd' species quæ dant diffinitiones & substãtias eorũ quæ sub eis dicunt esse admixtæ cũ eis de quibus prædicãtur. prę dicatio enim eorũ de illis quæ sunt sub eis non est accidentaliter: sicut prædicatio accidentiũ de subiantijs & accidentium de se adinuicem. 30

Et dixit hoc quia propter hoc qd' ille scientiæ sunt necessariæ opinati sunt dicẽtes formas esse: qd' scientiæ sunt formæ abstractæ, & vocauerunt eas formas abstractas. Et d. & necessariũ est vt sint singularia, id est, & propter hoc qd' sunt necessariæ oportet vt sint cum eis de quibus prædicantur eædem in actu. Deinde dedit causam in hoc &c. d. quia determinatio eorum non est per accidẽs, id est, quia determinatio quæ est in prædicatiõe accidẽtiũ de subiectijs: aut accidẽtiũ de se a sub iectorũ ab vniuersali quod dicitur de eis nõ est sicut determinatio adinuicẽ, &c. d. hic: quia necessariæ sunt scientiæ opinati sunt. D. d. sed necesse est &c. id est, sed necesse est vt quodlibet prædicabiliũ formarũ sit determinãs substãtiam sui subiecti essentialiter cũ nõ prædicetur de eo sicut accidens de suo subiecto. Accidẽtia enim determinãt sua subiecta accidẽtaliter. Deinde dicit exemplũ, & dicit, dico vt in aliquo &c. id est. V. g. vt aliquid sit duplũ & sit æternũ. Tunc enim continget vt alterum eorum dicatur de aliquo accidẽtaliter, dicitur enim quod duplũ est æternũ: sicut dicitur qd' musicus est medicus quia accidit eo dẽ subiecto. D. d. & res quarũ sunt species &c. id est, & ideo species quæ sunt substãtiæ significãt de sensibilibus substãtijs, & species quæ nõ sunt substãtiæ significãt de sensibilibus nõ substantijs. D. d. illic autẽ &c. id est, illic autẽ quodcũq; sit de formis abstractis dicitur esse aliquid & ens in substãtia sicut dicit de quocũq; sit hic qd' est aliquid & ens. D. d. si igitur est species specierũ &c. id est, si igitur dicere aliquid & vnũ & ens qd' prædicatur de abstracto & sensibili est determinans omnia quæ inueniũtur in aliquo esse, & est forma formarũ & determinata: habẽt aliquid in quo communicãt contingit vt illa quæ sunt illic & quæ hic sunt habeãt aliquid in quo communicant. Verbi gratia si prima dualitas communis omnibus dualitatibus secundum sermonem dicentium hoc esse dualitatem absoluram determinantem omnes dualitates in quo igitur communicãt, & quod est propriũ corruptibili & qd' est propriũ æterno, & hoc intẽdebat cũ dixit quid igitur est proprium &c. id est, quid igitur est propriũ primis dualitatibus corruptibilibus, & quid est proprium in corruptibilibus: cum dualitates sint

G Accidentia determinãt sua substantia accidẽtaliter.

Corruptibilũ & æterno nil

Universidad de Deusto
Biblioteca



cõmuneyni uocũ est. to me.r.c.y.ti. &.pri.z.el. c.5. & inf li. de substan/tia orbis.

multæ, & posuimus cũ hoc quod prima dualitas est vniuersalis vtroq; modo. Accidit igitur dualitati ęterne vniuersali omnibus dualitatibus corruptibilibus & æternis vt dicatur quidoq; de se secũdũ qđ est ętern, & quidoq; in respectu aliarũ secundũ qđ determinãt illa & notificant substantias aliarũ. Deinde dicit, & si species nõ fuerit eadẽ &c. id est, si nõ fuerit eadẽ intẽtio in qua cõmunicant corruptibilia & æterna: tũc hæc dualitas quæ dicitur de corruptibilibus & æternis dicetur æquiuoce, & intẽdit cum dualitas fuerit dicta de æterna & de corruptibili non erit forma eius neq; demonstrans eius substãtiam, & vniuersaliter si spẽs nõ fuerit, & est illud quod prædicatur de pluribus diuersis secũdũ quid tunc nomen dictum de illis formis, & de illo quod hic est erit æquiuocum & destruentur scientiæ.

1 Omnium autẽ dubitabit aliquis maxime quid conferunt species sempiternis sensibiliũ: aut his quę fiunt & corrumpuntur. Nec enim motus nec trãsmutationis nullius sunt causa eis. At vero nec ad scientiã quicq̃ auxiliatur eis quæ est aliorum. Nec enim ille horũ substantia. Nam in his essent. Nec ad esse cõferunt, cũ non insint participãtibus. Sic enim forsan causa videbitur esse album permixtũ albo: sed hæc quidẽ ratio valde mobilis est quã Anaxa. prius & Hesiodus posterius, & alij quidã dixerunt. Facile nãq; colligere multa absurda & impossibilia ad talem opinionem. At vero nec ex speciebus sunt alia secundum vllum modum consuetorum.

Et ambigit homo magna ambiguitate in hoc q̃ acquirunt res sensibiles, & corruptibiles, & generabiles: de speciebus ęternis: cũ nõ sint causę alicuius motus & alteratiõis, & talis est dispositio earũ in sciẽtia: neq; etiam adiuuãt in alijs rebus: neque substantiæ illorũ sunt de substantijs istorũ sensibilium. Et ista etiam si vnum in vniuersalitate non fuerint non erunt: vt talis quis existimat q̃ causa in albo est quia albedo fuit mixta cũ albo: sed hoc est bonæ motiõis, & Anaxa. primo & posterius Hesiodus, & alij dixerũt q̃ facile est cõgregare multa. Sed hoc est impossibile secũdũ hãc opinionem. Immo neque aliæ res fiũt ex speciebus secũdũ aliquẽ modorũ qui assueti sunt dici.

Quod & materiale non trãsmutatur nisi ab alio materiali. idẽ.7.me.c.31. Individuũ nõ gnatur nisi ab alio individuo.

Et cũ manifestũ est q̃ causę rerũ generabiliũ & corruptibiliũ & vniuersaliter trãsmutabiliũ sunt corpora naturalia q̃ sunt principia trãsmutatiõis in rebus sensibilibus: miraf hõ qui induxit eos ad inducẽdũ formas abstractas: qđ eũ est abstractũ quomodo adaptatur vt ex eo trãsmutẽtur entia materialia: qđ eũ est materiale nõ trãsmutat nisi ab alio materiali. D.d. & talis est dispositio earũ in sciẽtia, id est, & nihil coget ad ponẽdũ eas pr̃opter sciẽtiã, & nõ apparet qđ habẽt iuuamẽtũ in esse rerũ sensibiliũ, id est, quia nõ generãt res sensibiles. Individuũ enim nõ generat nisi ab alio individuo: neq; etiã adiuuãt in generatione individuorũ



uiduorũ sicut corpora cælestia iuuãt. D.d. neq; substãtiæ illorũ sunt de substãtijs istorũ, id est, neq; substãtiæ illarũ formarũ abstractarum sunt de substãtijs istarũ rerũ sensibiliũ: cũ ille sint æternæ, & iste generabiles & corruptibiles, & ideo a non possunt esse causę eorũ: neq; secundã formas, neq; secundũ agẽtes. D.d. ista etiã &c. id est, & ista etiã insensibilia si in eis nõ fuerit intentio vniuersalis vna admixta eis nõ erunt entia: quemadmodũ si albedo non esset mixta cum re alba non esset aliquid album omnino. Et per hoc quod dixit sed hoc est bone motionis: innuit qđ mixtio b intentionis vniuersalis substantialis cũ particularibus est fortior mixtione accidentiũ cum suis subiectis. D.d. & Anaxa. &c. id est, & manifestũ est qđ nos possumus accipere facile in rebus multis vnã intentionẽ vniuersalẽ existentem in eis, & si ista intẽtio esset vna in numero. i. abstracta sicut dicũt dicẽtes formas esse: tunc impossibile esset vt inueniretur in pluribus. Vnũ enim in numero nõ inuenitur in pluribus, & sic cõgregare plura ad vnũ est impossibile. D.d. neq; aliæ res &c. id est, & impossibile est vt formæ sint causæ trãsmutationis, & generationis, & corruptionis, & vniuersaliter causæ sensibiliũ secundum aliquem modorum qui assueti sunt dici ab eis. Verbi gratia, hoc quod dicunt quod sunt exemplaria eorum & quod sunt causæ scientiæ eorum.

Dicere vero exemplaria esse & eis alia participare: vanilo/quiũ est & metaphoras dicere poeticas. Quid enim est quod agitur ad ideas respiciens. Cõtingit enim & esse & fieri simile quodcũq; & non assimilatum ad idem. Quare & existẽte Socrate, & nõ Socrate existente fiet qualis Socrates. Similiter autem palam quia si sit Socrates sempiternus: erunt eiusdẽ exemplaria plura: quare & species: vt hominis animalis aut bipedis simul autem antho antropos.

Dicere autẽ species continentes se: est sermo vacuus similis sermonibus versificatorũ. Et quid est illud quod non agit absq; eo q̃ aspiciet formã. Potest enim esse ens & non ens, & si non assimilatur alicui adeo q̃ Socra. erit & nõ erit nisi exẽplar sit Socra. & secundũ hunc modũ declaratur quod Socra. est æternum, & habet multa exẽplaria: sicut species. Sicut homo habet animal bipedale, & homo idem est in vtroque.

Id est dicere autẽ species cõtinentis se nõ species individuorum sed formas existẽtes per se. V.g. si aliquis dixerit qđ homo est line carne & osse est sermo fabulosus. D.d. & quid est illud qđ nõ agit &c. id est facilitates exẽplaria quærũt dicẽtes qđ res generãs entia impossibile est vt generet aliquid individuorũ nisi aspiciat exemplar illius individuiz quærunt scilicet de natura illius generatæ rei & generantis. Quoniã si fuerit generata & generans per quãcũq; naturã sit scilicet qđ nulla habet naturã propriã: tũc possibile erit vt sit ens & nõ ens æqualiter. & si fueris ens: tũc impossibile erit vt aspiciat exẽplar, & nõ aspiciat, & si aspexerit ens possibile erit vt assimiletur, & nõ assimiletur, & sic ge-

videidẽ.7. met.cõ.31. a Cogita quomodo substantiæ abstractæ nõ possunt esse causæ agentes & formales istorũ corruptibilium. b Mixtio intentionis vniuersalis substãtialis cũ particularibus est fortior mixtiõe accidẽtiũ cum suis subiectis. M

Indiuiduū essentialiter non generatur nisi ab N indiuiduo eiusdē speciei. videidē supra.c. 31.

neratio erit a casu,& intelligit generationē esse casū, quod generans sit de natura generati, & si non: tunc generans non generabit sibi simile. Verbi grtia.homo hominem. Et secūdum hoc generans nō indigebit exemplari. Deinde dicit nō sicut Socrates, id est,& indiuiduū essentialiter nō generatur nisi ab indiuiduo suæ speciei: quapropter necesse est vt generans Socratem sit aliud indiuiduum sibi simile. Deinde dicit & secundum hūc.modum declarabitur qd' Socrates sit æternus, id est, & etiā si posuerimus hic exemplaria cōtingit vt sit aliquod indiuiduum quod Socrates generatus habebit Socratem æternum, & secundum hoc contingit vt indiuiduum habeat naturam vniuersalem, & sic compositum ex naturis vniuersalibus sicut est species.& hoc intendebat cū.d.sicut homo habet animal &c.id est,& indiuiduū habet differentiam sicut habet species.

Amplius autē nō sensibiliū species exēplaria:sed etiā ipsarū vt genus specierum quare idem erit exmplar & imago. Amplius videbitur esse vtiq; impossibile separatā substātia & cuius est substātia quare quomodo ideæ rerū substātiæ erūt existentes separatim. In phedone vero sic dicitur quasi ipsius esse & fieri causæ sint species.

Et etiam species nō sunt exēplaria rerū sensibiliū:sed & sint ipsarum etiā sicut genus quod est genus multarum specierū, & sic idem erit exemplum & forma sui ipsius. Et etiam impossibile est vt existiment esse entia abstracta a substātijs et substātiæ nō,& si nō quomodo erūt spēs substātiæ rerū abstractarū ab illis,& hoc dictum fuit in cadon.scilicet quod species sunt causæ esse generationis.

33 Id est & cū illud quod prædicatur de aliquo & notificat essentiam eius si fuerit forma abstractā:tunc species non erunt exemplaria rerum sensibiliū:sed sui ipsorum:quoniam sicut indiuidua habent exemplaria propter specialitatē quæ est in eis. Verbi gratia, indiuidua hominis propter humanitatem ita species abstractæ habet exemplaria per generalitatem quæ est in eis:sicut species sensus habent exemplaria per sensum quod est genus. Deinde dicit,& etiam impossibile &c.id est,& etiā impossibile est extitimare formas esse abstractas a substantijs quarum sunt formæ & substantias non esse scilicet quod est impossibile scilicet formas remanere & deficere res quarum sunt formæ:quoniam tunc non esset generatio neq; corruptio. Et quia potest aliquis dicere quod Plato non dixit eas esse causas generationis & corruptionis:neque partes formales rerum sensibilium: notificauit quod Plato dixit hoc in libro Cadon,& dixit,& hoc dictum fuit &c.

O Impossibile est extitimare formas esse abstractas a substantijs quarū sunt formæ.

Et etiam in existētibus speciebus cum non fiunt participantia si sit quod mouit. Et multa alia vt domus & annulus quorum non dicimus species esse quare palū quia contingit alia esse & fieri,& propter tales causas quales & nūc dicte sunt.

Et



Et etiam cum species fiunt entia non habebunt determinās si non fuerit illud quod est lectus cum alijs multis rebus: sicut domus & annulus & res quas non diximus esse entia: manifestum est quod possibile est vt sint:& vt sint res a talib⁹ istis causis quæ modo fuerant dictæ.

Et cum species fuerint res existentes extra animam non habent genus quod determinat eas: & quod notificet intentionem vniuersalem per quam sunt entia:& cum non habuerint hanc intentionem nō erunt entia:quemadmodum si domus & annulus & lectus non esset aliquod istorum particularium: & hoc intendebat cum dixit: & alie res quas non diximus esse entia. Deinde dixit,manifestum est &c. id est si igitur habuerint tales species & genera:manifestum est quod illæ sunt causæ ex quibus componuntur res sensibiles: & ideo non sunt hoc aliæ causæ: & intendit quod si contingit ex hoc vt res sensibiles sint compositæ ex talibus causis,id est ex rebus cōpositis ex formis & materijs. Et dedit exemplum in artificialibus: quia nullus dicit quod vniuersalia eorum non habent esse extra animam:& ideo forte intendebat cum dixit & res quas non diximus esse entia istum modum vniuersalium,scilicet artificialium. 34

Amplius si sint numeri species quō causæ erunt vtrū qa alij numeri sunt existentia ipsa: vt hic quidē numerus homo: ille vero Sortes:& alius Callias:quid igitur his sunt causæ illenec enim si hi quidem sempiterni:illi verò non differunt.

Et etiā species sint numeri quō erūt causæ.primo vero quia numeri entiū sunt diuersi. V.g.qd' iste numer⁹ est homo:& iste Socra.& iste Hyllus:quare igit erunt causæ istorū: & non adiuuant etiam in hoc si quædam fuerint æterna: & quædam non.

Cū destruxit formas esse secundū opinionē dicentium quod natura formarū est alia a natura numerorū:reuersus est ad opinionē dicentium quod natura numerorum & formarū est eadem: & est opinio Platonis. 35

Et.d.& etiā si species &c.i.& etiā si formæ fuerint numeri quō erūt causæ rerū sensibiliū.primo vero quia contingit vt idē ens sit cōpositū ex multis numeris diuersis secundū formā. V.g. quod istud ens indiuisibile est aial:& est homo:& est Socrates. Quapropter debet habere numerum per quē est animal:& numerū per quē est homo: & numerū per quem est Socrates. Et similiter hyllus debet habere tales numeros: & cum hoc impossibile est in numeris: in quo igitur erunt numeri causæ istorum. Deinde dixit,& non adiuuant &c.id est quod numerus qui est quasi genus de istis sensibilibus non adiuuat in numero qui est quasi indiuiduum. Ille enim qui est quasi genus est æternum:& æternum non potest esse para generabilis rei & corruptibilis.

Si verò qa rōnes numerorū:& hic vt simphonia palā qa est vnū qdē quorū sunt rōnes. Si itaq; hoc materia manifestū: qa & ipsi numeri aliquæ ratiōes sunt alius ad aliud. Dico autem

vt

vt si est Callias ratio ī numeris ignis & terre: & aquę: & aeris & antho anthropos: siue numerus quis existens: siue nō: tamē erit ratio in numeris quorūdam & non numerus: & non erit quis propterea numerus. Et cū diffinitiōes numerorum fuerint cōueniētes illis quæ sunt ante manifestū est quod aliquid est cuiꝰ sunt istæ diffinitiōes: & manifestū est quod hoc est materia. isti enim numeri sunt diffinitiones illorum adinuicem. Verbi gratia, quod si diffinitio hylli fuerit in numeris ignis: & terræ: & aquæ: tūc iste homo aut erit aliquis numerus: aut nō: quousq; sit diffinitio aliquorum numerorum & nō numerus: & non erunt ista etiam aliquis numerus.

36 Et cū numerus est ens existēs extra animā habuit diffinitionē sicut alia entia: manifestū est quod diffinitio numeri debet esse conueniens et quod est ante. id est diffinito: & sic numerꝰ erit compositus ex materia & forma: & diffinitio numeri non erit numerus: sicut diffinitio hominis non est homo. & ideo dixit & manifestū est quod est hoc materia. scꝫ materia est recipiēs diffinitiōes. D. d. isti enim numeri &c. i. cōtingit ex hoc quod quædā entia sunt priora scinuicē. i. quod quædā eorū accipiūtur in diffinitiōibus quorūdā: & ex hoc quod ponūt ea numerū vt isti numeri cōtingit ex hoc vt sint diffinitiones luiꝰpiorū adinuicē.

P Diffinitio numeri non est numerus sicut diffinitio animalis nō est animal. D. d. exēplū & impossibile cōtingēs ex eo &. d. V. g. &c. i. V. g. quę si numeri aquæ ignis: & terræ & aeris fuerit accepti in diffinitiōe hominis: tūc homo si fuerit aliquis numerus nō erit sic donec illa quæ sunt accepta in diffinitione eius sint diffinitio numeri & hominis non aliquis numerus. Diffinitio enim numeri non est numerus: quemadmodū diffinitio animalis nō est animal: & secundū hoc ista elementa accepta in diffinitione hominis non erit numerus: & iam posuimus ea esse numerum: quod est inconueniens. aut homo non erit numerus.

Q Amplius ex multis numeris vnus sit numerus: ex speciebus aūt vna species qualiter: sed si nec ex ipsis sed ex vnis vt in milenario quomodo se habent vnitates: siue enim eiusdem speciei multo inconuenientia accidunt: siue non eiusdem speciei nec eædem sibīnuicem: nec aliæ omnes omnibus.

Et etiam ex pluribus numeris sit vnus numerus: quomodo igitur ex pluribus speciebus sit vna species: & si non fuerit ex eis sed ex numeris sicut mille quomodo igitur sunt istæ vnitates: quoniam si sunt consimiles in specie contingūt multa impossibilia & si vnaquæq; fuerit per se in aliqua specie nō erūt diuersorum: necꝫ diuersa omnia sunt omnino.

37 ☞ Et etiā manifestū est ꝙ ex pluribus numeris sit vnus numerus: & si species sunt numeri quo ex pluribus speciebus sit vna species: & cōtingit sicut dicūt quidā si sit vnitas punctus: & dualitas sit linea: & trinitas superficies: & quaternitas sicut corpus: vt superficies sit cōpositus ex linea & punctō: & corpus sit compositū ex superficie & linea & punctō: quod est impossibile. Deinde dixit. & si non fuerit ex eis &c. id est quod numeri formales non insurgunt ex numeris diuersis: sed ex numeris conuenientibus: sicut centum ex denarijs: & mille ex centenarijs: tunc vnitates istorum: aut erunt conuenientes in quātitate & forma: aut diuersæ. Si igitur fuerint conuenientes in forma contingunt multa impossibilia, quorum vnum est vt omnes species sint conuenientes in forma. Et si fuerint diuersæ in specie contingit vt sit non numerus: & ideo dicit: & sicut vnaqq; &c. i. & si vnaquæq; vnitatū numerorū formalū fuerit diuersa ab alia: nō erit numerꝰ. Diuersa enī numerāt se adinuicē. Numerꝰ aūt numerat se adinuicē: aut ꝑ vnitatē: aut ꝑ numerum.

Quomodo nāq; dixerūt impossibiles existētes: nec enim ratiōabilia hæc nec intelligere cōfessa. Amplius aūt aliud aliquod genus numeri facere est necesse circa quod sit arithmetica.

Et quid proficit cum non sint passiua: & hoc nō est de rectis sermonibus neque intelligitur. De necessitate igitur est ponere alium numerum: & est subiectum arithmeticę.

Et quid coget vt causæ rerū non passiuarū sicut numeros sit necessarium in esse rerum passiuarū. Passiua enim necessario componūtur ex passiuis. 38 Deinde dixit, de necessitate igitur &c. id est & cum manifestum est quod impossibile est vt numerus mathematicus sit substantia rerum sensibilium: necesse est si aliquis numerus qui dat substantiā rerum sensibilium vt sic alius a mathematico. Sunt igitur tres species numerorum. R Tres sunt species numerorum. Et enim numerus mathematicus qui non multiplicat per multiplicationem numeratorum. Et est numerus formalis qui diuersatur per numerationem entiū. Et est numerus cuius iste numerus est forma: & sunt sensibilia. & quia hoc contingit huic positioni: & dicentes quod formæ sunt aliæ a numeris ponunt numerum naturam mediā inter formas & sensibilia: & dixit etiam contradicendo eis.

Et oſa intermedia dicta ab aliquibus simplr ex quibus sunt principijs: aut quia inter media eorū quæ hic & ipsorum erūt.

Et oſa media, aut sunt ex rebꝰ simpliciter: aut ex aliquibus principijs: aut ex illo ex quo est inordinatum post media.

Id est & cum numerus mathematicus est medius inter formas & sensibilia: & omne medium aut est compositum ex rebus simplicibus simpliciter: aut ex rebus simplicibus in respectu mediorum, aut ex formis ipsorum mediorum. Sed quia media facta a medijs prioribus eis non sunt secundum quod sunt media: sed secundum quod sunt formæ diuersæ: quoniam si medium esset ex medio secundum quod est medium: tunc media procederent in infinitum: ideo dixit in loco eius. q. d. ex formis mediorum compositis ex illo ex quo est ordinatum post media. 39 Omne medium aut est compositū ex rebꝰ simpliciter aut ex rebꝰ simplicibꝰ in respectu mediorum aut ex formis mediorum. Notum est Res enim ordinatæ sub medijs secūdum quod sunt media. s. secundum quod medium est genus eorum sunt species mediorum. & ideo dicitur quod species sunt ordinatæ sub genere. Et intendebat per hunc sermonem quod numerus mathematicus est compositus ex numero formali & sensibili: & manifestū est quod hoc est impossibile in numero mathematico:

Universidad de Deusto
Biblioteca



per se q̄ nul mathematico: & est manifestū q̄ illi non intendebant per hoc q̄ dicūt la natura est q̄ numerus mathematicus est medius inter formas & sensibilia secundum istā modū: sed intēdunt q̄ natura numeri est quasi natura media inter esse abstractū & mate riale. vide l. 8 tiantiam de forma hominis vltima. 2. phy. com. 26.

Dualitas in vna re non inuenitur nisi ꝓpter materiam.

& etiam non erit numerus vnum iteratum.

Et cum dualitates fuerint: dualitas numeri medij continget vt dualitas sit ex aliquo: & vt dualitate aliquid sit prius. Deinde. d. & nō erit numerus vnum iteratū &c. i. & si numerus fuerit ab vno abstracto: tūc in eo nō inueniretur vnum iteratum. Dualitas enim in vna re est propter materiā: causa enim iterationis eorūdē numerorū est iteratio vnius numeralis: & vnū quod est immateriale nō iteratur secundum individuū.

Et potest intelligi sic: & etiam quomodo vnus numerus vniuersalis erit iteratus: & similiter vnum intellectū: & vniuersalia innata sunt nō iterari. Intellectū enim animalis non inuenitur magis vno: sed ex intellectu vnius inueniuntur multæ vnitates: & similiter in terno & quaterno inueniunt infinitæ trinitates: & infinitæ quaternitates.

Amplius cum dictis si sint differentes vnitates oportebit vtique dicere quemadmodum quicunque elementa quatuor aut duo dicunt. Etenim horum quilibet non commune dicit elemētum esse vt corpus: sed ignem & terram siue sit commune corpus ipsum siue non: nunc autem dicitur quasi vno existente quemadmodum igne aut aqua similium partium. Si vero sic non erunt substantiæ numeri sed palam: quia si commune est aliquid vnum ipsum: & hoc est principium: quare multipliciter ipsum vnum. Aliter enim impossibile est: volentes autem substantias ad principia reducere.

Et similiter dicimus in vnitatibus quas diximus: si fuerint nō diuersæ secundum hunc modum: & est modus dicentium quod elementa sunt quatuor aut duo: omnes enim illi nonopinātur quod elementum est commune eis. s. corpus: sed ignis & terra siue corpꝰ fuerit commune eis aut non. vnum igitur nūc dicimus de illo quod est consimilium partium sicut ignis & aqua: & cum ita sit numeri non erunt substantiæ: sed manifestum est quod si vnum est quod illud est principium & vnum dicitur multis modis: sed illi volūt eleuare substantias ad principia secundum quod non est possibile.

Et



Et nos dicimus &c. id est, & nos dicimus quod via dicentiū quod substantiæ entium sunt compositæ ex vnitatibus non diuersis in specie est eadem cum via dicentium q̄ elemēta sunt res singulares. scilicet individuales non vniuersales: sicut sermo dicentium quod elementa sunt quatuor. s. aqua, & ignis, terra, & aer. aut duo eorū. isti non opinātur q̄ vniuersale cōmune istis est elementum. s. corpus. sed ignis & terra. & indifferenter apud eos siue istud cōmune habuerit esse aut nō habuerit esse. Et hoc quod dictū est cōtingens est: quia cū vnitates numerales fuerint extra animā erūt in materia. & erit vna secundū formā, & multæ secundum numerum: & ista est dispositio vnitatum quæ significant ea quæ sunt cōsimilium partium. & dispositio multitudinis existentis in ea. Et hoc intendebat cū. d. vnum igitur nunc &c. D. d. & cum ita sit numeri non sunt substantiæ. id est, & cum vnitates nō sunt nisi elementa vnitatū sensibiliū secundū q̄ sunt vnitates individuales consimilium partium: manifestum est q̄ numeri qui sunt species non sunt substantiæ abstractæ. s. formæ. Sed manifestum est q̄ si fuerit declaratum aliquod vnum existens per se extra animam: quod illud est principium omniū eneiū. Deinde. d. & vnum dicitur multis modis, id est, & possibile est vt in quolibet prædicamentorum sit vnum. s. individuū bene in illo prædicamento: sicut est in quantitate discreta: quia vnum dicitur multis modis. Et dicit hoc innotuando errorem antiquorū opinantium vnum dici de vna intentione. s. substantia individuali: sicut dicebant de hoc nomine ens. Deinde dicit. sed illi volunt &c. id est, per quod hoc ipsi quærunt principia substantiæ rectum fuit, sed eleuāt substantias, aut quod non est possibile vt sit principium substantiæ: sicut formæ numerales: & magnitudines geometricę.

Longitudinem quidem ponimus ex producto & breui & ex aliquo paruo & magno: & planum ex lato & arcto, corpus vero ex profundo & humili.

Linea aūt componitur ex longo & breui & ex paruo & magno: & superficies ex lato & stricto: & corpꝰ ex ꝓfundo & imo.

Quoniā antiq dicebant q̄ principia sunt cōtraria, & isti fuit dicētes numeros dicunt q̄ prima cōtrarietas in numeris est multū & paucum. Et in magnitudinibꝰ prima cōtraria sunt apud eos principia: narrat sermones eorū in hoc. Et. d. sed isti ponūt principia lineæ hāc cōtrarietatē. s. longum & breue: & magnum & paruū: & ponūt cōtrarietatē ex qua fit superficies latū & stricū: & ex qua fit corpus profundū & imū.

Quāuis quomodo habebit aut planum lineam: aut solidū lineam: & planum. aliud aūt genus est & latū & arctū & profundū & humile: quēadmodum ergo nec numerꝰ est in eis: qa multū & paucum ab his alterum: palam quia nec aliud nihil superiorū inerit inferioribus. At vero nec genus profundi latū: esset enī planum aliquod corpus. Amplius pūcta ex quo existūt huic quidē generi. & Plato oppugnabat tanquam existēte geometrico dogmate: sed lineę principiū vocabat. Hic aūt multotiens

Universidad de Deusto
Biblioteca



totiens indiuisibiles lineas posuit quamuis necesse sit terminū aliquid horū esse. Quare ex qua ratione linea est & pūctus est.

Et etiam quomodo superficies est linea aut corpus linea & superficies: genus enim lati & stricti aliud est a genere profundi & imi: non igitur inueniunt in eis contraria. Quoniā eis autem multum & paucum differunt ab istis manifestum est neque aliud superius inuenitur in eis quæ sunt inferius: immo neque genus lati est genus profundi. Superficies enim est aliquid ex corpore: & puncta sunt ex aliquo: & istud genus considerat Plato secundum opiniones geometricas: sed vocat eas principium lineæ: & multotiens posuerunt hoc ex lineis non discretis: & hoc necessarium est vt sit secundum hunc modum. Vbi enim est linea est punctus.

41 T Plato opinabatur ꝙ vnitas est principium punctī: & quod dualitas est forma lineæ: & trinitas forma superficiei: & quaternitas forma corporis, & opinabatur cum hoc ꝙ corpus componitur ex superficieb⁹: & superficies cum lineis: & linea ex punctis: & dicebat cum hoc: ꝙ linea componebatur ex duobus contrarijs: quæ sunt magnum & parvū: & superficies ex stricto & lato: & numerus ex multo & pauco. Dicit ergo ei quomodo est possibile vt superficies sit ex lineis ita ꝙ sit pars eius & linea ex longo & brevi: & corpus ex superficie & linea: & superficie & linea: & superficies ex stricto & lato: & corpus ex profundo & imo: & omnia ista sunt cōtinua: & numerus est ex multo & pauco. & omnia ista non congregantur in vno genere. Et si esset sic: contingeret vt omnia reducerentur in vnum genus, scilicet contraria ex quibus surgunt istæ magnitudines tres. & ex quibus surgunt numeri qui istarum principia sunt magnitudinum: & hoc intendebat cum. d. genus enim lati &c. id est, quod contrarietas superficiei non cōgregat cum contrarietate superficiei in vno genere: neq; illæ cum contrarietate numeri quæ est paucum & multū impossibile est igitur vt sint pars numeri. & ideo. d. postquam autem paucum & multa &c. i. quoniam omnia ista non videntur congregari in eodem genere superiori istis generibus dictis. D. d. superficies enim est aliquid ex corpore &c. id est, & hoc quod contingit eis: quia ponunt superficiem partem corporis: & punctum partem lineæ. D. d. & istud genus &c. id est. & Plato solicitus fuit ad declarandum hunc sermonem: quia opinabatur quod magnitudines geometricæ sunt principia corporum cum numeris. Deinde dicit. sed vocat &c. id est, & vocat eas principia lineæ: & non dicebat eas aperte partes lineæ: quia contingent ei vt continuum esset de natura discreti, & ideo dicebat quod linea componitur ex lineis indiuisibilibus: & hoc intendebat cum. d. & multotiens &c. id est, quod propter istam contradictionem contra ponentes eas puncta, & ideo plures eorum vocabant eas lineas indiuisibiles, & existimauerunt qꝫ linea componatur ex lineis non discretis non ex pūctis: quia necesse vt cum linea recipiat diuisionem secundum totum: vt etiam diuidatur in non



non lineas: aut in lineam non diuisibilem: aut in non lineam: quod est impossibile. ergo necesse est vt diuidaī in lineas indiuisibiles: & huic positioni contradictum fuit in libro generationis. Deinde dicit. & hoc necessarium est &c. id est, propter hoc quod ponunt lineas non discretas non euadunt etiam cum istæ diuidantur secundum totū in puncta. Vbi enim linea est: necesse vt ibi sit punctus. Primo de generatione. t. c. 7. & 8. & 9. & inde. V

Omnino autem sapientia de manifestis causam inquirens: hoc quidem prætermisimus: nihil enim de causa diximus vt principiū est trāsmutationis. horum vero substantiā dicere putātes ipsorum alias quidē substātias esse dicimus quomō vere illæ substātiæ supuacaneæ dicimus. Nā & particulare sicut prius diximus nihil est: nequaquā in scientijs videmus existens causa propter quā intellectus omnis & omnis natura facit: nec hāc causam quam modo dicimus esse vnum principiorum nihil tangunt species, sed facta est mathematica præsentibus philosophia dicentium aliorum gratia ea oportere tractari.

Et cū philosophia cōsideret de rebus apparentib⁹ hoc non collocatur in ea, & nihil dicemus de causa quæ est principium alterationis. Cū igitur intēdimus sermonem de substātia: dicemus ꝙ substātiæ istorū sunt aliæ, ita ꝙ si diceremus quod illa sunt substātiæ eorū esse falsum. Quoniā aūt sunt continētes, ita diximus primo ꝙ nihil est neq; videmus etiam ꝙ sunt causæ scientiarū. & ideo non videmus aliquē intellectū & naturā qui ponant hanc causam. ergo species nō assimilantur alicui principiorū. & doctrina est per illas, quia philosophia quando locuta fuerit in aliqua hora de aliquo vtetur istis propter illa.

Et cum philosophia &c. id est, & cum philosophia non consideret nisi de rebus entibus extra animam. species autem non sunt de rebus entibus extra animam. ideo philosophia non considerat de istis speciebus. & propter hoc si aliquis considerauerit de istis sensibilib⁹ ꝙ istas substantias non poterit dare per eas principium alterationis & transmutationis istarum substantiarum. Et cum ita sit si concesserimus has esse dicemus eas esse alias substantias. Dicere autem quod istę sunt substantiæ istorum transmutabilium est falsum. Et dicit hoc: quia ipse destruxit eas propter hoc quod ponunt eas causas sensibilium & scientiæ. Et cum destruxit eas causas esse non cōtingit ex hoc quod destruātur in se, & ideo dicit quoniam autem sunt continentes &c. id est, quoniam hoc quod ponunt quod istæ substantiæ sunt continentes sensibilia quæ sunt hic, vt species quæ continet ea quæ sub illa sunt: sicut diximus quod nihil est. Determinans enim & determinatum sunt idem numero cum specie. & ideo si istæ species fuerint abstractæ non erunt secundum quod determinant sensibilia, neq; secundum quod sunt causæ istorum. ita quod sint causæ scientiæ comprehensæ in sensibilibus. Et ideo dicit post. & ideo non videmus &c. id est, & ideo non possumus ponere 44 X

Universidad de Deusto
Biblioteca



ponere hanc causam aliqui intellectuum qui sunt in rebus sensibilibus & aliqui principiorum existentium hic. Deinde.d.& species &c.id est,& manifestum est quod species non assimilantur principijs sensibilibus.ergo manifestum est quod non sunt principia istorum sensibiliū.

Deinde dicit,& doctrina est &c.id est,quod philosophia vtitur rebus vniuersalibus vt perueniat ad res existentes:sicut vtitur eis in diffinitionibus & demonstrationibus:cum scientia eorum ducit ad intellectum & rectum apud considerationem de entibus vniuersalibus: & ideo demonstrationes acceptæ hoc modo sunt ex propositionibus logicis cōibus:nō ex propositionibus essentialibus & conuenientibus.

Quæ sint rationes logicæ. Vide 2 prio cc. cō. 70.et 4.ph. 87.ct.8.ph. 70.

Amplius autem substantiam subiectam vt materiam magis mathematicum aliquis suscipiet & magis prędicari & differentiam esse substātiæ & materiei: vt magnum & paruum: sicut physiologicarum & spissum primas subiecti dicētes esse differentias has. hæc namque sunt superabundantia quædam & defectus.& de motu siquidem hęc erit causa motus palam: quia mouentur species:sinautem vnde venit.

Et etiam si aliquis acceperit substantiam de qua loquimur quasi materiam mathematicam hoc non faciet proprie nisi quando voluerit dare differentiam inter substantiam & materiam;sicut magnum & paruum: sicut dicunt naturales quod primæ differentiæ subiecti sunt raritas & densitas:& ista non sunt nisi additio & diminutio in motu. si igitur. scilicet ista sunt motus:manifestum est quod species sunt mobiles.

45 Id est,si aliquis acceperit ista intellecta logica propositiones vsitatas in demonstrationibus secūdū materiam demonstrationem:& considerauerit per illa in entibus sensibilibus: hoc non accidit nisi quando perscrutatus fuerit in primis differentijs vniuersalibus substātiæ:sicut perscrutatio de duabus differentijs primæ substantiæ in quas diuiditur ens:quarum vna est quasi materia:& alia quasi forma: sicut declaratio eorum qui voluerunt declarare quod hæ sunt duæ substantiæ. scilicet magnum & paruum:aut rarum & densum,& quia hoc facit existimare quod ratio dicentiū qꝫ intellecta sunt entium substantiæ qm̄ cum illud qđ notificat naturā substātiæ est substātia.ergo intellecta sunt substantiæ. Et.d.& ista non sunt nisi additio &c.id est, si igitur intellecta istarum rerum demonstrant substantias:sunt substantiæ rerum. sed quia omnia contraria reducuntur in diminutionem & additionem. & additio & diminutio reducirur;ad motum, tunc enim si intellecta istarum rerum essent substantię earum intellectuum motus esset motus. Et si intellectuum motus quod est genus specierū motus esset motus,tunc omnes species essent motæ.& si species essent motæ & essent substantiæ rerū nihil esset fixū. Et.d.oīa ista ad cōfirmandum qm̄ notum est per se qꝫ intellectus motus non est motus:& est cōtingens dicentibꝰ qꝫ intellecta rerum sunt substātiæ earū. Arist. enim opinabatur quod intellecta rerum notificāt substātias rerum:& non sunt substantiæ earum.

Aristo. opinabat qꝫ in

Tota



tellecta rerum notificant substātias rerū & nō sunt substātiæ earū.

Tota nāqꝫ de natura auferetur pscrutatio: & quod videtur facile esse monstrare qꝫ vnū omnia nō fiunt.ex disgregatione nāqꝫ omnia vnū nō fiūt sed id aliquid vnū si quis dat omnia & nihil hoc:si non genus dat vniuersale esse:hoc aūt in quibusdā impossibile.nullā neqꝫ rationē habēt naturæ quæ sunt posit numeros longitudines latitudines & solida: nec quæ modo sunt: aut futura sunt:nec si aliquam habēt virtutem:hoc enim nec species possibile esse.non enim sunt numeri nec intermedia:sunt enim illa mathematica nec corruptibilia.

Et omnis magna perscrutatio de natura nō cadit nisi apud existimationē qꝫ declaratio est facilis:& vnum non erit omne qm̄ enim nō est in actu omnia vnum sed secundū intentionē: quam si homo posuerit ipsam in esse hoc non erit nisi si cōcesserit qꝫ est genus illius omnis:& hoc etiam impossibile est in quibusdam rebus.non enim inuenitur vna diffinitio communis eis quæ sunt cum numeris & lineis & superficiebus: & quod erit:& quod iam fuit:& habet aliquā potentiam.ista ērm̄ nō sunt innata vt sint species:neqꝫ etiā sunt numerus neqꝫ quæ sunt mediorū:illa enim sunt mathematica neqꝫ corruptibiliū.

Et perscrutatio antiquorū de naturalibus fuit quia opinabātur qđ declaratio non tantum est possibilis sed etiā facilis. & cum vniuersale 46
ex quo fit perscrutatio est vnū numero in pluribus secundū qđ dicunt dicentes formas esse vnā aūt numero in pluribus speciebus impossibile est vt sit:ergo impossibile est vt sit demōstratio aut disciplina. Et hoc intendebat cū.d. & vnum non erit omne &c.i.& impossibile est vt genus vl̄e olbus rebus sit vnū numero. Quoniā si ita esset tunc esset pcP. vt vnū numero esset in quolibet: qꝫ est impoſſ:tūc ērm̄ oīa essent vnū in actu.f.indiuiduale. D.d.sed intentio &c.i.si aliquis opinatus fuerit qꝫ in oī est vna intētio: hoc nō erit verum nisi oppositum ipsum esse genus omnium:nō quam intentionem in actu. D.d.& hoc impossibile est &c.i.& ponere vnum cōmune pluribus rebus ita qꝫ sit genus videl esse impossibile.e in quibusdam negā vt sit vnū numero cōe olbꝫ. Impoſſ ērm̄ est vt numerus & superficies & linea habeant vnum genus cōe olbus nō æquiuoce.V.g.quātitatē. Manifestū est ērm̄ qꝫ hoc nomen quātitas dicitur de eis æquiuoce:neqꝫ etiā inueniturvna intentio in eo qđ iam fuit:& erit:qđ est potentia:& quod est actu. Et ideo artes docti nales cōsiderātes de eis nō sunt vnū sed plures. Deinde dicit & istā nō sunt innata vt species sint &c.i.& ista intellecta quæ sunt genera & species non sunt innata vt sint formæ per se existentes & exēplaria: vt qdā dicūt:neqꝫ sunt media inter formas & sensibilia sicut quidā dicūt intellectis mathematicorū:qꝫ sunt mathematica.i.qa materia non apparet in diffinitionibꝰ eorū neqꝫ sunt etiā formæ rerū corruptibiliū:vt singūt dicentes formas esse:declaratum est enim omnia ista impossibilia esse.

Z Quantitas & genꝰ æquiuocū ad numerū: superficiem & lineam.

Sed rursus videt aliud hoc genus & osno exist~tiū quærere

Universidad de Deusto
Biblioteca



elemēta nō diuidentē multipliciter dicta inuenire impossibile
est: & præsertim secundū hunc modū quærētes ex quibus sunt
elementis ex quibus enim facere aut pati aut ipsum rectum nō
esse accipere. sed siquidem substantiarum solum esse contingit.
tunc qa existentium omnium elementa aut querere aut putas
re habere non est verum. quomodo aūt aliquis dicet omnium
A Quæ præcognoscimus nō addiscimus. elementa palam est: quia nō est possibile præexistere cognosce
tem prius: sicut enim geometrizare dicētem alia quidem opor
tet præscire quorum est scientia: & de quibus debet discere non
prænoscit ita & in alijs. quare siqua est omnium scientia vt qui
dam aiunt nihil vtique præexisteret hoc cognoscens.

Et etiam existimatur hoc esse aliud genus quartum qđ quæ
rit de elementis omnium entium absq; eo quod aufert vel ne
gat quod dicta multis modis impossibile est vt sint: sed quæ
runt hoc modo de rebus ex quibus sunt elementa. in quibusdā
vero ex actione & passione aut conuenientia: & hoc nō est in
quolibet: sed tantū in substantia: ita quod perscrutatio est de
elementis omnium entium & quærere determinationem eo
rum: & hoc non est verum. & quomodo potest homo scire ele
menta omnium entium. impossibile est enim vt aliquis addi
scat aliquid nisi præsciat principia eius. V.g. quod aliquis addi
scat geometriam: sed ante debet scire aliqua illius scientiæ quā
vult addiscere: aut nesciet aliquid eorum: & sic est dispositio
de alijs. ita quod ars de qua homines reputant quod doctrinat
omne nihil notificat secundum hunc modum.

47 Et etiā existimatur &c. & cum posuimus qđ species & vſe intelle
Si darentur vniuersalia phonica darētur quartum genꝰ entiū & quarta ars specu latiua. ctiua vſia sunt res existentes extra animā: & q; sunt formæ entiū. contine
get vt hoc genus entium sit quartū genus aliud a tribus generibus: &
qđ in eo considerat quarta ars scilicet alia a tribus considerantibus ra
mathematicis & naturalibus: & diuinis: & contingit eis vt hoc genus
perscrutetur de elementis omniū entium: qm̄ cū istæ species sint elemē
ta. i. forma entium omniū: & omnis ars pscrutetur de causis suorū sub
iectorū: & subiecta istius artis sunt elemēta rerum: contingit vt ista ars
quarta perscrutetur de elementis elementorū. D.d. sed q̄rēt hoc mo
do &c. i. sed cum istæ species existentes extra animā sint substātiæ sub
iectorū triū scientiarū: & ars quæ considerat de speciebus perscrutatur
de causis causarū: necesse est vt omnis ars istarum trium perscrutetur
de causis suarū causarū. D.d. in quibusdā &c. i. impossibile est hoc
in tribus artibus. s. perscrutari de causis causarū nisi in arte q̄ perscruta
tur de causis actionis & passionis & conuenientiæ inter formā & mate
riā. D.d. ita q; perscrutatio &c. i. & illud q; cōtingit a prima posi
tione non est vt aliqua istarum trium artium perscrutetur de causis suo
rum causarum: sed vt vnaquæq; istarum trium artium perscrutetur de
causis



causis suarum causarum: & hoc nō est verū. D.d. & quō pōt homo
&c. i. & quō pōt esse ars quæ notificat elemēta omniū entiū. Impossibi
le est enim scire aliquod eorū quæ sunt posita in tribus nisi præsciatur
intellecta prima in illa arte: quō si indiguerit addiscens addiscere princi
pia scientiæ in illa arte continget quod addiscet principia principio
rum: & sic in infinitum. Quapropter continget vt ille qui vult addisce
re aliquā scientiā vt nesciat illā. V.g. quod si addiscēs geometriam nō
pōt addiscere nisi præsciat principia illius scientiæ quā vult addisce
re: tūc nesciet illā. D.d. & sic est dispositio in alijs &c. i. & sic cōtin
get in alijs scientijs a geometria. ita q; scientia in qua homines reputāt addi
scere omnia quæ cōtinentur in ea per disciplinam nihil notificat.

Quamuis sit omnis disciplina per præcognita aut oīa aut B Oīs disciplina est per præcognita. quædam aut p demōstrationem aut per diffinitiones. oportet
enim ex quibus est diffinitio præscire & esse nota. similiter au
tem & quæ per inductionem.

Et omnis doctrina fit ex prioribus aut omnibus aut quibus
dam & similiter illud quod declaratur per demonstrationē &
diffinitionem, debent præsciri in eo propositiones per quas fit
illa declaratio: & similiter illud quod scitur per inductionem.

Et etiā oīs &c. cum declarauit qđ artes demōstratiuæ nō declarāt 48
ignota nisi ex notis in illis artibus: vult declarare q; ista propositio est
vniuersalis in artibus operatiuis: & consideratiuis. Et dicit. sicut se
est in principio analyticorum: & etiā omnis doctrina &c. i. & etiā ma
nifestū est q; oīs doctrina in artibus operatiuis quæ addiscunt per exē C
plar non fit nisi per cognitionem rerum notarum per se in illo artificio:
aut omniū aut quorūdā. D.d. & similiter quod declaratur per demō
strationē & diffinitionē. i. artes quæ addiscuntur per rationem siue sue
rint operatiuæ siue consideratiuæ. D.d. & similiter quod scitur per
inductionem & intendit illud quod scitur per artem disputatiuam.

At vero si existit cōnaturalis mirū quomodo latemus habē
tes potissimam scientiarum amplius autem quomodo aliquis
cognoscit ex quibus est & quomodo erit manifestū: etem hoc
habet dubitationē. Ambiget enim aliquis quēadmodū & eis
ca quasdā syllabas. hi nāq; syma ex. s. & .y. & m. & .a. dicūt esse:
alī vero quēdam alium sonum dicunt esse & cognitorum nul
lum amplius autem quorum est sensus qūo aliquis nō habēs
sensum cognoscet: quāuis oportebat si omniū sint elemēta ex
quibus quēadmodū cōpositæ voces sunt ex proprijs elemētis.

Si igitur sciētia est in nostra natura: mirū est quomodo eua
det ā nobis aliquid cū in nobis est firmissima scientiarū: & etiā
quomodo scitur res quę fit ex rebus: & quomodo erit hoc mani
festū. Ambiguitas enim accidit in istis rebus: & quidam rixati
sunt in hoc sicut in pedibus. quidā igitur dixerunt in sexta lite

Universidad de Deusto
Biblioteca



ra grecorū.s.z.quæ est huiꝰ formæ ꝙ est cōpositā ex. c.&.d.& a.& alīs dixerunt:immo est litera per se non ex literis notis:& etiā illud quod est ex habēribꝰ sensum quomodo scitūr a carenti sensu:& etiā ista semper sunt elementa cuiusliber quemadmodum voces compositæ fiunt ex elementis siue proprijs.

49 Si igitur scientia &c.id est quod dicere formas esse contingit ex eo vt oēs scīctiæ sint notæ a nobis in naturā:quoniā si hic sunt formæ ad quas intellectus aspicit sicut sensus aspicit ad sensibilia.& comprehensio sensibilium est naturalis in nobis cum non acquiritur ex cognitione antecedenti:necesse est vt intellecta sint naturalia in nobis: non vt
D quædam sint naturalia:quædam autem accepta per doctrinam. Deinde dixit,& etiam quomodo scitur res &c.id est secundum hæc debere⁹ scire æqualiter rem & causam eius:& non deberet cadere dubitatio in causis inter homines. Proportio enim intellectorum esset sicut proportio sensibilū. Deinde dixit, & quidā rixati sunt in hoc &c.id est & si ita esset non litigarent homines in elementis multarum rerū sicut accidit grammaticis sui temporis vt rixati sunt de litera.z.vtrum
B sit compositā an simplex. Deinde dixit,& etiam qui est ex habentibus sensum &c.id est & contingit huic positioni scilicet quod formæ intellectæ sunt comprehensæ per se sicut sensibilia quæ non indigent in acquirendo eas sensu.& si ita esset tunc sciret naturas sensibilū qui habet lesionem in instrumentis sensuum:adeo vt naturaliter cecus cognosceret naturas colorum:& naturaliter surdus vocē. Deinde dixit ista enim sunt semper elementa &c.id est & contingit si cognitio istarum formarum fuerit naturalis in nobis vt cognitiones omnium rerū
F sint naturales in nobis propter hoc quod istæ formæ sunt elemēta propria omnium entium:sicut voces fiunt ex elementis proprijs:& intēdit quod cum formæ sint elementa omnium entium propriā eis contingeret vt non indigeant in cognitione sensu.

Quod quidem igitur dictas in physicis causas quærere nisi sint omnes & extra has nullam habemus dicere palam est ex prius dictis:sed tenuiter hæ & modo quodam omnes prius dictæ sunt:modo verō quodam nullatenus. Quoniam autem illud quod dictum fuit de causis naturalibꝰ perscrutati sunt de eo omnes considerantes:& quod nos non induximus vnā causam extrinsecam ab eis manifestum est ex prædictis.& dignū est vt prima philosophia perscrutetur de omnibus rebus.continet enim omnia principia & ea quæ sunt prima.

Antiqui sciuerunt quatuor causas in suo esse.

50 Quoniā aūt qđ nos diximus in modis causarū naturaliū dictū est ab antiquis manifestū est ex pdictis ab eis.Et sic manifestū est quod nos nō addidimꝰ causam in modis causarū quas antiqui dixerunt. Et innuit ꝙ antiqui sciuerūt quatuor causas in suo esse.& hoc qđ dixit de antiquis manifestū est quod ipli concesserunt causam materialē & formalem & agentem:finalem autem non videntur concedere ex eis quæ narrauit de eis in hoc tractatu:sed ponimus dicere in hoc qđ qui concedit

Qui concedit causam agentem



cedit causam agentem debet concedere finalē:agens enim non est agens nisi propter aliquid,& videtur innuere per hoc Socratem & Platonē. Dicit autem in alio loco quod in tempore Socratis perceperunt homines causam finalem,& ideo inceperunt regere ciuitates,& intendit secundum quod opinati fuerunt in siue hominis. Deinde dixit,& videtur prima philosophia &c.id est,& dignum est vt apparet ex istis rebus quod philosophia perscrutatur de istis principijs & maxime de his sunt prima in esse & cognitione.

agentem de
bet cōcede
re causam fi
H
nalem. Idē
z.ca.de sub
stātia orbis.

Balbutiens enim visa est prima philosophia de omnibus velut nouum existens circa principium & primum,quoniam Empedocles has dicit esse rationes:hoc aūt est ꝙ quid erat esse & substantia rei. At vero similiter necessariū & carnis & aliorum singulorum esse rationem aut nihil:propter hoc enim & caro & os est,& aliorum vnūquodq;. & non propter materiā quam ille dicit ignem,& terram,& aerem,& aquam:sed hoc alio dicente quidem similiter dixit ex necessitate manifesteve ro non dixit.De talibus quidem igitur ostensum est prius, quę cumq; vero de ipsis his dubitabit aliquis resumamus iterum. Nam forsan ex ipsis abundabimus aliquid ad posteriores dubitationes.

Et quia Empedocles dicit ꝙ diffinitio est os & est illud per quod res est id ꝙ est & substantia rei,secūdum hunc modum erit etiam caro necessaria & vnūquodq; aliorū:aut nullum eorum erit caro & os,& vnūquodq; cæterorum, & hoc non est propter materiam quam ille dicit quod est terra ignis & aqua & aer & non ponit causam in hoc quod dicit istas res sed cogetur vt dicat alia:sed non dixit illud quod dixit aperte, & declaratum est prius de istis & de suis similibus,& nos reuertemur post ad dicendum in omnibus quæstionibus cōtingentibus in eis:tunc autem incipiendum est in dicendo aliquid de quæstionibus contingentibus in alīs rebus.

Quia antiqui loquentes de rebus naturalibus locuti sunt in maiori parte de materia & non de forma propria rebus mobilibus nisi Emp. qui innuit causam formalem & non dixit eam aperte.sed tamen apparet de suis sermonibus incepit hic dicere vnde apparet hoc. Et.d.& quia Empedoc.dicebat &c.id est.sed quia Empedoc. dicebat in⁹ esse quod hoc quod est os est diffinitio per quā diffinitum ab alijs rebus cōpositis,diffinitio autē est illud quod notificat formā & substantiā eius: manifestū est quod contingit ex hoc vt hoc nomen caro & alia composita ex elementis significent intentionem additā materiei aut nihil ex eis quæ significāt ista nomina sit diffinitio rerū. D.d.& ideo erit caro & os &c. id est,& propter hunc sermonē quem Emped.dicit in esse contingit ei in carne in vnaquaq; rerum cōpositarum vt illud quod nomi

51

na significant non sint propter materiam tantum quam ipse dicit: sed necesse est ei ponere causam additā materiæ scilicet formā scilicet quod necesse est ei dare aliam causam præter materiam & dare istam causam vnicuiq; generabilium rerum, & quia nō fecit hoc.d. sed non.d. illud aperte quod.d.id est, sed non propalauit istam causam esse vniuersalem vnicuiq; entium compositorū ex quatuor elemētis. D.d.& declaratum est prius in istis rebus, id est, in scientia naturali. Illic enim declaratum est de formis, & quia quæstiones contingentes illic diffuse tractantur in hac scientia.d.& nos reuertemus ad sermonem in omnibus quæstionibus contingentibus illis.d.narrauit intentionem suam in tractatu consequenti. &.d.incipiendum est &c. id est, incipiendum est dicere de quæstionibus contingentibus, id est, de quæstionibus difficilibus istius scientiæ.

## Aristotelis Liber secundus primæ philosophiæ incipit.

Secundus methaphysicæ diuiditur in tres summas.

In prima docet qualiter sit se habendum in consideratione veritatis quæ habetur in tex.1.&.2.

Secunda summa declarat ad quam formam attineat principaliter cognitio veritatis: quæ habetur a tex.3.vsq; ad.14.

In tertia summa patefacit philosophus modum considerande veritatis: quæ habetur a tex.14.vsq; in finem libri.

A

DE veritate autem theoria sic quidē difficilis est sicut vero facilis est.

Signum autem est neq; digne nullum adipisci ipsam posse: nec omnes exortes esse: sed vnumquēque aliquid de natura dicere, & secundum vnum quidem nihil aut parum ei immittere: ex omnibus autem coarticulatis fieri magnitudinem aliquam: quare sic videtur habere (vt prouerbialiter dicimus) in foribus quis delinquet? sic quidem vnique erit facilis: habere autem totum aut partem non posse: difficultatem eius ostendit. Forsan autem & difficultate duobus modis existente non in rebus sed in nobis est eius causa. Sicut enim nocticoræ cum oculi ad lucem dici se habent: sic & animę nostræ intellectus ad ea quæ sunt omnium naturæ manifestissima.

Brasichil. ſ. cē. 6. putat legendū .qs aberret alteꝛa.

Sicut nōcticoꝛa cū oculi B

li ad lucē dicī se habent ſic & animę nſæ intellectus adꝛ ea q̄ ſunt oīm naturę manifeſtiſſima.

CONSIDERATIO quidem in veritate difficilis est vno modo. & facilis alio modo, & signum eius est quod nullus hominū potuit peruenire ad ipsam secūdū qp oportet: neq; deuiauit se ab hoīb⁹ sed vnusquisq; hoīm locut⁹ fuit de natura, & vnusquisq; eorū aut nihil cōprehēdit de veritate: aut modicū, & cū aggregatum



tum fuit illud quod congregatum fuit ab hominibus qui comprehenderunt ex eo: tunc congregatū erit alicuius⁹ quantitatis. Est igitur facilis secundum hunc modum, & est modus secundum quem habemus in consuetudine inducere in prouerbio dicēdo quod nullus ignorat locum ianuæ in domo, & demonstrat difficultatem eius: hoc quod non fuit comprehensa secundum totum: neque etiam maior pars eius. Et cum difficultas eius sit duobus modis: dignum est vt sit difficilis non propter sed propter nos, dispositio enim intellectus in anima apud illud quod est in natura valde manifestum similis est dispositioni oculorum vespertilionis apud lucem solis.

1

QVIA ista scientia perscrutatur de veritate simpliciter incepit notificare dispositionē viæ inductis ad ipsam secundū difficultatē & facilitatem: cū sit manifestū apud omnes qd' comprehensio varitatis nō est impossibilis in multis rebus. Credimus enim necessario nos scire veritatem in multis rebus, & signum eius est quod habemus desiderū ad sciendam veritatem: quoniā si comprehensio esset impossibilis: tunc deliderium esset ociosum. Et concessum est ab omnibus quod nulla res est ociosa in fundamento naturæ & creaturæ. Quia igitur concessum & maxime a peruenientibus ad hāc scientiam nos habere viam ad sciendam veritatem. Deinde considerat⁹ quidem &c. id est, via inducens ad veritatem vno modo est difficilis & alio modo facilis. Et signum difficultatis eius est qd' nullus sine cōmunicatione alterius scivit de ea aliquam quantitatē secūdum quod oportet. Et signum facilitatis eius est hoc qd' non ignorauerūt eam omnes homines: quoniam si inuenerimus quod omnes homines de quibus audiuimus loqui nihil sciēt de veritate: tūc iudicaremus ipsam esse difficilē & non impossibilem propter longitudinē temporis quod est necessarium in sciendo veritatem, & quasi breuitas rēporis in quo scita sunt veritas aut tota aut aliqua quātitas iudicat facilitatem eius.

Deinde.d. sed vnusquisq; locut⁹ fuit in natura &c. id est & diximus hoc quod diximus de modo comprehendendi veritatem: quia cum nos consideruerimus omnes antiquos in scientijs inuenimus fuisse eos secundum alterum duorum aut hominem qui nihil comprehendit de veritate: aut hominem qui parum aut modicum cōprehendit de ea. Deinde dicit, est igitur facilis secundū hunc modum &c. id est, cū positum est quod est facilis secundū hunc modum & difficilis secundum alium modum: necesse est vt sit facilis secundum hunc modum, & est qd' in quolibet genere entium sunt aliqua in respectu eorum quasi ianua domus in respectu domus: in hoc quod non latet aliquem: sicut locus forte domus non latet aliquem, & ista sunt prima cognita naturaliter habita a nobis in quolibet genere entium. Deinde reuertitur ad dicendum modum difficultatis, & dixit, & demonstrat difficultatē eius qd' nullus comprehendit eam secundum totum nec magnam partem eius, id est, a tempore a quo ipse audiuit loqui de scientia. Et a quali

C

Cōcessum est ab omnibus qd' nulla res ē ociosa in fundamentis naturę. Idē. prio cæ. 1. cō. 32. &. 2. cæ. 50. &. 39. &. 3. de aia. text. cō. 45.

Pria cognita a nobis naturaliter in quolibet gñe entium sunt sicut locus ianue in domo: quē nullus ignorat consimile. 3. de aia. c. 36. &. 39.

B

a Vide. 3. de aia. c. 14. &

pri. de gene. ratiõe. 38. & in suo plogo sup. phy. & quæ ibi.

2 Non est impossibile nobis intelligere abstracta sicut est impossibile vesperitilionis inspicere sole. Id. 3. de anima. c. 36. & 9. met. c. 22. & 11. meta. 38. & 39.

innuit se comprehendere veritatẽ simpliciter aut in maiori parte secundum quod est possibile in humana natura. Deinde dixit & causa difficultatis est duobus modis &c. id est, cũ difficultas cõprehẽsionis entis est duobus modis: rectũ est difficultas in rebus quæ sunt in fine veritatis scilicet in primo principio, & in principijs abstractis a materia licet scilicet ex defectu ex nobis nõ ex illis: quoniã cũ abstracta sint intellecta in se naturaliter, & non intellecta: quia nos facimus ea esse intellecta sed quia sunt in se intellecta sicut formæ materiales: difficultas enim in istis est ex se magis quã a nobis. Et quia dispositio intellectus dere intelligibili est sicut dispositio sensus de re sensibili: assimilauit virtutẽ intellectus in comprehendẽdo intellecta abstracta a materia modo debilissimo visui in sentiendo scilicet vespertilionis non comprehendendo maximũ sensibilium scilicet solẽ. Sed a hoc nõ demonstratres abstractas intelligere esse impossibile nobis: sicut inspicere solem est impossibile vespertilioni: quantum li ita esset tunc ociose egisset: quia fecit illud quod est in se naturaliter intellectum, non intellectũ ab alio: sicut si fecisset solẽ non comprehensum ab aliquo visu.

Non solũ autẽ his dicere gratiam iustum est: quorum opinionibus aliquis communicauerit: sed & his qui adhuc superficialius enunciauerũt, etenim hi conferũt aliquid: nam habitũ quidem nostrum præexercitati sunt, nam si Thimeus non fuisset, multam melodiam non haberemus: si autem non phronis Thimeus non fuisset: eodem autem modo & de enunciantibus veritatem. A quibusdam vero opiniones quasdam accepimus: sed alij vt hi forent forte causa fuerunt.

Considera instantiã cõtra istã rationẽ ex. 7. met. cõ. 36.

Et iustum est non tãtum reddere gratias illis cum quibus habuimus communicationem in consideratione: sed & etiam illis qui habent in hoc aliquid dignitatis modicũ: quia inuenerũt nos in hoc aliquantulum quia præcesserunt & exercitauerunt nostrum intellectum, quoniam si Thimeus non esset: tũc careremus multũ de intellectu musicali, & si Hieronimus non esset, nõ esset Thimeus: & sic est de loquentibus in veritate. Nos autem accepimus quasdam locutiones ab antiquis quibusdam & alij fuerunt causa in esse istorum.

2

Addit quod non tantum oportet reddere gratias eis qui docuerunt nos veras opiniones, & fuit illi qui conuenerunt nobiscum in opinionibus: sed etiam illis cum quibus non conuenimus. Isti enim cum hoc qđ dixerunt de perscrutatione rerum exercitauerunt nostrum intellectum: & fecerunt nos perquirere per hoc virtutem ad comprehendendum.

F Nullus potest per se inuenire artes operatiuas

Et quod dixit in hoc ca. manifestum est. Nullus enim potest per se inuenire artes operatiuas aut consideratiuas in maiori parte: quia non cõpleuntur nisi per inuamentum prioris ad sequentem, & nisi prior fuisset non esset sequens.

Vocari vero philosophiã veritatis scientiam recte habet. Nã theoricæ



theoricæ finis est veritas: & practicæ opus: etenim si quomodo se habent intendunt non tamen secundum se sed ad aliquid & nunc speculantur practici. Et rectum est vocare scientiam veritatis philosophiam speculatiuam. Finis enim scientiæ speculatiuæ est veritas: & finis scientiæ operatiuæ est actio. operantes enim licet considerent in eo quod agunt tamen non perserurant de causa propter seipsam sed respectu ei? qđ agũt.

aut considerationes in maiori parte. vi H de idẽ i fine, c. 36. tertij de anima.

Finis speculatiue scientie est veritas: & practice opus.

3

Et rectum est vocare &c. id est & quia scientiæ attributæ philosophiæ sunt duæ quarum vna est cuius finis est scire tantum: & altera operari. Et quia ista scientia est superior dixit: & rectum est vocare cognitionem acquisitam ex hac scientia scientiam speculatiuam, Scientia em operatiua quãuis veniat ratiocinatione: & speculetur de causis: tamen non est digna vocari scientia speculatiua: quia non perscrutatur de causis rerum & de diffinitionibus earum nisi vt scientes eam agant: & non sciant sicut est in scientijs speculatiuis & sermo eius in hoc capitulo manifestus est.

Nescimus autem verũ sine causa: vnumquodq; vero maxime ipsum aliorũ dicit secundũ quod etiam alijs inest vniuocatio: puta ignis cali dissimus: etenim est causa alijs hic caloris: quare & verissimum quod posterioribus est causa vt sint vera: quapropter semper entiũ principia semper esse verissima necesse est: non enim quandoq; sunt vera quandoq; non: nec illis causa aliquid est vera vt sint: sed illa alijs: quare vnumquodq; sicut se habet vt sit: ita & ad veritatẽ. Et nos non scimus veritatem absq; eo quod sciamus causam eius & vnumquodq; principiorum proprie est causa eorum secundum quod sunt aliæ res quæ conueniunt in nomine & intentione. Verbi gratia, ignis in fine caliditatis ex quo oportet vt illud quod est maximum verum sit illud quod est causa veritatis rerũ quæ sunt posti: & ideo necesse est vt principia rerũ quæ sunt semper sint semper: & in fine veritatis: quia non sunt vera in aliquo tempore & in alio non: neq; habent causam in essendo vera in eo quod sunt vera: sed illa sunt causa in hoc aliarũ rerum: qua propter necesse est vt dispositio cuiuslibet rei in esse sit sua dispositio in rei veritate.

I Vnũquodq; maxime aliorũ est, propter qđ alijs in est vniuocatio.

Dispositio cuiuslibet rei i esse est

4

sua dispositio in veritate.

Quum declarauit quod hæc scientia est de genere scientiarum veritatis: & quod est pars philosophiæ speculatiuæ: vult declarare suũ ordinem in veritate & in scientijs speculatiuis. Et dixit & non scim? veritatem absq; hoc quod sciamus suam causam, id est & quia nos non scimus rem vera scientia nisi quando scimus eam cũ sua causa: vt dictũ est in posteriorib?: & est manifestum per singlđ vnũquodq; principiorũ in vnoquoque genere est proprie causa eorum quæ dicuntur de alijs rebus

rebus collocatis in illo genere de dispositionibus in quibus conuenit ille res nomine & diffinitione: cū principia in vnoquoq; genere sint causæ esse eorū generū: & causæ omnium quæ dicuntur illorū generū secundū quod sunt in illis generibus. Et cum ita sit manifestū est qđ primum in quolibet genere magis est dignum habere hoc nomē esse & eius diffinitionē quā ex quorū est causa secundū illud genus & omniū diffinitionū: & intentionū quæ sunt in omnib⁹ rebus quæ sunt in illo genere secundū quod sunt in illo genere. V.g. quia ignis est causa in reb⁹ calidis: ideo est magis dignius habere hoc nomē calidū & eius intentionem q̄ omnia calida. Et cum concluit hoc dicit ex quo oportet vt maxime verum sit illud quod est causa veritatis rerū quæ sunt post. & cum declaratū est quod causa in quolibet genere entiū est magis digna in esse & in veritate quā illa quorum est causa in genere illo: manifestum est quod si est hæc prima causa omnium entium vt declaratū est in scientia naturali. quod illa causa est magis digna & in esse & in veritate q̄ oīa entia. Oīa enim entia nō acquirūt esse & veritatē nisi ab illa causa. Est igitur ens per se & verū per se: & omnia alia sunt entia & vera per esse & veritatē eius. D. d. & ideo necesse est vt principia rerū &c. t. & propter hoc qđ diximus necesse est vt principia rerū quæ sunt semp in fine essendi & veritatis sint semp: illa enim entia quia non sunt in aliquo tēpore fine alio: sed sunt in omnibus temporibus: ideo causæ eorum nō sunt causæ eis in aliquo tēpore fine alio: propter quod indigent se in essendo causas alijs causis. Et iunxit per hoc dispositionē principiorū corporū cælestium cum corporibus cælestibus: & intendebat per hoc notificare nobilitatem veritatis in qua considerat ista vniuersalis ars quæ considerat de principijs vltimis. Deinde dixit quapropter necesse est vt dispositio &c. id est q̄ quāto magis fuerit perfectū in esse tanto magis erit perfectum in essendo verum.

Vide. 10. met. t. cō. 2. K

Vide. p hoc 3. poster. te. cō. 5. vbi dicit. ppter q̄ vnūquodq; tale &c. & 8. m. cō. 7.

Oīa entia L

nō acqrunt esse & veritatem nisi a prima cā.

Quanto aliquid fuerit magis perfectum inesse tāto magis erit perfectū in essen-

M

do verum: Idē prio de aīa. t. c. primi. &. 6. metha. t. c. 1.

a Causæ rerū entiū nō sunt infinite neq; secūdū rectitudinē neq; secūdū speciem.

IT manifestum est quod res habent principium & quod a causæ rerū entiū non sunt infinite: neq; secundū rectitudinē neq; secundū speciē scilicet vt species earum sint plusq̄ possint numerari in infinitum. Impossibile enim est secūdum naturam vt aliquid sit ex alio in infinitum. V.g. caro est ex terra: & terra ex aqua: & aqua ex aere: & aer ex igne: & hoc in infinitum: & non cesset in aliquo: neq; etiam est possibile secundum illud ex quo est principium mot⁹. Verbi gratia, quod homo mouetur ab aere: & aer a sole: & sol a luce: & hoc in infinitum. & similiter etiā est in eo quod est propter quid: impossibile est enim in hoc etiā procedere in infinitum. Verbi gratia. vt cursus propter sanitatem: & sanitas propter fortunam: & fortuna propter aliud: & sic in infinitū: & sic est in eo quod est, scilicet essentia. At verò qđ sit principium quoddam: & non infinitæ causæ existentium: nec in directum nec secundum speciem, palam: nec enim vt ex materia



materia hoc ex hoc in infinitum progredi possibile est: velut carnem quidem ex terra: terram verò ex aqua: aquam verò ex aere: aerem autem ex igne: & hoc non stare. Nec vnde principium motus: vt hominem ab aere moueri & hunc a sole: solem verò a luce: & huiusmodi nullum esse finem. Similiter autem nec id cui? causa in infinitum ire possibile est. iter quidem sanitatis causam: illam verò felicitatis: & felicitatem alius: & ita semper aliud alius causam esse: & in quod qđ erat esse similiter.

Sermo eius in hoc capitulo est manifestus: & est q̄ impossibile est 5
inuenire aliquam causarum quatuor procedere in infinitum scilicet vt aliqua res habeat materiam. & illa materia habeat aliam materiam: & hoc in infinitum. Aut vt aliquid habeat causam mouentem: & illud mouens habeat aliud mouens: & sic in infinitum. Et intendit per secundum rectitudinem vt causæ sint existentes insimul quasi in vna linea recta. Et intendit per secundum speciem vt causæ sint vna post aliam non insimul ad modum rerum attributarum vni speciei scilicet vt vna earum si post alium scilicet vt quando fuerit posterior: vt prior corrumpatur. Et forte intendit per rectitudinem ea quæ sunt vnius speciei. Verbi gratia. vt homo sit ab homine per secundum speciē: & ea quæ sunt de diuersis speciebꝰ collocatis sub vno genere. Verbi gratia. vt ignis fit ex aere: & aer ex aqua: & aqua ex terra. Omnia enim ista sunt causæ conuenientes in genere: quia omnes sunt eiusdem materiæ & diuersificantur in forma.

N Pria expō.

Secūda expositio.

Mediorum enim extra quæ est aliquid vltimum & primū O
necesse est quod prius est causam ipsorum esse post se. Nā si dicere nos oporteat vnum trium causam quod primum est dicimus: nō enim quod est vltimum, nullius enim quod finale est: sed nec medium. nam vnius. nihil enim differt vnum aut plura esse nec infinita aut finita. Infinitorum enim secundū istum modum & omnino infiniti partes omnes medie sunt: similiter autem vsque modo: quare si ex toto nihil est aliquid primū nec ex toto causa nulla est. Res enim mediæ etiam sunt ea in quibus sunt prius & posterius necesse est vt sit causa eius qđ est postremum. Si enim quæsitum fuerit à nobis quæ est causa trinitatis dicemus: primum. postremum enim non est causa alicuius eorum: & similiter etiam medium non est causa eius quia non est causa nisi vnius tantum. & indifferenter siue fuerit vnum medium, siue plura: siue finita: siue infinita. & partes rerum infinitæ quæ currunt secundum hunc modū: & vniuersaliter partes infiniti omnes sunt secundum modum vnū vsq; ad nunc: quapropter necesse est si aliqua res non fuerit prima vt

vniuersaliter

vniuersaliter non sit causa omnino.

6 P Quum dixit qđ impossibile est vt causæ sint infinitæ: incæpit demonstrare hoc in causis agentibus. Et dixit: res enim mediæ sunt & est. & signum eius qđ causæ mouentes se secundum ordinem sunt finitæ est qđ in istis causis inueniantur tria genera. scilicet prius: & medium: & posterius. primum igitur est causa omnium quū moueat se & sine medio moueat medium: & moueat postremum ad medium: & medium est causa postremi: & postremum sic est causa alicuius. Et hoc intendebat quum dixit: si enim quæritum fuerit a nobis &c. i. & cum hoc non potest imaginari in paucioribus quā tribus & fuit necesse vt omnia haVide. 8. ph. 37. 38. 39. 40. 42. 43. beant vnam causam: & si nō tunc esset in eis aliquid sine causa. Si quæritum fuerit a nobis quid est causa vniuersi ex istis tribus: non possimus dicere postremum: quia non est causa alicuius eorum: nec etiam possimus dicere medium: medium enim est causa postremi tantum: non vniuersi. Necesse est igitur si omnia habeant causam in motu vt primū sit causa omnium. s. causa suiipsius: & causa duorum residuorum. s. vt primū moueat se & moueat mediū p se: & postremū p mediū: & indifferenter siue in primo fuerit motor idē cum moto: vt intendit Plato: aut eo positum ex moto & motore non moto vt intendit Arist. D. d. & indifferēter siue medium fuerit vnum aut plura: & si plura siue finita siue Octauo ph. 33. & 37. infinita. secundū enim qđ est medium necesse est vt sit causa postremi nō vniuersi. sed si posuerimus media esse infinita tunc vniuersum non habebit causam mouentem: media enim mouent postremum tantū: quapter vniuersum mouebitur sine motore. & declaratum est in naturalibus qđ omne motum habet motorem: & hoc intendebat quū dixit & partes rerum infinitarum &c. i. & partes rerum infinitarum quæ ponuntur moueri inlimul omnes sunt mediæ id est medie secundum vnum modum vsq; ad nunc. Deinde dicit: qua propter necesse est si aliqua res Vide. 7. ph. 4. 5. & 6. nō fuerit primum vt vniuersum non habeat causam omnino: & hoc manifestum est in motis quæ mouent se adinuicem habentibus situm: scilicet quæ sunt insimul: ista enim impossibile est vt sint infinita essentialiter aut accidentaliter. si autem hoc fuerit positum in vniuerso carente situ: tunc erit impossibile essentialiter: quia vniuersum non habebit motorem omnino: sed est necessarium accidentaliter quando primus motor fuerit positus non motus omnino: quia tunc erit æternum: & mouebit vnum post aliud inæternum: & omnia hæc sunt declarata in octauo physicorum. Et consideratio vniuersalis in omnibus causis in eo qđ sunt causæ est huius scientiæ naturalis: quamuis vtatur hic demonstrationibus scientiæ naturalis: tamen inducit eas vniuersalius: quoniam quanto fuerit demōstratio vniuersalior: tanto magis erit propria huic scientiæ. & Aristote. obseruat se in hac intentione: scilicet inducendo demonstrationes vniuersales alio modo quam in scientia naturali: & hæc est causa in iteratione illarū demonstrationum in hac scientia: vt fecit in tractatu primo.

Octauo ph. com. 15. Consideratio vniuersalis in omnibus causis in eo qđ sunt causę est huius scietiæ.

Et etiā dicuntur vnī: quorū genus est vnum: & differunt per differētias subiectas eis: sicut homo: & equs: & canis: & sicut dicitur



citur omnia animalia sunt vnum: & proprie istum modum est dicere quod materia est vna. Et ista igitur forte dicūtur vnum secundum hunc modum, & forte dicuntur vnum secundum genus superius cum sint postrema forma superioris generis. Verbi gratia, sicut Isocheles & Isopleuros: quoniam dicuntur vna figura eadem. Ambæ enim sunt trianguli: & non dicūtur idem triangulis. At vero neq; in deorsum possibile est in infinitum ire ipso sursum habente principium: vt ex igne quidē aquam: ex hac vero terram: & ita semper aliquod fieri aliud genus. Dupliciter enim fit hoc ex hoc: non vt hoc dicitur post R hoc vt ex hyschimis olympia sed aut ex puero mutato vir: aut ex aqua aer: vt quidē igitur ex puero fieri virū dicimus, quo ex eo quod fit & quod factū est: aut ex eo quod perficit perfectū. Semper enim est mediū inter esse & non esse generatio: & ita quod fit existentis & non existentis. Est autem addiscens qui fit sciens: & hoc est quod dicitur quod fit ex addiscente sciens: hoc vero vt ex aere aqua corrupto altero: propter quod illa quidem non reflectuntur adinuicem: nec fit ex viro puer nō enim fit ex generatione quod fit: sed est post generationem. sic enim est dies ex aurora quia post hanc: propter quod nec aurora ex die, altera vero reflectuntur: vtroque autem modo impossibile est in infinitum ire. existentium enim intermediorum necesse est finem esse: quædam vero ad sennuicem reflectuntur. Alterius enim corruptio est generatio alterius, similiter autem impossibile est primum sempiternum corrumpi: quoniam enim non est infinita generatio in sursum necesse est ex quo corrupto primo aliquid factum est non sempiternum esse.

Et etiam impossibile est vt quod habet principium ex superiori procedat in infinitum ad inferius. Verbi gratia, ex igne aqua: ex aqua terra: & similiter fit genus a genere semper in infinitum. Fit enim diuisio ex alio duobus modis: vnus non secundum quod aliquid fit post aliquid: vt dicitur quod nebula fit ex vapore: sed vt dicitur quod ex puero fit vir: secundus autem quum dicitur quod ex aqua fit aer. Quum autem dicimus quod ex puero fit vir: intendimus quod ex re quæ erit fit res quæ iam est aut ex re quæ complebitur fit res quæ iam completa est: quoniam quemadmodum inter esse & non esse est generatio: ita id quod generatur est semper inter id quod est ens: & id quod non est ens. addis-

cens

Universidad de Deusto
Biblioteca



discens enim est generatum sciens,& hoc intendimus quum dicimus quod ex addiscẽte fit sciens:quum vero dicimus quod ex aere aqua fit:& illud est per corruptionem alterius, scilicet aeris:& ideo non reuertuntur res huius dispositionis adinuicem:neque ex viro fit puer:quoniam ex existente non fit illud quod erit:licet post existens fit illud quod erit. secundum igitur hunc modum dies fit ex mane:quia fit post: & ideo non dicitur quod mane fiat ex die, alia vero reuertuntur adinuicem, & secundum hos duos modos impossibile est vt res procedãt in infinitum ea enim quæ sunt inter duo necesse est esse finita.ista autem reuertuntur adinuicem. Corruptio enim vnius est generatio alterius,& cum hoc impossibile est vt primũ æternum corrumpatur:quoniam quia generatio ex superiori non procedit in infinitum:necesse est vt primum quod corrumpitur & fit aliud non sit æternum.

7 S

De causis materialib? est dubium vtrũ ex parte inferiori habeãt vltimũ. Vide.3. phy.c.60.

Quum compleuit demonstrationem de finitate causarum mouentiũ seruit etiam dare demonstrationem de finitate causarum materialium quæ sunt etiam diuersæ in specie.& quia notum est de causis mouentibus eas habere vltimum,& quæsitum est ab eis vtrum habeat principium a superiori.de causis autem materialibus est conuertio, scilicet quod habent principium a superiori, & est quæsitum vtrum ab inferiori habeant vltimum an non. D.etiam impossibile est &c.id est,et etiam quia manifestum est de generatione ipsam esse finitam ex parte superiori:impossibile est vt illud cuius generatio iam completa est habeat principium materiale,& illud principiũ habeat aliud materiale & sic infinitũ,adeo q̃ nõ inueniatur postremũ. V.g. q̃ ex igne non fiet aliud: & ipse fiet ex aere,& aer ex aqua,& aqua ex terra,& procedit sic in corporibus diuersis adinuicẽ secundũ formã in infinitum.

Et cum posuit hoc dedit demonstrationem:&.d.sit enim aliquid ex alio &c.id est,& demonstratio super hoc q̃ materiæ sunt finitæ est q̃ aliquid dicit fieri ab alio duobus modis,quorũ vnus est sicut dicimus q̃ ex puero fit vir,non sicut dicimus q̃ aliquid fit post aliquid. sicut dicimus q̃ ex vapore fit nebula,id est, post vaporem.secundus autem est sicut dicimus quod ex aere fit aqua, & incipit exponere hunc modum generationis, &.d.cum autem dicimus &c.id est,cum autem dicimus quod ex puero fit vir, intendimus quod ex diminuto fit perfectum,& hoc intendebat cum.d.ex illo quod erit fit illud quod est. Et cum.d.quod generatio fit ex illo quod erit & non ex illo quod iam completum est, incepit ratiocinari super hoc, &.d. quoniam quemadmodum inter esse & non esse &c.id est,generatio est ex illo quod generatur,id est,ex illo quod est in via generationis: quia esse quod est in

T

Illud cuius gñatio est completa

actu cuius generatio iam perfecta est, opponitur in rei veritate ad non esse:& ex non esse non fit generatio.id est, impossibile est vt sit generatum,neque etiam illud cuius generatio iam completa est impossibile est vt sit generatum.Remanet igitur vt sit generatum illud cuius esse



est medium inter non esse,& esse in actu,& est illud quod est in via generationis. Deinde dedit exemplum & dixit addiscens enim &c. id est, Verbi gratia,quod sciens dicitur fieri ex addiscente:& non dicimus q̃ sciens fiat ex se negatiue non esse scientes,sed ex medio inter scientiam & ignorantiam quæ est principium scientiæ: & est addiscens.& hoc intendimus cum dicimus quod sciens fit ex illo quod erit sciens, id est,ex illo quod venit ad scientiam scilicet addiscente. D.d.secundũ modũ & dixit,cũ vero dicimus quod ex aere fit aqua &c. id est,cũ vero dicimus quod aliquid in actu fit ex alio in actu. Verbi gratia, q̃ ex aere fit aqua,intendimus quod ex aere corrupto fit aqua secundum quod aer corrumpitur non secundum quod remanet, neque secundum quod est in via generationis,sicut dicimus quod ex addiscente fit sciẽs.

Deinde.d.& ideo non reuertuntur &c.id est,& generatio in primo modo non conuertitur sicut cõuertitur in secundo:quoniam si ex viro esset puer tunc quod erit esset ex illo quod iam est.scilicet tunc diminutum esset ex perfecto, quod est impossibile. Deinde dicit,& secundum hos duos modos &c. id est, & secundum hos duos modos generationis impossibile est vt generatio sit in infinitum, quoniam quia modus generationis quæ est transmutatio ex non esse ad esse,scilicet de potentia in actum est inter duo finita.scilicet esse & non esse, necesse est vt illud quod est inter ea sit finitum. Alter autem modo quo dicimus q̃ generatum fit ex illo quod est in via corruptionis reuertitur adinuicem & reciprocatur:& non procedit secundum rectitudinem,reciproca autem sunt finita necessario. Verbi gratia, q̃ ex terra fit aqua,& ex aqua fit aer,& ex aere ignis,d.& ex igne aer, & ex aere aqua & ex aqua terra,& sic est in rebus finitis,hoc idem accidit in compositis ex elementis.scilicet quod componuntur quandoque ex eis: & dissoluuntur quandoque in ea. Deinde dicit.& cum hoc impossibile est vt primum & æternum corrumpatur, id est, & etiam si posuerimus quod generatio eorum adinuicem secundum hunc modum est secundum rectitudinem, contingeret vt in eis sit primum æternum & vt sit hoc corruptibile. Deinde dedit causam in hoc.&.d. quoniã quia generatio est ex parte superiori &c.id est, quoniam cum videmus q̃ generatio non procedit ex superiori in infinitum cum in corporibus simplicibus peruenerit.Verbi gratia,ad ignem necesse est vt generatio elementorum vnius ex alio habeat principium primum quod non generatur ex alio,quoniam si illic non esset primum principium nõ esset finis, principium enim non intelligitur nisi in re quæ habet finem, & quod habet finem necessario habet principium, quod enim non incepit non desinit.sed illic est desitio:ergo primum principium, & quod non habet principium,est æternum necessario. Sit igitur hoc. Verbi gratia, terra aut aliquid prius terra,sed quia quodlibet istorum non generat aliquid nisi per suam corruptionem,necesse est vt illud primum principium corrumpatur quando ex eo aliquid generatur. & sic corrumpitur non erit æternum, sed iam ponitur esse æternum, quod est inconueniens.

impossibile est vt sit generatum.Vt de primo de generatione 55.&. 2.de gñatiõe.51.

V

Principiũ nõ intelligitur nisi in re quæ habet finem.

Ampli? aũt & quod est cuius causa finis est. Tale vero quod non est alius causa,sed & alia illius. Quare siquidẽ fuerit tale

Coñ. Auer.in lib.Metaphy.

c ipsum

ipsam vltimum non erit infinitum. Sed si nihil tale non erit quod cuius causa. Sed qui infinitum faciunt latent auferẽtes bo ni naturam. Et nullus conabitur aliquid facere ad terminum nisi futurus venire. Et etiam illud quod est propter quod fiunt res est finis. & hoc est cuius esse non est propter consequẽs aliud: sed esse aliorum ,pter illud. Necesse est igitur si aliquid sit tale vt vltimum non sit infinitum. Si igitur nihil fuerit tale non erit illud propter quod fiunt cætera. & illi qui faciunt causas infinitas auferunt naturam boni: & nõ percipiunt. Quamuis nihil incepit agere aliquam actionem quancumque non intendo finem.

Nullus conabitur ad terminũ aliquid facere nõ futurus venire.

8

Quum declarauit finitatem diuersarum causarum. scilicet agentis & materiæ, incepit declarare finitatem causæ finalis, &c. d. & etiam &c. id est, & est manifestum causam finalem esse per quam fit vnumquodq; entium, & est illud cuius esse non est in re propter aliam causam in illa, sed omnes causæ existentes in re sunt propter istam. scilicet agẽs & materia: & forma in habentibus agens ante materiam aut formam. Et cum posuit hanc esse causam. d. necesse est igitur &c. id est, necesse est igitur vt omnes causæ sint propter istam in quolibet ente, si talis causa est in vnoquoq; ente necesse est vt istę causæ quæ sunt posteriores in generatione & priores in esse nõ sunt infinitæ, dedit signum super hoc.

Vide idem 2. phy. 89.

X

Et dicit si igitur nihil fuerit tale &c. id est, si igitur non fuerit vltimus finis tunc nihil habebit causam finalem. Iam enim descripsimus q̃ causa finalis in re qualibet est causa postrema. Si igitur omnes causæ non habuerint talem. scilicet vltimam non erit hæc causa finalis omnino, scilicet quod si finis habuerit finem, & sic in infinitum non erit hęc causa alicuius. Descriptio enim istius causæ est vt non sit propter aliã causam. Si ergo fuerit infinita destruetur eius descriptio, & auferetur suum esse, sed iam posuimus eam esse. & hoc tunc esset inconveniens.

Descriptio, causæ finalis est vt nõ sit propter aliã causam

Deinde dicit, & facientes causas infinitas &c. id est, & facientes causas finales esse infinitas destruũt finem sicut diximus, & qui destruunt finem destruunt omne bonum, & nihil percipit. Nihil enim dicitur esse bonum nisi per causas finales. Deinde dicit, quamuis nihil incipit agere &c. id est, & mirum est de negantibus istam causam, cum concedant quod nullus facit actionem aliquam nisi intendendo finem & vltimum, & sic debet esse in natura in hoc sicut in artificio: & in omnibus actionibus voluntarijs. Et dicit hoc quia multi antiqui negabant hanc causam esse, & iam locutus fuit contra eos in. 2. physi.

Y

Nihil dicit esse bonum nisi per causas finales.

Secũdo phãte. c. 75. vsque in finẽ.

Neque vtique erit intellectus practicus in talibus. Nam causa alicuius semper facit qui intellectum habet. Hæc enim est

Z

Agens p̃ intellectũ semper agit per nẽ.

terminus. Finis enim terminus est.

Et cũ hoc etiã secũdũ q̃ dicitur nõ est intellectus in entib⁹. Habens enim intellectum non agit quod agit, nisi propter aliquam



quam rem quæ est vltimum actionis. Vltimum enim est finis ad quem intenditur.

Et facientes causas finales esse infinitas negant intellectum operatiuum: intellectus non agit quod nisi propter aliud: & illud est propter quod opus est finitum. Vltimum enim est finis. scilicet quod intendunt actiones: & si non: tunc actio esset otiosa.

9

Sed nec quod quid erat esse conuenit reduci ad aliam diffinitionem multiplicantem rationem. Semper enim quæ ante est communior est: & quæ posterior est non est: cuius autẽ primum non est nec habitum est.

Quod ante est cõmunior est eo quod posteriꝰ est.

Et etiam dispositio in eo de quo quæritur per quid impossibile est vt sermo de eo sit extra terminos. Prius enim semper est magis dignum in esse: posterius autem non sic. & illud cuius primum non est: quod consequitur illus primum non est.

10

Quum declarauit finitatem rerum causarũ incepit facere hoc in causa formali. Et. d. & etiam dispositio &c. id est & etiam sermo de dispositione eius de quo quæritur per quid est: & est forma rei impossibile vertit diuersus a natura diffinitionum. scilicet quã si apparuit q̃ natura diffinitionum est finita necessario erit vt ita sit de formis. D. d. prius enim semper &c. id est in diffinitione enim est pars prior & posterior: & prior est magis digna in esse: & si prior nõ fuerit: posterior non erit. si igit pars prior. V. g. genꝰ habuerit diffinitionẽ: & pars prior illiꝰ diffinitionis habuerit diffinitionẽ: & sic infinitũ nõ erit illic priꝰ: quapropter neq; postremũ. Posterius enim nõ est posteriꝰ nisi prioris: & sic auferẽtur diffinitiones. & destruuntur cognitiones: si formæ quæ attribuũtur diffinitionibus sint infinitæ. Et hoc intendebat cum. d. & illud cuius primum non est &c. i. & illud cuius esse consequi esse primi & est postremum non erit quando primum non fuerit: & econuerso: & cum postremum non fuerit: primum non erit.

Posteriꝰ nõ est posteriꝰ nisi prioris. Cũ postremum nõ fuerit non erit primum.

A

Nõ est possibile scire anteq̃ ad in diuidua perueniatur.

Amplius scire destruunt omnes qui ita dicunt. Non enim possibile scire antequam ad indiuidua perueniatur. Et cognoscere non est nam quæ sic sunt infinita quomodo contingit intelligere. Non enim simile in linea quæ secundum diuisiones quidem non stat. Intelligere vero non est non statu entẽ. Propter quod non enumerauit sectiones qui per infinita procedet. Et etiam qui hoc dicit destruit scientiam: scire enim impossibile est vt sit sine peruentu ad illa quæ non patiuntur diuisionem. Et erit sciens secundum hoc non sciens. Res enim infinitæ quæ sunt huiusmodi dispositionis impossibile est vt comprehendantur ab intellectu. Dispositio enim de linea non est talis, scilicet quod & si non adaptatur stare super diuisiones suas impossibile est vt comprehen-

Universidad de Deusto
Biblioteca



dãtur per intellectum nisi per suum statum. Et ideo qui in sua imaginatione acceperit lineam infinitam non determinabit diuisiones eius.

11 Hoc est complementum primæ, declarationis in qua posuit postremam formam: & postremam differentiã: & declarauit qd̃ necesse est vt prima forma sit in re diffinita: & qd̃ impossibile est qd̃ forma procedat de inferiori ad superius in infinitũ. Hic aũt ponit primum superius esse: & declarat posterius esse. Et.d. Scientia enim nõ erit sine prouentu &c. i. qd̃ cũ posuimus postremũ nõ esse & primũ esse destruetur scientia diffinitionũ quæ sit secundũ dissolutionem: sicut destruitur scientia diffinitionũ q̃ fuerit per cõpositionem: cũ posuimus postremum esse: & primũ nõ esse: quãdo enim in vna re fuerit prima forma diuisibilis in differẽtias infinitas: nõ peruenimus p diuisionẽ ad cognoscendũ naturã illius speciei. Scientia enim alicuius nõ fit nisi quãdo peruenitur ad speciem postremã. D.d. secundũ inopinabilitatẽ: & scies secundum hoc nõ erit. i. & si scientia nõ fuerit cõtingit valde inopinabile. s. q̃ scies non erit: & causa in hoc est qd̃ res cognitæ sunt ea quæ determinantur ab intellectu: infinita igitur non determinatur ab intellectu: ergo non sunt cognita. D.d. linea enim &c. idest & nõ debet cõtradicere aliquis nobis per diuisionẽ lineæ q̃ nõ possumus peruenire in sua diuisione ad partem vltimam: assimilando diuisionẽ generis in species diuisioni lineæ in medietates: & medietatũ in medietates, & sic in infinitũ. Impossibile est enim nos intelligere lineam infinitã nisi q̃n accipimus eam finitam: & iterãdo eã infinities: & hoc nõ facit intelligere infinitũ: & ideo qui imaginatus fuerit lineam: infinitam nõ poterit intelligere eam: & hoc intẽdebat cũ dixit: sed qui acceperit in sua imaginatione lineam infinitam: non determinabit diuisiones eius: idest non poterit intelligere eam.

Hic aduerte Auer. vel lea superiori ad inferiũ fieri dissolutionẽ cuius tamẽ oppositũ ipse habet. 7. met. c. 23.

Oportet intelligere materiam ja remota.

Sed materiam in eo quod mouetur intelligere necesse est: & infinito nihil est esse aut non. Si vero nõ est infinitum: quid est infinito esse. Et etiam materia necesse est vt imaginetur ja remota. Et impossibile est vt sit in aliquo infinito in actu. Et si sic non erit illud quod est in infinito: tunc non erit infinitum.

12 Hæc est alia declaratio de natura generati: & dicit quod materia necesse est vt sit conclusa in moto quod est generatũ compositum ex materia & forma: aut formis. Si igitur in illo composito fuerint formæ infinitæ continget sit infinitum: & quia generatũ est illud cuius generatio iam completa est: & est in actu. Si igitur in moto cuius magnitudo est infinita fuerit aliquid in actu: & est illud quod sit in moto infinito: & forma est illud quod terminat generatum: continget vt illud quod est in actu determinet infinitum: quod est impossibile. Manifestum est ergo quod illud quod determinat infinitum si possit determinari necesse est vt sit infinitum: & ex hac positione sequitur destructio istius scientiæ vt infinitum non determinetur ab infinito. Et hoc intendebat cũ dicebat si igitur non fuerit tunc illud quod est in infinito non erit infinitum idest quod si finitum determinat infinitum: tũc illud quod terminat



natinfinitum non est infinitum: cum illud quod equabitur infinito deberet esse infinitum aut quocunq̃ modo appelles: siue æqualitatem: siue terminationem: siue superpositionem.

Infinitũ nõ est pertransire infinito tempore.

Sed si infinitæ essent pluralitate specierũ causarum: non esset ita cognoscere. Tunc enim scire putamus cum causas ipsas nouerimus. Infinitum vero secundum additionem non est pertransire in finito tempore.

Et etiam si species causarum essent infinitæ in numero: non esset scientia secundum hunc modum. Nos enim nõ videmus nos peruenire ad scientiam nisi quando scimus causas.

13 Prima expositio.

Potest intelligi quod si genera diuersarum causarum essent infinita in genere non esset scientia omnino. Non enim videmus nos scire aliquid nisi quando sciuerimus ipsum per omnia genera causarum existentium in eo: quando habuerit plus vno genere causarum quousque declarabitur in quinto quod impossibile est inuenire in causis plus q̃ quatuor genera causarum famosa. Et potest esse demonstratio vniuersalis super infinitatem vniuscuiusq̃ generum. Et cum.d. quod impossibile est vt finitum comprehendat infinitum: intendit quod intellectus qui est finitus non potest determinate infinitum: intendit quod intellectus dat illud in actu non in potentia. Et diximus in actu quia vniuersale cõprehendit res infinitas: sed in potentia: non in actu.

Secunda.

Vniuersale cõprehẽdit res infinitas in potentia B sed nõ i actu Idẽ. 3. de anima. cõ. 19. & 12. meta. 14. & 15. com.

Contingunt autem auditiones secundum consuetudines entibus. Nam vt a consueuimus ita dignamur dici. Et q̃ præterea non similia videntur: sed propter inconsuetudinem minor & magis extranea. Nam consuetum notius. Quantam vero vim habeat quod consuetum est leges ostendunt: in quibus fabularia & puerilia magis quidem valent cognitione de eis propter consuetudinem.

a Vt cõsueuimus ita dignamur dici. & cõsuetum notius est.

Sed obedire ei quod audiuimus est secundum consuetudinem. Dicimus enim quod consueti sumus audire: & quod videmus extra illud est inconueniens: immo videmus illud ad quod non fuimus assueti esse inopinabile. Illud enim ad quod sumus assueti est magis applicabile animo & magis notum. Et tu potes scire quantum facit consuetudo in hoc considerando in legibus. Inuenies enim appologos & fabulas propter cõsuetudinem plus applicabiles animo quam summæ veritates.

14 Complemẽtũ hominũ nõ cõpletur nisi per cõ-

Intendit in hoc ea declarare quæ impediunt scire veritatem: & fortissimum eorum est consuetudo in pueritia in rebus legis & maxime in hac scientia: quia plures opiniones huius scientiæ sunt radices legũ: & ponuntur in legibus non ad sciendum: sed ad inquirendum homines. Et causa in hoc est quod complementum hominum non completur nisi per congregationes: & cõgregatio p bonitatẽ: esse ergo boni est

gregationē: & cōgregatio per boni tatem. Idem 3. de ala. cō. 5. & 36.

necessarium & non est necessarium eos scire veritatē: & hoc non accidit tantum in legibus: sed in primis cognitis: sicut accidit hominibus qui in principio audierunt scientiam loquentium. Isti enim propter cōsuetudinem negant naturam esse: & etiam veritatem: & negant etiā necessarium esse: & ponunt omnia possibilia esse: & induxit hoc propter quod locutus fuit de causis. Multæ enim leges ponunt hic esse causas scientes res infinitas: & quod ab eis proueniunt res infinitæ & cū dixit impedimenta propter consuetudinem induxit etiam illud impedimentum quod accidit per humanam naturam.

Alī autē si non mathematice quis dicet nō recipient dicentes. Alīs si nō exemplariter. Et hic testem induci dignātur poētā. Et illi quidē omnia certe. His verò flebilis est certitudo: aut propter impotentiā cōplectendi: aut propter micrologiā. Habet eīm aliquid quod certū est tale. Vt quemadmodum in symbolis & ratiocinationibus non liberū quid quibusdā esse videbitur. Propter quod oportet eruditi quomodo singula sunt recipienda. Et absurdum est quærere simul scientiam & modum sciendi. Est autem neutrum facile accipere. Et quidā homines si homo non locutus fuerit cū eis mathematice nō recipiūt illud quod dixit. Et quidā quærunt testimoniū multorū homi nū. Et quidā quærūt testimoniū verificatoris. Et quidā quærunt perscrutationem maximā. Et quidā tristant per sermonē perscrutatū & odiunt illū: aut quia nō possunt retinere ipsum aut quia absimulatio eius est mala. Scatinizando enim in hoc est quasi scatinizando in mercatione. Et sicut scatinizando in mercatiōe est vile: ita est in sermone. Et ideo oportet hominē instrui in cognitionē vie cuiuslibet rei quā vult declarare. Malum enim est simul quærere aliquam scientiam: & modum secundum quem declarat. Et non est facile aliquod istorum.

C Absurdū ē quærere simul scientiā & modum sciendi.

35 Vult declarare in hoc ca. quod accidit hominibus in scientijs propter diuersitatem naturæ: & propter paucitatem instructionis in logica. Et dixit quod quidam homines quærunt in omni scientia demōstrationes de genere demonstrationum mathematicorum: & hoc accidit pluries in his qui non instructi sunt per logicam. Et iam vidimus aliquos quibus accidit hoc per naturam. Et quidam quærunt testimonium multorum: & hoc accidit per naturam: multi enim hominum possunt pertransire sermones probabiles & demonstrantes: & isti cum concedunt prima intellecta non concedunt ea nisi inquantum sunt famosi: ita quod si acciderit quod contraria eorum sint famosa: negabūt

Vide. 1. ph. t. cō. 14. & 3. cel. t. 34.

ex sicut accidit loquētib⁹ negabāt impossibile esse aliquid de nihilo licet propositio sit concepta ab omnibus, scilicet impossibile esse magnitudinem ex non magnitudine: ita quod vidi multos homines dantes

D ad philosophiam & negabant istam propositionem esse primam: & simiAuí. d. ho- liter negabant formas specificas esse proprias materijs necessarijs adeo



adeo qd' Auic. cū sua famositate in philosophia dicit hominem generari ex terra esse possibile sicut murem & alia multa quæ dicūtur. Et accidit etiam quibusdā hominibus quærere testimoniū verificatoris, & hoc etiā accidit per naturam eis in quibus virtus imaginatiua dominatur super virtutem cogitatiuam, & ideo videmus istos nō credere demonstrationibus nisi imaginatio cōcomitetur eas. Nō enim possunt credere nō plenum esse aut vacuū aut tēpus extra mūdum: neq; credere hæc entia esse nō corpora: neq; in loco: neq; in tempore, & accidit hic multis cōsiderātibus in philosophia Auicē. & ista attribuūtur ei sed nō: est verum qd' eius fuit. Et quidam homines quærūt perscrutationem maximam, & ista est natura philosophiæ. Et quidā contristatur perscrutationem valde perscrutabilem, & causa in hoc est aut quia intellectus eorum non potest retinere & comprehēdere ipsum, & isti impossibile est vt addiscāt: aut propter segnitiem: aut propter errorem contingentē eis quia absimilant disputationē cū mercatione, & credunt qd' proteruire in sermone est malum: sicut malum est propteruire in mercatione. Et ideo dixit Arist. qd' necesse est vt homo instruatur in cognitione vie cuiuslibet rei quam vult declarare, & dixit hoc qd' ars logica quædam est vniuersalis omnibus scientijs, & quædam propria vnicuiq; scientiæ. & homo nō potest esse instructus in qualibet arte nisi sciendo vniuersalia & propria de eis. Et cum dixit hoc dedit præceptum valde vtile: a & est vt homo nō addiscat illam cum adiunctione aliarum scientiarum: quoniā tunc neq; addiscent hanc neq; istam sicut dixit: quo niā magis est quærere aliquam scientiam & modū secūdū quē declaratur: hoc enim simile est ei qui docet homines viam cum addiscit eum: aut qui intendit medicinari hominem, & iterum addiscit medicinam: sicut de quodam dicitur qui cum ad infirmū accessit, & propinauit medicinam ei & inspexit post librum, & mortuus est infirmus.

a Vtile præceptū. b. Acrobologia mathematica non in omnibus est expetenda.

Acrobologia vero mathematica nō in omnibus est expetēda: sed in nō habentibus materiam. Propter quod non naturalis est modus. Omnis enim forsan natura materiā habet. Ideoque primū perscrutandū quid est natura. Ita nāq; & de quibus est physica manifestum erit. Et si vnius scientia aut pluriū est causas & principia considerare.

Et nō oportet quærere in qualibet scientia perscrutationem sicut in mathematicis: hoc enim nō oportet quærere nisi in eis quæ nō miscētur cū materia. Et ideo iste modus nō est naturalis: quia videtur quod tota natura fere admiscetur cū materia. Et ideo oportet nos primo perscrutari de natura quid sit: hoc enim facto apparebūt nobis ea de quibus perscrutamur naturaliter. Et vtrū cōsiderandū sit de causis principiorū in vna scientia aut in pluribus vna. Videtur eīm qp quælibet natura habeat materiā. Et ideo oportet quærere natura primo quid sit. Et tūc declarabūtur nobis ea ex quibus declaratur scientia naturalis.

F pri. ph. c. 8. &. 35. &. 8. phy. cō. 70. &. 7. met. c. 2. &. 1. ethi. ca. 1.

minē posse generari ex terra. Vide 8. phys. cō. 46. Vide infra cō. 100. R. Natura philosophi est quærere maximam perscrutationē. Secūdo cæ. 34. Ars logica duplex vniuersalis & propria. idē

16 G

Et non oportet quærere &c. id est, & non oportet hominem quærere vt modus fidei in demonstrationibus naturalibus sit sicut modus fidei in mathematicis. Demonstrationes enim mathematicæ sunt in primo ordine certitudinis, & demonstrationes naturales consequuntur eas in hoc. Certitudo enim diuersatur in eadem scientia. Verbi gratia secundum demonstrationē simpliciter, & secūdum demonstrationē quia, & cum diuersatur in eadem scientia magis diuersatur in scientijs diuersis secundū genus. Deinde declarauit in quo genere debet homo quærere certitudinem quæ est in primo ordine, & d. sed debet homo quærere hoc in eis quæ nō admiscentur cum materia scilicet mathematicis, & ideo d. & iste modus non est naturalis, id est, & ideo consideratio in hac scientia nō est naturalis cōsideratio cum sit de rebus nō admixtis cum materia. a Et si considerauerit in rebus admixtis cū materia tamen in modo secundum quem non admiscentur cum materia. Verbi gratia, res naturales diuidi in potentiam & actum vnum & multitudinem & substantiam & accidens. Deinde dixit videtur enim quod rota natura fere admiscetur cum materia, id est, & iste modus non est naturalis: quia entia in quibus considerat non admiscentur cū materia, & omnia naturalia fere sunt admixta cū materia. Et dicit fere propter intellectum: intellectus enim qui est postrema perfectio hominis est abstractus a materia. Et dubitatur in hoc quomodo d. fere & dispositio intellectus qui est postrema perfectio hominis est dispositio intellectuum omnium abstractorum in corporibus cælestibus. Illi enim sunt postrema perfectio corporum cælestium. Et respōdendum est quod ipse d. fere in respectu corporum generabilium & corruptibiliū. Ista enim dicuntur magis naturalia secundum famositatem quā illa. Deinde dicit & ideo oportet primo perscrutari &c. id est, quod quando homo scierit naturā quid sit: declarabuntur ei naturalia a non naturalibus: natura enim vniuersaliter est sicut dictum est principium trāsmutationis in rebus transmutabilibus per se, & principium priuationis transmutationis in rebus quæ quandoq; transmutātur & quādoq; nō. Illa autem quæ semper remanent in eadem modo modorum transmutationis scilicet in motu local: equiuoce dicitur de eis natura & de aliis.

Deinde dixit & vtrum est considerandum in causis principiorum &c. id est, & debet primo perscrutari qui voluerit considerare in hac scientia vtrum consideratio in omnibus quatuor principijs est vnius scientiæ aut plurium scientiarum: quoniam si fuerit multarum scientiarum tunc omnia pincipia non erunt omnium entium: sed quædam principia. Deinde dixit videtur enim quod quælibet natura habet materiam, scilicet videtur enim quodomne ens habet causam materialem, & si ita est nulla est scientia alia a scientia naturali. Deinde dixit & ideo oportet perscrutari primo de natura quid sit, & dixit hoc: quia scientia naturalis declaratur per duas perscrutationes quarum vna est perscrutatio de natura quid sit sicut dixit, & secunda est perscrutatio de natura cuiuslibet entis quid sit, & hoc manifestum est per se, & Aristote. perscrutatur de hoc in alio libro qui dicitur Analectica.

Finis secundi.

Demōstrationes mathematicæ sunt in primo ordine certitudinis & demōstrationes naturales consequūtur eas in hoc.

Vide instantiam primo de anima. t. ca. pri.

a Quomodo meta. sit de rebus nō mixtis cum materia.

Dubium. Solutio.

Generabilia secundū famositatē dicūtur magis naturalia quā æterna.

Vide. 2. ph. c. 3. &. 5. Imet. 2. cō. 5.



Aristotelis Liber tertius primæ philosophiæ incipit.

Tertius metaphy. & secundū Auerro. partitur in duas summas.

Prima habetur in text. pri. in quo ponit intentionē suam se velle disputatiue declarare ea quæ sunt dubitabilia circa rerum veritatem.

Secunda summa est a textu. 2. vsq; in finem vbi complet ea quæ dicit in prima summa.

NECESSE est autē ad quæsitā scientiam nos aggredi primū de quibus dubitare primum oportet. Hæc autē sunt quæcunq; de ipsis aliter suscesserunt quidam. & si quid extra hoc prætermissum est. Inest autem inuestigare volentibus præ opere bene dubitare. Posterior enim inuestigatio priorum est solutio dubitatorum. Soluere vero nō est ignorantis vinculū: sed mentis dubitatio hoc de re demonstrat. Inquantū enim dubitat intantum similiter ligatis est passus. Impossibile enim vtriscp procedere ad id quod est ante. Propter quod & difficultates oportet speculari omnes prius & horum causas. Et quia quærentes sine dubitatione primo similes sunt quo oportet ire ignorātibus. Et adhuc neq; quādo quæsitum inuenit aut non cognoscit. Finis enim huic est nō manifestus: predubitati vero manifestus. Amplius melius: necesse est enim habere ad iudicandum eū qui audiuit velut aduersariorum & dubitantium omnes rationes.

A Posteriorē uestigatio priorum est solutio dubitatorum. Soluere nō est ignorantis vinculū.

B Melius ſit, dicat qui audit vtramq; partem.

NEcesse est nobis cōsiderare primo' quæstiones difficiles dicendas in hac scientia. In quibusdam existimauerunt existimationes diuersas & alia quæ diminserunt. Prima enim actio eorum qui voluerunt cōprehendere scientiā rerum est perscrutari de difficilibus quæstionibus. Non enim cōprehenduntur ea quę sunt post nisi per dissolutionē quæstionum difficilium quæ sunt ante. Et nō potest dissoluere qui ignorat ligamentū. Et hebetudo intellectus demonstrat quod hoc est sic hebeti autē contingit simile ei qp cōtingit ligato. Hebes autē non potest intelligere neq; ligatus ire. Et ideo perscrutandū est prius de omnibus difficilibus, & propter hoc quod diximus. Et quia qui quærit cognoscere aliquid: antequā perscrutetur primo de difficultate eius: assimilatur ei qui ignorat locum: pedum per viam æqualem. Et cum hoc qui non scit quæsitum nescit ipsum quando inuenitur. Finis eorum igitur qui non perscrutantur de difficilibus est ignotus

tus. Et finis eorū qui perscrutātur de eis est manifestus notus. Et est bonū vt apud audientem omniū sermonū, & confirmātiū & negantiū sint propositiones necessariæ & sufficientes.

1 Cōsuetudo Arist. est inducere in oibus scīctijs sermones disputatiuos ante sermones demonstratiuos. Vide idē. 4. phy. cō. 3. & 31. op. pri. cæ. cō. 2.

INtendit in hoc tractatu inducere sermones disputatiuos qui affirmant & destruunt idem in omnibus quæstionibus difficilibus huius scientiæ, & ista est consuetudo Aristo. omnibus scientijs scilicet in quæstionibus difficilibus. Iste enim quæstiones habent sermones disputatiuos, & nullus scit quantū sunt difficiles nisi sciat eas per sermones disputatiuos. Sed in scientia naturali vidit qđ melior doctrina est ponere disputatiuam perscrutationem singulis quæstionibus quando vult facere disputationem super illam quæstionem. In hoc autem libro vult ponere sermones disputatiuos in omnibus difficilibus quæstionibus quæ sunt in hac arte, & ponere sermonē eis per se. Deinde inducit demonstrationes proprias vnicuiq; quæstioni in loco conuenienti tractatuum huius scientiæ, & forte iste ordo est melior in doctrina huius scientiæ quia communicant scīctiæ disputatiuæ in vniuersalitate considerationis. Subiectum enim vtriusq; scientiæ est idem scilicet ens simpliciter. Et quia natura sermonum disputatiuorum facit vt præponatur in ordine sermonibus demonstratiuis: vidit Aristo. qđ iste modus considerationis debet poni pars per se in hac scientia: sicut fecit in omnibus significantibus intentiones huius scientiæ econtrario ei quod fecit in alijs scientijs scilicet quod in alijs scientijs exponit nomina apud considerationem in vnaquaque quæstione: in hac autem scientia exponit nomina in vno tractatu non ad diffinguendum nomen æquiuocum: sed numerando intentiones, de quibus considerat ista scientia. Nicolaus autem ordinauit sermonem contra illud quod fecit Aristoles in istis duabus intentionibus scilicet qđ ordinauit eam secundū quod fecit Arist. in scientia naturali, & putauit se incedere per viam meliorem, & melius est qđ Arist. fecit propter causam quam diximus. Et. d. necesse est nobis &c. id est, quia necesse est omni volenti scire res quæsitas in vnoquoq; genere scientiarum, inspicere primo quæstiones illius scientiæ, & perscrutari de eis: oportet nos facere hoc in hac scientia. Deinde dixit quæ quæstiones sunt iste, &. d. & sunt ille de quibus quidam existimauerunt &c. id est, & iste quæstiones sunt in quibus homines diuersantur in hac scientia propter difficultatem earum, & aliæ quæstiones difficiles de quibus permiserunt perscrutari. Deinde dicit causam in hoc &. d. prima enim actio &c. id est, & necesse est incipere a perscrutatione de istis difficilibus quæstionibus: quia scientia quæsita quæ post acquiritur ex eis est scientia per quam dissoluitur difficultas quæ erat in illis quæstionibus per dubitationes aduenientes in eis. Et cum. d. quod causa propter quam incipiendum est perscrutari de rebus difficilibus est quod aduentus difficultatis præcedit ablationem eius, & modus ex quo aduenit difficultas est alius a modo ex quo aufertur. Modus enim ex quo aduenit est similis ligamento, & modus ex quo aufertur est similis dissolutioni ligamenti, & ideo dicit & non potest dissoluere



uere ex modo ligamenti qui ignorat ligamentum &c. id est, & quia motum est per se quod nullus potest dissoluere ligamentum qđ fit in membris notus ex illo modo ex quo cecidit ligamentum; & illud quod accidit intellectui simile est ei quod accidit ligato: qm quēadmodū ligatum non potest moueri aliquo modo ad finem quē intēdit: ita est de intellectu quādo acciderint ei sermones contrarij: & ideo necesse est vt via ex qua dissoluuntur quæstiones sit alia a via ex qua accidunt quæstiōes: quēadmodū modus ex quo dissoluitur ligamentū est alius a modo ex quo aduenit ligamentum. Et. d. & ideo perscrutandum est de omnibus difficilibus, ꝓpter hoc quod diximus primo quia est via ad acquirendū scīctiam, proportio enim quæstionum ad animā similis est ꝓportiōi ligamēti & ad membra: & ꝓportio scientiæ acquisitæ post alias quæstiōes est talis proportioni motus quæsiti posti dissolutionē ligamēti.

Proportio quæstionū ad alias talis est ꝓportiōi ligamenti ad membra.

Quæstiones ptinētes ad modū considerationis istius scīctiæ.

D. dixit aliā causam ꝓpter quā incipiendū est perscrutari de difficultate quæ est in quæstionibus: & dixit qui enim quærit cognoscere aliquid &c. id est qui enim cognoscit aliquid anteq; cognoscat quantitatem difficultatis eius assimilatur eis quorum pedes sunt per viam reclam: & nesciunt quod sui pedes sunt in illa via. Deinde dixit, & cū hoc qui nescit quæritum &c. i. qđ qui nescit quantum quærit: nescit ipse quando inuenerit eum: & cum hoc perscrutatus est de aliquo & nescit quantū est difficile illud quod quærit est ignotum apud ipsum: & sic si inuenerit ipsum, nescit vtrum inuenerit aut non: qui autem scit difficultatem rei scit finem quem quærit: & sic si inuenerit illum scit illud quod quærit: quæsitum enim erat apud illum scitum de terminate.

Quæstio prima.

Vtrum vnius aut multarū est scīctiarū causas speculari.

Deinde dixit, & bonum est &c. id est & etiam melius est volentibus iudicare inter duos homines diuersantes in aliquo vt sint cognoscētes propositiones quibus vtitur affirmans & negans.

Quæstio secunda.

Est aūt dubitatio prima quidē de quib⁹ proēmialiter dictis dubitauimus. Vtrū vnius aut multarum est scientiarum causas speculari. Et vtrū substantiæ principia prima est scientiæ huius scire solum. Aut etiā de principijs de quibus ostendunt omnes. Vt vtrum contingit vnū & idē simul dicere & negare aut non: & de alijs talibus. Et si est circa substantiam: vtrum vna circa omnes aut plures sunt. Et si plures: vtrum omnes cognatæ aut earū hæ quidē sapiētiæ? Ille verō aliquid aliud dicēdæ sunt. Et hoc idē quoq; necessarium est quærere: vtrū sensibiles substantiæ esse solum sunt dicendæ: aut præter has aliæ.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Et vtrum vniuersæ sunt aut plura genera substantiarum: vt facientē species: & mathematica inter ista & sensibilia dixerūt. De his ergo vt diximus perscrutādum est. Et vtrū circa substantias solum est speculatio: aut circa quæ accidūt secundū se substātijs. Adhuc autē de eodē & diuersō: simili & dissimili: & cōtrarietate: & de priore & posteriore: & de alijs omnib⁹ talibus: & de quibuscūq; dialectici intendere tentant: ex probabilibus

Sexta.

Septima.

Octaua.

Dialectici tentāt de omnib⁹ & eo-

Dubitatio.

Dubitatio.

Dubitatio.

principia sint alio modo: aut sunt principia per motum. Iste enim quæstiones sunt difficiles & valde intricatæ. Vigesimasexta. & cum hoc etiam perscrutandum est vtrum numerus & longitudo: & etiam figura & puncta sunt substantiæ. aut non. Et si sunt substantiæ vtrum sint diuerse á sensibilibus: aut sint eis. Difficultas enim non tantum est in comprehendere veritatem istarum rerum omnium: sed non est facile quærere de eis secundum difficultatem earum secundum sermonem valde.

2 F Vtrū cōsideratio &c. & intendit per genera causarū causas diuersarum diuersorum: causæ enim diuersorum generum sunt diuersæ. V.g. principia rerū naturalium & principia rerum mathematicarū: & principia rerum abstractarum. D.d. & vtrum esse scientiæ consideratio &c. i. & si consideratio in omnibus principijs est vnius scientiæ verum illa scientia debet considerare in principijs substantiæ & vniuersalium entium tantum: aut cum hoc debet considerare in principijs cognitionis quæ sunt prima intellecta. V.g. considerare in sermone dicentium possibile esse vt affirmatiua & negatiua insimul sint veræ: & in sermone negantium q̄ æqualia sunt idem æqualia: & vniuersaliter in sermone negantium principia. D.d. & etiam sic scientiæ est consideratio &c. i. etiam si scientia debet considerare de substantijs vtrū illa scientia est vna aut plures. Si enim substantiæ fuerint diuersorū primorū: principiorum cōtinget cōsideratio de eis sit pluribus quā vni scientiæ: & si fuerit consentientiā primorum principiorum: verum consideratio de eis erit vnius scientiæ. D.d. & si fuerint plures scientiæ vtrū &c. i. & si consideratio de entibus fuerit plurium scientiarum vtrū omnes sint species vnius generis. s. partes vnius scientiæ aut sint diuersarum scientiarum: adeo q̄ quædam dicitur philosophia: & quædam scientia naturalis: & quædam dōctrinalis. D.d. & etiam perscrutandū est verum oporteat nos dicere quod substantia &c. i. & necesse est nobis perscrutari vtrum sint aliæ substantiæ a substantijs sensibilibus: aut nulla est substantia præter istas. D.d. & vtrum substantiæ habent genus &c. i. & si aliqua est substantia alia a substantijs sensibilibus vtrum ista substātia est eadem natura aut plures naturæ: sicut dicunt illi q̄ substātię sunt res abstractæ. s. & sunt formæ nō abstractæ: & sunt res sensibiles: & mediæ inter formas & res sensibiles: & sunt mathematicæ. D.d. & vtrū consideratio est tantū de substātia &c. i. & etiā perscrutandū est verū perscrutatio in hac scientia est de substantijs tantū: aut de accidentibus: aut de vtroq̄.

D.d. & cum hoc oportet nos perscrutari de eodem & de diuerso. i. & oportet nos perscrutari etiā de cōsequentibus essentialibus quæ appropriancenti in eo q̄ est ens. V.g. idem & diuersum: & simile & dissimile: & cōtrariū & nō contrariū. Omne en̄ ens q̄n fuerit cōparātū ad aliud aut erit idem: aut diuersum: aut simile aut dissimile: cōtrariū aut nō cōtrariū. Et vtr oportet pscrutari de oībus de q̄bus disputatores assistunt disputare: p̄ sermones famosos laudabiles. a Philosoph? en̄ & logicus cōuenit̄ in pscrutatione de istis rebus: qa vterq̄ cōsiderat de ente simplr. D.d. & etiā perscrutandū est de oīb? accidētibus &c. i. & perscrutādū est in istis quæstionib? de rebus: quarū est prima: qd est vnū quod q̄ eorū. & quæ sunt accidētia propria eis: & nō de hoc tantū: sed de illis quæ sunt cōtraria eis: aut nō cōtraria. Per omnia en̄ ista cōpletur perscrutatio de istis quæ intendūt sciri. s. per cognitionē triū. s. priorū & posteriorū & oppositorum. D.d. & vtrū principia & elementa &c. i. & perscrutādū est vtrū rerū principia & elemēta eorū sint genera aut individua in quæ diuiduntur postremo gña: & si genera sint digniora vt sint principia quam individua: vtrum genera remotissima ab individuis sint magis digna, aut genera propinqua ita q̄ dignissimum eorū species sit qui diuidit̄ in individua. V.g. perscrutari quid est magis primū animal, aut homo, aut individuū animalis, aut hominis. Et si animal & homo sint priora suis individuis. vtrū homo sit prior animali aut animal homine. D.d. & oportet nos multū perscrutari. i. & oportet nos quærere vtrū in individuis substantiæ est alia causa præter materiam, & est forma aut nō. & d. hoc, quia ista causa fuit nota ab eo solo in rei veritate inter omnes antiquos. D.d. & vtrū ista causa differat a materia aut non, & d. hoc ne aliquis existimet ipsum esse manifestam quoquo modo. D.d. & vtrum ista causa sit vna. i. forma. D.d. & vtrū est aliquid præter totū. i. vtrū est aliquid additum corporibus naturalib?, aut nihil est huiusmodi, aut hoc est in quibusdā, & in quibusdā nō, & innuit per hoc animā & res additas corporib? naturalib? cō similitū partium. D.d. & vtrū principia corruptibilitū &c. i. & etiam perscrutandū vtrū principia rerū corruptibiliū sint principia incorruptibiliū, aut alia, & si alia vtrū omnia non corrūpantur, aut solūmodo nō corrūpantur illa quæ sunt principia incorruptibiliū: principia vero corruptibiliū corrūpuntur. D.d. & etiam perscrutandū est de quæstione magis difficili &c. i. & etiā perscrutandum est vtrū vnum quod est principiū numeri sint vnū quod est substantia vniuscuiusq̄ entium sensibiliū, aut secundum q̄ dicit Pythagoras q̄ illud est elementū entium, aut q̄ entia numeri, aut secūdū q̄ Dicit Plato q̄ est substātia vniuersalis omnibus entibus, aut vnū numerale est accidens & vnū quod est substantia & elementū omniū entiū est natura alia a natura vnius, sicut dicit Emped. q̄ vnū quod est substātia entium est amicitia, aut litis. Et sicut antiqui naturaliū dicebant quod vnū quodq̄ qd̄ est substātia entium est ignis, aut aer, aut aqua. D.d. & vtrum principia sunt vniuersalia &c. i. & vtrum principia rerum sunt vniuersalia aut singularia, & vtrum sint potentia in actu. D.d. etiam vtrū sint principia aliomodo &c. i. & etiam perscrutādum est de principijs vtrum sint principia secundum quod sunt mouēcia: aut secūdū aliū modū cæterarū causarum. Et intendit quæstionē cōtingentē in primo motore. D.d. & cū hoc oportet nos perscrutari vtrum numerus & longitudo &c. i. etiam perscrutandum est de rebus mathematicis. V.g. de numero & magnitudine, vtrum sint substantiæ, aut accidentia. Et si sint substātiæ vtrū sint abstractæ, a substantijs sensibilibus, aut sint existentes in eis tali mō q̄ nullā habeāt cōstitutionem: nisi per substātias sensibiles. D.d. difficultatē cōprehensionis in eis: immo difficile est etiam scire difficultatem



derāt de ente simplici

ter. idem supra cō. primo. Et. 4. met. t. cō. 5.

G Solus Ar. cognouit causam materialē in rei veritate. idē primo phy. cō. 79.

Vide primo philosophiæ cō. 6. cōlige

Ad partē negatiuam præmæ quæstionis.

Universidad de Deusto Biblioteca

Cause diuersorū generum sunt diuersæ. Idē primo met. c. 19. & 22. & 10. Et. 2. 59. & 3. c. 61. 1.

Principiū cognitionis & principiū substantiæ seu esse. Idē primo phy. com. 8.

Omne ens q̄n fuerit cōparatum ad aliud aut est idem aut diuersum: aut simile aut dissimile: aut cōtrariū aut nō contrarium.

a Primus physosophus & logicus cōsi

Universidad de Deusto
Biblioteca



Secunda ad idem rario. In immobilibus nō est efficiens neque finitis. Actus oīs cum motu.

tatem earum quanta sit. & cum compleuit numerationem illarū quæstionum, incepit inducere sermones logicos in singulis quæstionibus.

## CAPVT II.

PRimum ergo de quibus in primis diximus vtrū vnius aut plurium scientiarum sunt speculanda omnia genera causarum. Vnius enim scientiæ quomodo erit non contraria principia existētia cognoscere. Amplius autem multis existentium non insunt in omnibus omnia. Quo namque modo possibile est motus principium esse in immobilibus aut boni naturam, si quidem omne quod est bonum secūdum se & propter suam materiam finis est: & ita causa quod illius causa & fiunt & sunt cętera. Finis autem & cuius causa actus cuiusdam est finis. Sed actus omnis cū motu. Quare in immobilibus non contingit hoc esse principium. Nec esse aliquid anthoagaton, id est, per se bonū. Vnde & in mathematicis per hanc nihil ostenditur causam. Nec est demonstratio nulla eo quod melius aut deterius. Sed nec omnino nullus talium alicuius reminiscitur. Quapropter & sophistarū quidam vt Aristippus ipsas prætermisit. In aliis enim artibus & illiberalibus vt tectonica & coriaria eo quod melius vel deterius dici omnia. Mathematicas vero nullam de bonis & malis facere rationem. At vero si scientiæ causarum sunt plures: & alterius principij quæ earum est dicenda quæritur. Aut quis maxime rem quæsitam est sciens eam habentium. Contingit enim eidem omnes modos causarum inesse vt domus. Vnde quidem motus ars & ædificator. Cuius vero causa opus. Et materia terra: & lapides. Species vero ratio.

A In mathematicis nihil ostenditur per causam finalem.

Quæstio interpolita.

Solutio secūda partis.

Quod a causa finali sapientia dicatur.

Igitur ex dudum determinatis quam decet vocare scientiarum sapientiam. Habet rationem quamlibet appellari: inquantum senior quidem, & principalior, cui veluti seruientes non contradicere scientias alias certum est, quæ finis enim bonorum est: finis enim huius causa cætera. Inquātum vero principium causarum & maxime scibilis diffinitiua est esse, quæ substātia vtique erit talis. Multis enim modis idem scientibus magis quidem scire dicimus eum qui nouit in ipso esse quid res quam in non esse. Et horum eorundem alium alio magis. Sed magnitudine quid est & non quantum: aut quale, aut quid facere, aut pati apta nata est. Amplius autem & in alijs scire singula, & quorum demonstrationes sunt, tunc putamus existere, quando scimus qd est vt tetragonizare quid est, quia mediæ intētio. Similiter

B Quod a causa formali.

C Qpod a causa efficiēte.



militer autem & in alijs. Circa gēnerationes vero: & actus: & circa omnē transmutationem opinantur nos perfecte cognoscere quando cognoscimus principium motus. Hoc autem alterū & oppositum fini. Quapropter videtur alterius esse scientiæ causarum harum singulas speculari.

Dicamus nunc primo de prima quæstione: scilicet vtrū considerationis de omnibus generibus causarum est vnius scientiæ: aut plurium. Quomodo possibile est vt vna scientia principia sciat: quæ nō sunt contraria. Notum enim quod multa principia non sunt plurium entium: quia nō dicimus quomodo potest esse principium motus in rebus nō mobilibus: & quomodo natura boni est in omnibus rebus immobilibus: si omne quod est bonum per se est: & per suam naturam est finis & cōplementum: & est secundum hunc modum causa. Res enim sunt propter illud. Finis enim & illud propter quod sit aliud est complemētum alicuius actionum. Et actiones omnes fiūt per motum. Ergo manifestū est quod impossibile est quod ista causa sit in rebus quæ non mouentur erga perfectionē: & in eis aliquod bonum per se non est. Et ideo in scientijs mathematicis nihil declaratur per istam causam. Et nulla demonstratio fit per illam: nec quia est melior: neq; quia est vilior. Et vniuersaliter nullus hominum inuenit istam talē causam in mathematicis scientijs. Vnde quidam sophistarum dimiserūt sicut fecit Osticus. In alijs autem vilibus artificijs. V.g. carpentaria: sutoria: illis dicitur melius & vilius. Et artifices istius artis non perscrutantur omnino de bonis & malis. Manifestum est igitur quod scientiæ causarum multæ sunt. & omnis causa & principium habet aliam scientiam: & est principium alterius scientiæ. Quærendum est igitur qualis scientia istarum est digna vt dicatur philosophia: & qualis sciens est dignus vt vocetur philosophus: & sic notificabitur illud quod quærendum est hic. Impossibile est enim vt species omnium rerū vel causarum sint eiusdem rei: sicut domus. Causa enim domus ex qua fit motus est artificiū & ædificator. Et causa propter quā fit domus est operatio. Et materia domus est lutum & lateres. Et forma domus est terminus eius. Secundum igitur quod distinximus & diximus qualis scientia debet vocari philosophia constituet vt omnis scientia vocetur philosophia. Philosophia aūt alia: & prior: & nobilior: quā scientiæ aliæ cōsequuntur necesse

Com. Auer. in lib. Metaphy.

Universidad de Deusto
Biblioteca



est vt sit causa cõplementi & boni. Aliæ enim causæ sunt propter istam causam. Et iam diximus primo quod scientia primarum causarum, & illud quod est valde scitum, est scientia substantiæ. Res enim multis modis scitur. Et plus quod scitur est de sua substantia cum voluerimus notificare vnamquamq; rerum habentium demonstrationem nos existimabimus notificare eas, quãdo sciemus quid sunt. Verbi gratia, quid est quadratura. Dicemus igitur quod quadratura est medium inuenire. Et similiter de alijs. Colores autẽ & actiones & omnis trãsmutatio sciuntur à nobis quando sciuerimus principium motus. Et ista causa est alia & diuersa à causa complementi. Manifestum est igitur quod cognitiovniuscuiusq; istarum causarum habet aliam scientiam.

3 DIcamus nunc de primo &c. intendit per omnia genera causarum quatuor causas: & quasi dicat vtrũ perscrutatio de generibus causarum entium est vnius scientiæ aut plurium. Deinde dicit & quomodo est possibile vt sciat principia quæ non sunt contraria: & ista propositio est probabilis scilicet dicens quod scientia contrariorum est eadem: & non sequitur ex hoc dicere quod scientia contrariorũ est eadem, quod scientia eorum non contrariorum non est eadem: nisi forsitan secundum quod apparet exterius: & ideo iste sermo est logicus secundum quod fuit dictum q; sermones vsitati in hoc tractatu sunt logici. Iste autẽ sermo esset verus si esset verum q; illa quorum scientia est eadem sunt contraria. D.d. manifestum est igitur q; omnia principia &c.i. etiam manifestum est per se q; non inueniuntur oẽs causæ quatuor in omnibus generibus entium. V.g. q; in rebus immobilibus non debet aliquis quærere causam mouentem: neq; potest dici quomodo est possibile vt in eis sit causa mouens: & intendebat mathematica: qm̃ licet sint in re mota: tamen non mouentur nisi accidentaliter. D.d. & quomodo natura boni est &c.i. quomõ causa quæ est finis inuenitur in rebus immobilibus: cum illud quod est per se & naturaliter finis est illud ad quod mouetur illud qđ innatũ est perfici per illud. Et cum proposuit has propositiones pro veris: accepit concessas earũ pro veris. D.d. & etiã secũdum modũ hunc æque &c.i. & ista causa s. finalis est secundũ hũc modũ causa. i. secũdũ q; mouetur ad illud quod perficitur per illam. Illud eñ quod est ante ꝓpter illam: & hoc manifestum est de causa finali. Deinde.d. finis enim & illud ꝓpter quid &c.i. & necessarium est vt finis sit in rebus mobilibus: quia finis est finis actionis & motus, quod igitur caret motu caret fine sine æquiuoce. Deinde.d. notum est igitur quod impossibile est quod iste finis sit in rebus immobilibus &c.i. propter ipsos sermones quos diximus, & dixit per se, quia potest contingere vt in rebus immobilibus sit bonum: sed non per se. Et debes scire quod illud quod disponitur per bonum est causa finalis: bonum enim est desiderabile: & causa finalis est desiderabilis. D.d. & ideo in scientijs mathematicorum & quia

D Ista ꝓpositio est ꝓbabilis q; scita cõtrariorũ est eadem.

E Mathematica licet sint remota: tñ nõ mouent nisi per accidens.

Põt contingere q; in rebus immobilibus sit bonum: sed non per se.



quia ista causa non inuenitur in mathematicis: ideo non datur in eis alia re quæsita finalis causa: neq; sit in eis demonstratio cuius terminus medius sit ista causa: & ipse. d. in tractatu de quo loquitur in principijs mathematicorum quod ordinatio &c.i. ordinatio numerorum & magnitudinum inuenitur in eis: & indiget hoc perscrutatione. Deinde.d. & ideo quidam sophistarum &c.i. negabant eam esse in omnibus scitis: quia non reperierũt eam in firmissima scientiarũ. s. mathematicis. Deinde.d. in alijs autem artificijs &c.i. in artificijs autẽ concedebant causam finalem esse: melius eñ aut vtilius prouenient ab hac causa. D. d. & artifices istius. i. artis mathematicorum. Deinde.d. manifestũ est igitur q; scientia causarum &c.i. q; cum quædam entia habeant ꝓpria genera causarum: quædam vero non: necesse est vt scientiæ diuersentur propter diuersitatem earũ in principijs: & vt sint modi demonstrationũ vsitatarum in alia arte alij a modis demonstrationum alterius: ergo artes & scientiæ sunt plures. Deinde.d. quærendum est igitur qualis scientia &c.i. & cum declararatum est plures scientias esse: & est tam famosum hic esse scientiam quæ dicitur philosophia: quærendum est quæ est illa scientia: quoniam si vna scientia esset omnium rerum: tunc illa scientia deberet dici philosophia. Deinde.d. impossibile est enim vt species causarum &c. ideſt & necesse est vt quædam scientiæ sint propriæ ad dandam aliquam causam sine alia. Quoniam non quodlibet genus de quo scientia cõsideratur habet quatuor causas sicut domus habet. Et intendit qđ hoc non inuenitur nisi in scientia naturali tantũ. Deinde.d. secundum igitur qđ narrauimus &c.i. & causæ sunt plures: & philosophia est cognitio causarũ: & in omni scientia continetur cognitio causarum quæ sunt in illo genere: contingit vt omnis scientia debeat dici philosophia: sed nos posuimus hoc esse scientiam aliam a scientijs particularibus quæ dicitur philosophia: quod est dubitatio. Deinde.d. philosophia autem altera &c.i. sed si concesserimus q; oẽs scientia dicitur philosophia: tamen necesse est vt scientia quæ dicitur philosophia simpliciter sit illa quæ considerat in cã finali vltima omniũ entium. Omnes autem causæ sunt propter istam causam. Deinde.d. & iam diximus primo qđ philosophia causarum &c. ideſt q; illud quod dicitur philosophia est quæ notificat cum causa finali prima causam primam quæ est forma & substantia etiam. Scientia enim quæ attribuitur cognitioni causarum primarum est scientia quæ est magis digna vt dicatur philosophia. Res enim vt dixit notificatur multis modis: & magis qđ notificatur est per suam substantiam: & propter hoc ista scientia debet dici philosophia: & nõ naturalis scientia. Scientia enim naturalis considerat etiam de duabus primis causis. s. morore & materia. Ista autem de duabus causis vltimis. s. forma & fine. Et quia hæ duæ causæ sunt meliores illis: ideo ista scientia est melior naturali. Finis autem est melior alijs causis: quia aliæ causæ sunt propter istam. Forma tra rei per aliam. Deinde.d. testimonium super hoc q; scientia substantiæ est perfectior scientia quæ sit per aliam rem omnium rerum existentium in re. Et.d. & cum voluerimus scire vnamquamq; rerum &c.i. & signum eius q; scientia substãtiæ est perfectior omni scie-

F Scientia naturalis cõsiderat de duabus primis causis. s. motore & materia. ista autem de duabus vltimis scilicet forma & fine.

Idem 1 suo prologo su p primo ph. Et 4. meta. co. 1. Et. 7. meta. cō. 5. Et. 12. meta. com. 6. Prima philosophia p prie cōsiderat de prima forma & primo fine.

tia est qđ cum nos quæsiuerimus scire aliquid per demonstrationē nō reputamus ipsum esse scitum nisi quando nos intelexerimus in nobis. qđ scimus illud secundum quid. i. per suam substātiam & diffinitionē.

Deinde dedit exemplum &c. d. V. gratia. i. quadratura &c. i. V. gratia. qđ nos non videmus nos scire quadratum æquale superficiei: nisi quando scinerimus qđ est illud cuius latus medium inter duo latera superficiei cui est æquale. Deinde dicit generationes autem & actiones &c. idest generationes autem & actiones non sciuntur vere nisi quando scijuerimus naturam motus & agens eum. Deinde. d. & ista causa est alia causa complementi: & intendit causam quæ est principium passionis scilicet subiectum & materia. Deinde. d. manifestum est igitur qđ cognitio &c. idest declaratum est igitur ex hoc qđ cognitio vniuscuiusq; generum istarum causarum habet scientiam propriam: & quod est hæc vna scientia quæ dicitur philosophia: quæ propriē considerat de prima forma & primo fine.

Ad quam G scientiā pertinet de principijs considerare.

At vero de principijs demonstrationis vtrum vnius scientiæ est aut plurium dubitatio est. Dico autem demonstratio cōmunes opiniones ex quibus omnes demonstrant. Vt qm̄ omne necessarium est aut dicere aut negare. Et impossibile idem simul esse & non esse: & quæcunq; alie tales propositiones. Vtrū harū vna scientia & substātiæ aut alia. Et si nō vna est quā oportet appellare quæ nūc est quæsita. Vnius igitur esse nō est rationabile. Quid enim magis geometriæ quā qualiscunq; de his proprium est audire. Si igitur similiter quidem qualiscunq; est. Omnium vero non conuenit. Sicut nec aliarum: vtra nec ipsas substantias cognoscentis: proprium est de ipsis cognoscere. Simul autē & qūo erit ipsorū scientia. Quid quidem erit & vnūquodq; horum existit ens & nunc mouimus. Vtuntur igitur eis vt notis artes aliæ. Si autem demonstratio de eis est: oportebit aliquod igitur esse subiectum. Et hæc quidem passiones: illa vero dignitates eorum. Nam de omnibus esse demonstrationem impossibile est. Necesse est enim ex aliquibus esse & circa aliquid: & aliquorū demonstrationem. Quare accidit omnium esse genus vnum aliquid demonstratorum. Omnes enim demonstratiuæ dignitatibus vtuntur. At vero si alia quæ substātiæ: & quæ de his quæ earū principalior: & prior est. Vbi enim maxime omniū principia sunt dignitates. Et si non est philosophi: cui? erit alteri? de eis speculari veritatē & falsitatē.

Et etiam vtrū principia demonstrationis sunt vnus scientiæ aut plurium: est dubium. Et dico principia demonstrationis illud quod est acceptum de propositionibus vniuersalibus ex quibus quæritur demonstratio super omne quid. Verbi gratia. de

H

I



ere quod de quolibet affirmatio vel negatio. Et impossibile est affirmare & negare insimul & aliæ propositiones similes sibi. Nos igitur perscrutabimur vtrum scientia istorum principiorum & scientia substantiæ sunt eædem: aut diuerse. Et si nō sint eædem quæ scientia istarum debet dici nomine scientiæ quæsite in hoc loco. Non enim necesse est vt omnia sint vnius scientiæ: & cum hoc quomodo erunt ista vnius scientiæ. Scimus enim esse modo vniuscuiusq; eorum. Et aliæ scientiæ vtūtur eis sicut cognitione nota. Si igitur habent demonstrationē oportet vt habeāt aliquod genus subiectum eis: & quædam sint magis latentia: & quædam manifesta vniuersalia. Impossibile est enim vt omnia habeant demonstrationem: quia necesse est vt demonstratio fiat ex quibusdam rebus: aut quibusdam: aut vni eorum. Manifestum est igitur quod accidit vt vnum genus sit subiectum omnium rerum habentium demōstrationē. Oēs em̄ modi demōnis vtunt̄ ꝓpōnib⁹ manifestis vniuersalibus. Et etiam si substantiæ scientia est alia a scientia principiorum demonstrationis. Quæ igitur scientia istarum est prior alia nobilitate: & quæ earum est fixa per suā naturam. Propositiones enim vniuersales sunt principia omniū scientiarum. Si igitur cognitio istorum principiorum non fuerit primi philosophi: cuius erit igitur?

Et etiā &c. cū notificauit qđ scientia quæ di eitur philosophia vere est illa quæ considerat de causa formali & finali vltimis: vult modo perscrutari vtrū cōsideratio de principijs demōstrationis est huius scientiæ: aut alterius: si aliqua scientia debet cōsiderare de principijs & quis est modus considerationis in eis: & cuius generis est. Et. d. & etiam vtrū principia demonstrationis sint vnius scientiæ &c. i. & si dixerim? qđ in principijs scientiarū est consideratio: vtrū cōsideratio illa est vnius aut pluriū. Deinde. d. & dico principiū demonstrationis &c. i. & dico principia demonstrationis primas propositiones vniuersales ex quibus adaptatur nobis quærere demonstrationem super omne cuius cognitio est quærenda. D. d. nos igitur perscrutabimur &c. i. nos igitur perscrutabimur si principia habent scientiam: vtrum scientia istorum principiorum & scientia substātiæ quæ est forma sit eædē aut diuersæ: & si scientia principiorū scientiarū est vna: & scientia substātiæ est alia: quæ earū debet dici philosophia simpliciter: non enim est necesse vt omnes scientiæ rerū sint vnius scīæ. D. d. & cum hoc qūo &c. i. ante hoc perscrutandum est si ista principia habeant scientiā cuiusmodi scientiā habēt. esse enim corū notum est nobis naturaliter: & aliæ scientiæ ponūt ea secundum hunc modū. s. secundum quod sunt nota per se. D. confirmauit hanc dubitationem &c. d. si igitur habent demonstrationem &c. i. si habent demonstrationem necesse est vt ha-

4

beant genus subiectum de quo considerat ars considerans in eis: & vt quæda eorũ sunt mani festiora quibusda.s.vt in eis sint aliqua nota p se: & alia declarãda per illa nota. D.d. impossibile est eñ vt oña habeat demonstrationẽ &c.i. sed necesse est vt demonstratio sit a quibusdã: & ad quæda: aut ad vnũ eorũ ad minus. Ista enim demonstratio est ex principijs notis per se secundũ quod dictum in sua diffinitiõe quod syllogismus est compositus ex propositionibus necessarijs. D.d. manifestum est igitur ꝙ accidit &c. id est quomodo erit hoc: & manifestum est quod necesse est vt sit genus subiectum omniũ habentiũ demonstrationem: & vt demonstratio in illo genere habeat principia nota per se: & alia nõ nota quæ demonstrant ab illis principijs: sed in primis propositionibus non accidit hoc. s. vt quæda sint manifeste per se: & quædam non: sed si in hoc est vnde fuit acquisita scientia earũ. D.d. & etiam si scientia substantiæ &c.i. & si scientia principiorũ substantiæ est alia a scientia principiorũ scientiarũ: quæ igit scientia istarũ duarũ est prior alia & oibus scientijs nobilitate: & quæ scientia est primo naturaliter & nota per se. Existimat enim qd' vniuersales ꝓpositiones sunt huiusmodi eũ sint principia oĩm scientiarũ. D.d. si igit istæ ꝓpositiones non sunt physicæ cuius sunt igit. i. quũ si cõsideratio in istis primis propositionib⁹ vniuersalibus nõ fuerit philosophi: non videtur esse alicuius oĩno: qd' est impossibile. Et in hoc loco accidit in translatiõe diminutio: & hoc quod diminuitur est perscrutatio de quæstiõe cõsequẽti quæstionẽ prædictã secundũ quod dinumerauit in principio istius tractatus vbi dixit: & si scientiæ est consideratio de substãtia vtrũ illa scientia &c.i. licet dubitatio accidat in hac quæstiõe sic qñ si scientia substantiæ fuerit vna cõtinget. vt oẽs substantiæ sint vnius generis. & si erunt omnes res generabiles & corruptibiles: quod est inopinabile. Existimatur enim qd' principia corruptibilium sunt incorruptibilia. & si scientiæ substantiæ sint plures: continget vt naturæ substantiarũ sint diuersæ: & si fuerint diuersæ: aut erunt consimiles: aut nomẽ substantiæ dicetur de eis æquiuoce. Si igitur fuerint consimiles continget vt scientiæ substantiarũ sint species vnius scientiæ. Et si fuerint non consimiles: tunc hoc nomen substantia dicet æquiuoce pure: & si hoc fuerit tunc scientiæ substãtiarũ non reducuntur in vnã scientiã: quod est inopinabile. Et potest intelligi vtrũ via logicalis per quã cognoscẽtur substãtiæ sit vna. s. per diffinitiones: aut plures. Si vna: oportet dicere quæ est illa vna. & si plures: oportet dicere quæ sunt & quot: & hoc magis apparet secundũ intentionẽ: quia ista eadẽ perscrutatione perscrutatus est in libro de anima: & in posterioribus analeticis: & ista perscrutatio est logicalis: & propter hoc magis appropriatur huic scientiæ. D. post hoc induxit multas quæstiones quas nõ numerauit in capitulo quæstionum: & incepit dicere quæstionem cuius initium est diminutum in libro sic.

Totaliter quæ substantiarum vtrũ vna omnium est, aut plures scientiæ. Si qdẽ ergo nõ vna cuiꝰ substãtiæ ponẽda est scientia ista. Vnã vero oĩm nõ est ratiõabile. Et eñ demõstratiua vna de oĩbꝰ erit vtiqꝫ p se accidẽtibꝰ. Siquidẽ oĩs demõstratiua circa aliquod subiectũ speculat p se accidẽtia ex cõibus opinionibus.

Pria expõ.

Secũdꝫ expositio.

Rationes logice magis appropriantur huic scientiæ ꝙm alijs.

Idẽ primo physi. cõ. 35.

Verum oĩm substãtiarũ sit vna scientia.

E



bus. Et circa idẽ igitur genus accidẽtia per se eiusdẽ est speculari ex eiusdem opinionibus. Nam circa ipsum quia vnius, & ex quibus vnius: siue eiusdem siue alius. Quare & accidentia siue hæ speculabuntur: aut ex his vna.

Et omnia accidẽtia habẽt vnã scientiã scientiarũ demõstrationis. Cũ omnis demõstratio ex vniuersalib⁹ ꝓpositionib⁹ notificat accidẽtia singularia in aliquo subiecto. Manifestũ est igit ꝙ scientia demõstratiõis notificat ex ꝓpositiõibus vniuersalibus accidẽtia singularia quæ accidũt vni generi. Quoniã si scientiæ est cognitio demõstratiõis, & alteri⁹ scientiæ est cognitio ex ꝙb⁹ reb⁹ est illud, & illa est aut scientia demõstratiõis: aut alia. Manifestũ est ꝙm cognitio accidẽtiũ est aut scientia demonstratiõis vniuersalis: aut vnius modi modorũ demõstrationis.

Et omnia &c. apparet mihi qd' ista quæstio est quæstio dicẽs. vtrum scientia accidẽtium existentiũ in vnoquoꝙ generũ entiũ est vnius scientiæ scientiarũ artium speculatiuarũ aut pluriũ vna. D.d. omnia enim accidẽtia habẽt vnã scientiam &c. id est, & apparet qd' cognitio accidentiũ est vnius scientiæ nõ pluriũ, & est scientia considerans in genere in quo existunt accidentia. Deinde dedit causam in hoc &c. d. cum omnis demõstratio &c. id est, cũ omnis demõstratio sit de accidentibus notificat accidentia singularia ex vniuersalibus propositionibus quæ existũt in re subiecta illis accidentibus. Deinde dicit manifestũ est igitur quod scientia demõstrationis &c. id est, & cũ ita sit manifestũ est quod scientia demõstrationis non notificat ex propositionibus vniuersalibus nisi accidẽtia singularia quæ accidũt vni generi, id est, scientia ergo accidentiũ est vnius scientiæ generũ scientiarũ. Deinde dicit, quoniã si scientiæ fuerit cognitio demonstrationis &c. id est. & quædam demonstratiões dant quia, & quædam propter quid. manifestiũ est quod scientia accidẽ tium: aut erit modorũ demonstrationis vniuersalis: aut vnius modi eorum. Cognitio igitur accidentium est vnius scientiæ. Et ex hoc sermone accidit sermo contradicens illi qui diminuitur in principio' capituli, & est quod nos videmus quod quædam scientiæ dant de illis accidentibus vnius generis quia tantum, & quædam de illis accidentibus propter quid, & sunt scientiæ quæ sunt subalternantes & subalternatæ

Verbi gratia, ut spectiua ad geometriam, & musica ad arithmeticam. Si ergo sermo fuerit acceptus in omni scientia & vniuersaliter erit logicus, & si determinate erit verus.

Amplus autẽ vtrũ circa substantias solũ est theorica: aut & circa ipsis accidentia. Dico autẽ vt si solidũ quædã substãtia est, & linea, & superficies: vtrũ & eiusdẽ scientiæ est ea cognoscere & accidentia circa vnũquodqꝫ genus de quibus mathematicæ ostẽdunt aut alius. Nam si de demõstratiua quædam eiusdem erit & quæ est substantiæ. Nõ autem videtur eius quod est esse demonstratio.

Documẽtũ.

Idẽ primo poste.

L

Verum hic scientia sit solũ circa substantias. iAd partẽ negatiuam.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Si vero diuersæ: que erit speculans circa substantiam accidentia. Hoc enim reddere est valde difficile.

Ad affirmationem.

Et etiam perscrutandum est vtrum scientiæ huius quæstionis sit cõsideratio de substãtijs tantũ: aut est eius cõsideratio & de accidentibus cõtingentibus substãtijs. Ver. gra. si corpus est aliqua substãtia: & lineæ: & superficies. vtrũ cognitio substantiarũ & cognitio accidentiũ quæ accidũt vnicuiq; generũ quæ declarãt scientiã mathematice sunt vnius scientiæ: aut cognitio accidẽtiũ est scientia alterius à scientia substãtię, quoniã si cognitio eorũ vnius scientie fuerit: tũc scientia substãtiarũ etiam erit ex scientijs demonstrationis. Sed noc existimamus quod sermo in quo dicitur quid est hoc habet demõstrationẽ aliquam. Et si scientia accidentium est alia à scientia substantiarum: Tunc expositio istius sermonis est valde difficilis.

6 Cum perscrutatus est vtrũ cognitio substãtiarũ est vnus scientię aut pluriũ, & vtrũ cognitio accidẽtiũ est vnius aut pluriũ: vult etiã perscrutari vtrũ cognitio substãtiarũ & accidẽtium est vnius scientiæ scilicet scientiæ in qua modo cõsideratur. Et d. & etiã perscrutandũ est &c. id est, si ista scientia considerat de substantijs quæ opponuntur accidentibus vtrũ cũ consideratione de substantijs considerat etiam de accidentibus suis: aut scientia substantiarũ est alia a scientia accidentiũ. D. debile exẽplum sicut diximus si corpus est substantia &c. id est. Verbi gratia si corpus & superficies & lineæ sint substantiæ vt quidã dicunt: vtrũ cognitio istarũ rerum & cognitio accidentium quæ accidunt vnicuiq; istorũ generũ in quib⁹ cõsiderãt scientiæ mechanicę sunt vnius scientię id est, vnius artis: aut per vnam viam aut cognitio accidentiũ istarũ rerum est scientiæ alterius a scientia istarũ rerum scilicet corporum & superficierum & linearum quas posuimus esse substantias. Deinde dicit dubitationem contingentem si posuerimus q⁹ cognitio eorum est vnius artis, &. d. quoniã si cognitio eorũ fuerit vnius scientiæ &c. id est, sed si posuerimus q⁹ cognitio eorũ est vnius artis tunc diffinitiones earũ cognoscuntur per demõstrationes simplices. Deinde dicit sed non existimamus &c. id est, sed existimamus q⁹ demonstratio non potest fieri de quiditate substantiarum scilicet de diffinitione earum, & de quiditate accidentium. Et cum dedit dubitationẽ contingentẽ si posuerimus q⁹ scientia eorum est vna: dedit etiã inopinabile cõsequens si posuerimus quod scientia eorũ sunt duæ &. d. & si scientia accidentium &c. id est, q⁹ dicere quomodo differunt he duæ scientiæ valde est difficile scilicet dicere quod ars quæ considerat de substantia est alia ab ea quæ considerat de accidentibus.

2

M Vtrum sole subiecte sensibiles inueniantur.

Amplius autẽ vtrum sensibiles substãtiæ esse solæ sint discendæ: aut pręter eas aliæ. Et vtrum vnice: aut plura genera substantiarum sunt: vt dicentes species & intermedia circa quæ mathematicas dicunt esse scientias. Quomodo ergo dicimus species causasq; & substãtias secundũ se dictũ est in prioribus de ipsis sermonibus. Multis autem modis habentibus difficultatem nullo minus absurdum dicere quidem alias esse naturas pręter eas quæ sunt in cælo. Has autem easdem dicere sensibilibus: nisi; quia hæc quidẽ sempiterna: illa verõ corruptibilia. Nam per se dicunt hominẽ esse & æquũ & sanitatẽ. Aliud aũt nihil simile facientes deos esse dicentibus: & humanæ speciei esse. Nihil enim aliud fecerunt illi quã homines sempiternos. Nec hic species nisi sensibiles sempiternas. Amplius autem si quis pręter species & sensibilia intermedia ponat multas habebit dubitationes. Palam enim similiter lineæ pręter ipsas & sensibiles erunt: & vnũquodq; aliorũ generũ. Igitur quoniã astrologia harum vna est erit quoddam cælũ pręter sensibile cælũ: & sol & luna: & alia similiter cœlestia. Et quomodo his credere oportet. Neq; enim immobile rationabile esse. Mobile verò omnino. Similiter autem de quibus perspectiua tractat & in mathematicis armonica. Et enim hoc impossibile pręter sensibilia esse propter easdem causas. Nam si sint sensibilia intermedia: & sensus: palam quia & animalia erũt intermedia ipsorum & corruptibilium.

Et etiam perscrutandum est vtrum oportet dicere quod substantiæ sensibiles habeant esse tantum: aut aliæ substantiæ sunt ab illis sensibilibus: & vtrum genus substãtiarum est vnũ, aut plura: sicut illi dicunt quod illa quæ sunt inter formas & sensibilia sunt substantiæ: & quod scientiæ mathematicæ sunt istæ substantię quæ sunt inter formas & sensibilia. Nos autem diximus iam in sermonibus quos dicimus de formis quomodo dicimus quod formæ sunt substantiæ & causæ. Sermõibus autẽ istorum contingit inopinabilitas multis modis et maxime sermonibus dicentium quod aliæ sunt substantiæ à substãtijs quę sunt intra cælum: & quod illæ substantiæ sunt sicut substantiæ sensibiles: pręterquã quod ille sunt æternæ: hæ autem sensibiles sunt et corruptibiles. Fingunt enim quod homo in illis substantijs est sicut homo sensibilis hic: & similiter equus: & taurus. Sermo enim istorũ est similis sermoni fingentiũ deos esse, & quod forme eorũ sunt sicut formæ hominũ. Illi enim nihil dixerunt aliud quã quod homines sunt æterni: & isti etiã dixerũt. Et etiã si aliquis finxerit substãtias esse inter formas et substãtia sensibiles alias à formis sensibilibus contingunt ei quæ-

Universidad de Deusto
Biblioteca



stiones multæ difficiles: quoniã si aliæ substãtiæ sunt inter formas & sensibilia aliæ ab eis manifestũ est ꝙ sic etiã erũt lineæ aliæ à lineis formarũ, & à lineis sensibilibus. Et similiter vnũquodq; aliorũ generũ. Et si sciẽtia stellarũ ẽ vna istarũ, rerũ: erit etiã aliud cælũ à cælo sensibili, & alius sol, & alia luna, & sic de alijs quæ sunt in cælo sensibili. Sed quomodo oportet nos credere istis: nõ enim est rectũ vt illud cælũ quod fingũt sit immobile, & etiã impossibile est omnino vt sit mobile. Et similiter de rebus quibus vtitur ars aspectiua, & quibus vtitur musica impossibile enim est vt iste aer sint aliæ à rebus sensibilibus propter causas quas diximus: quoniã si sint res sensibiles inter formas & res corporeas: manifestum est quod sunt etiã sensus & animalia inter formas & res corporales.

7 Et etiã perscrutandũ est vtrũ sint substãtiæ abstractæ aliæ a substãtijs sensibilibus: aut nõ sint nisi substãtiæ sensibiles tantũ. Et si substãtiæ aliæ a sensibilibus sunt: vtrũ sint vnũ genus: aut plura: sicut dicimus quidã q; substãtiæ sunt tres scilicet sensibiles & formæ & ea quæ sunt inter eas: de quibus dicũt qd' scientiæ cõsiderãt mathematicæ. Deinde dicit nos autẽ iam diximus &c. id est, nos autẽ locuti sumus quomodo verũ est dicere formas esse. & quomodo sunt causæ aliorũ entium, & quomodo nõ, & hoc est in tractatibus substãtiæ istius libri. Deinde dicit sermonibus autẽ istorũ contingunt &c. id est, dicẽtibus autẽ substantias abstractas esse quæ sunt formæ rerum cõtingunt multa inopinabilia, & maxime dicentibus qd' ille substãtiæ & iste quæ sunt hic sunt eædem nomine & diffinitione, & qd' nõ differũt nisi quia ille sunt eternæ, & iste generabiles & corruptibiles. Ponũt enim qd' homo qui est in illis substãtijs abstractis est sicut homo qui est hic sine aliqua differẽtia in nomine aut diffinitione. Deinde dicit sermo igitur istorũ &c. id est, qd' dicentes formas esse similes sunt fingẽtibus deũ aut deos esse in formis hominũ: sicut inuenti in legibus mahumeti, & isti enim conueniunt in hoc qd' ponũt homines æternos & generabiles & corruptibiles: cũ hoc qd' conueniunt in diffinitione & in nomine. Et cũ dicit inopinabilitatem contingentẽ dicentibus formas esse: incepit dare inopinabilitatẽ cõtingentẽ dicentibus formas medias esse inter sensibilia & formas abstractas & dicit & etiã si aliquis finxerit &c. id est, quod sermoni eius cõtingunt multæ quæstiones quas nõ potest dissoluere.

Contra legem mahumeti.

D. d. quoniã si aliæ substãtiæ fuerint inter &c. id est, quoniã si formæ mediæ fuerint inter formas abstractas & formas sensibiles: tũc corpus & superficies & linea & alia subiectorũ habebũt mathematicorũ tres modos formarũ scilicet formas abstractas & sensibiles, & formas medias inter abstractas & sensibiles: erũt igitur tres modi corporum, & tres modi superficierũ, & tres modi linearũ, & similiter de alijs generibus de quibus considerat mathematicus. Deinde incepit dicere alia inopinabilia contingentia huic positioni, &c. d. si igitur scientia stellarum &c. id est, & si ita sit & scientia stellarum est de mathematicis scientijs

N

Scientia stellarum est cũ mathematicis scientijs



scientijs: tunc erit hic aliud cælum a cælo sensibili: & alia luna: & alius sol: & sic est de alijs stellis & orbibus. Et quia manifestum est per se quod iste sermo est falsus. D. sed quomodo oportet credere &c. id est quod sermo eorum esset credibilis si esset possibile vt cælum quod fingunt abstractum esse immobile: & hoc non possunt dicere: quia ponunt cælum abstractum conueniens cum hoc cælo nomine & diffinitione: & abstractum non potest moueri. Deinde dicit & similiter dicimus de rebus &c. id est & talia inopinabilia contingunt eis in scientijs aspectiuis: & in scientijs musicæ scilicet in hoc quod ponunt radios esse & sonos alios a sensibilibus. Impossibile est enim vt istæ scientiæ considerent de alio aliquo nisi de istis sensibilibus. Deinde dicit & dedit maximum impossibile contingens in hoc: quoniã si fuerint res sensibiles inter formas &c. id est & hoc contingit eis: quia concedunt quod mathematici considerant de rebus sensibilibus: & ponũt quod istæ res sunt mediæ inter formas intellectas abstractas & formas sensibiles & generabiles & corruptibiles: vnde contingit eis sensibilia esse æterna alia a sensibilibus generabilibus & corruptibilibus: ergo contingit sensus esse alios ab istis sensibus: & vt sint æterni. Sẽsus enim est in capitulo relationis: & si sunt sensus æterni: sunt etiam animalia æterna: necessario etiam hæc inopinabilia contingunt istis.

*idẽ. 12. met. 44.*

Abstractum nõ põt moueri.

Abstractum nõ põt moueri.

Sẽsus est in ca. relationis. Vide. 5. met. cõmẽ. 20.

Dubitabit autem aliquis & circa quæ existentium quærere oportet has scientias. Nam si in hoc differt geometria a geodosia solum: quia hæc quidem horum est quæ sentimus: illa vero non sensibilium. Palam quia & præter medicinalem & alia erit scientiæ & præter vnamquamq; aliarum inter ipsam medicinalem & hanc medicinalem. Sed quomodo hoc possibile. Et enim salubria quædam vtique erunt præter sensibilia & ipsum etiam sanum. Similiter autem nec hoc verum: quia geodosia sensibilium est magnitudinem & corruptibilium: Corrupta enim esset vtique corruptis. At vero nec sensibilium erit magnitudinum: nec circa cælum hæc astrologia. Nec enim sensibiles lineæ tales sunt quales dicit geometer. Nihil enim rectum sensibilium ita nec rotundum. Tangit enim regulam non secundum punctum circulus: sed vt Pythagoras ait geometras redarguens. Nec motus nec reuolutiones cæli similes de quibus astrologia facit sermones: nec astris puncta naturam habent eandem.

Et rectũ est quod aliquis quærat quæstionẽ difficilẽ & dicat in quibus oportet quærere istas scientias. Quoniam cum fuerit differẽtia inter geometriã & medicinã quod vna earũ est scientia media rerum sensibiliũ: & alia insensibiliũ: manifestũ erit qd erit alia ars medicinę ab arte medicinæ sensibili: & erit alia medicina inter medicinã quæ est in formis: & hãc medicinam

sensibilem.

sensibilem. Et similiter de vnaquaq; aliarum scientiarum. Sed quomodo pōt esse hoc: quoniā si possibile fuerit vt medicina alia sit a medicina sensibili: & vt sit etiā agens sanitatem aliud ab agente sensibili. Necesse est vt sint res recipientes sanitatem aliæ a rebus sensibilibus: & vt sit etiam aliud principiū à principio sensibili. Et cū hoc dicimus quod sermo dicentiū qđ medicina est scientia eorum corporum sensibilium corruptibiliū nō est verus. Quoniā si ita esset: tūc corrūperent p corruptionē corruptibilium. Neq; enim scientia stellarū & celi istius est corporum sensibilium. Non enim sunt lineæ sensibiles sicut disponit geometer. Nulla enim res rerum sensibiliū est linea recta aut rotunda: sicut dicit geometer. Circulus enim non tangit mensuram per punctum: sed per lineam: sicut dixit Pythagoras in sua redargutione contra geometras. Neq; motus celi & circulus eius sunt sicut disponit scientia stellarum. Neq; conueniunt puncta cum stellis in natura.

8 Et rectum est &c. in hoc cap. inducit rationes cōtrarias in hac quæstione dicente qp mathematici considerant de natura media. Et. d. in quibus rebus oportet quærere &c. i. perscrutandum est quæ sunt subiecta istarum scientiarum de quibus considerant mathematici. Secundum enim sermonem dicentium quod considerant de natura media: apparet quod necesse est vt cōsideratio de eodem sit in diuersis subiectis.

D. d. quoniā si differentia inter geometriam &c. id est quoniam & est fuerit positum quod differentia inter scientiam considerantē de rebus sensibilibus: & inter considerantem in istis rebus mathematicis est qđ considerans in mathematicis in istis rebus considerat de natura media inter sensibilia & formas: continget necessario vt consideratio ne omni sensibili sit duplex scilicet consideratio in natura sensibilis secundum quod est sensibile: & consideratio in natura medij inter formas & sensibilia. Omne igitur sensibile habebit duas naturas scilicet naturā sensibilem & naturam mediam: & sic erit ars medicinæ alia a medicina sensibili. Deinde dixit sed quomodo pōt hoc esse &c. id est & contingit huic positioni scilicet si fuerit hæc medicina sensibilis alia ab ista medicina vt sint hæ medicinæ recipientes sanitatem aliæ ab istis medicinis sensibilibus: & vt sit hoc agens sanitatem aliud ab agente sensibili.

2 Et cum induxit inopinabilia contingentia huic opinioni: incepit etiam inducere rationes mouentes eos ad dicendum naturam mediam esse: & d. & cum hoc dicimus etiam quod sermo dicentium &c. id est si cum hoc inuenimus etiam quasdam rationes ex quibus pendent dicentes naturas medias esse. Verbi gratia, quoniam si scientia mathematicorum considerat de rebus sensibilibus generabilibus & corruptibilibus tunc scientia eorū corrumperet cum corruptione illarū rerū sensibiliū. sed nos videmus scientiā permanere & non transmutari cum hoc quod est in rebus sensibilibus: ergo necesse est vt sit rerum non transmutabilium.



Deinde dixit, neq; etiam scientia &c. id est neq; etiam scientia formarum orbium & motuum stellarum est istorum corporum sensibilium. Circuli enim quibus vtitur astrologus & lineæ non sunt lineæ sensibiles: remanet igitur aut vt illi circuli de quibus considerat astrologus sint ficti aut falsi aut habeant esse aliud ab esse rerum sensibilium.

Deinde dixit: sicut ponit geometer &c. id est & existimabitur quod subiectum de quo considerat mathematicus nō est rerum sensibilium. quoniā illud quod demonstratur in scientia mathematicorum non est verum in rebus sensibilibus. Verbi gratia quod linea recta non inuenit in sensibilibus secundū quod ponit mathematicus. Geometer enim demōstrat quod linea recta tangit circulum in puncto: sed linea sensibilis non tangit circulum sensibilem nisi in linea. Et similiter ponit quod sphera tangit superficies in puncto: sed sphera sensibilis nō tangit superficiē sensibilē nisi in superficie: & ideo Pythagoras sophista redarguebat Geometras: & dixit quod scientia eorum est falsa propter hoc quod accidit eis. Remanet igitur alterum duorum: aut enim istæ scientiæ sunt falsæ: aut subiecta earum sunt res insensibiles. Deinde dixit neque motus celi &c. id est & affirmat opinionem dicentium subiectū scientiarum mathematicarum est aliud a reb⁹ sensibilibus: hoc est quod motus celi & circuli eius non conueniunt cum motibus quos ponit astrologus loco istorum: neq; naturæ stellarum sunt naturæ punctorū: quæ Astrologus ponit loco stellarum.

O Geometer demonstrat quod linea recta tangit circulum in puncto: sed linea sensibilis nō tangit circulū sensibilē nisi in linea. Cōsule prio celi. cō. 32. Et. 5. physi. cōsi. 39. Et infra de aia tex. cō. 13.

Sunt autē & aliqui qui dicunt esse quidem intermedia hæc inter species & sensibilia: non tamē sine sensibilibus: sed in his quibus accidentia impossibilia omnia quidem pluris est orationis pertransire. Sufficit autem & talia speculari. Non enim in talibus congruum est habere sic solum: sed palam quia & species contingit in sensibilibus esse: eiusdem enim rationis vtraq; hęc sunt. amplius autem duo solida in eodem necesse est esse loco: & non esse immobila in motis existentia sensibilibus. Totaliter autem cuius causa quis ponet vtiq; esse quidem ipsa esse autem in sensibilibus. Eadem enim contingent inconuenientia eis quæ prædicta sunt. Erit enim aliquod cęlum præter cęlum: tamen non extra: sed in eodem loco: quod magis est impossibile. De his ergo dubitatio multa quomodo oportet positum habere veritatem. Et fingunt quidā quod ista quæ dicuntur esse inter formas & sensibilia habent esse: sed nō sunt separata a sensibilibus: immo sunt in sensibilibus. Cum igitur voluerimus numerate omnia impossibilia contingentia sermonibus illorū indigebimus multis sermonibus. Sed contenti sumus in hoc quod diximus. Nō enim est necesse vt ista media sint in sensibilibus tantum: sed manifestum est quod si fuerit possibile vt ista media sint in sensibilibus: possibile etiam erit

Universidad de Deusto
Biblioteca



erit vt formæ sint in sensibilibus. Sermo enim de formis & mes diis est idem. Et etiam si ita sit continget duo corpora esse in eo dē loco: aut vt sint media immobilia in sensibilibus mobilib⁹: Et dicimus vniuersaliter propter quam causam fingit aliquis hæc media esse: & esse in sensibilibus. Et cum hoc quod dixim⁹ quod contingit sermonibus istorum: accidit etiam eis aliud impossibile. s. vt cælum sit aliud ab hoc cælo: nō separatum ab eo sed cum eo in eodem loco. & hoc difficile potest esse magis eo quod diximus. Ista igitur sunt valde difficilia in comprehendendo veritates eorum.

9 Et fingunt quidam &c. i. quidam fingunt formas medias esse non abstractas: sicut prædicta secta dicebat formas medias esse non abstractas sed existentes in sensibilibus. Deinde. d. sed si voluerimus &c. ideſt sed si voluerimus dicere omnia impossibilia contingentia istis prolongabitur sermo: sed contenti erimus in hoc quod sufficit in destructione eorum. D. d. non est enim necesse vt hæc media &c. ideſt & primum impossibilium contingentium est quod si fuerit possibile vt formæ mediæ sint in sensibilibus: non solummodo erit necesse vt iste sole sint in sensibilibus: sed etiam vt formæ sint in sensibilib⁹ vtræq; enim sunt eternæ nō generabiles: neq; corruptibiles: & sermo de his est idē. D. d. & etiam si ita fuerit continget vt duo corpora &c. ideſt corpus sensibile & corpus medium sint in eodem loco. D. d. & vt sint media: & contingit ex positione mediarum formarum in materijs vt immobilia sint in rebus mobilibus: quod est valde inopinabile. Et contingit hoc: quoniā illud quod est abstractum est immobile. Et. d. d. & dicimus vniuersaliter &c. ideſt & etiam dicens hunc sermonem non potest fugere causam per quam fingat formas medias esse: & quod debet esse in corporibus sensibilib⁹: ponere enim eas transmutabiles contradicit positioni earum in re transmutabili. Deinde. d. & cum hoc quod diximus &c. ideſt quod contiget dicentibus hoc vt duo cæli sint insimul in eodem loco. & d. quod difficili⁹ potest esse quā prædicta: innuit enim impossibilia contingentia dicentibus illas formas esse abstractas & non in sensibilibus. Deinde. & istæ igitur res sunt valde difficiles: & intendit istam quæstionem & alias.

Et de principijs vtrum oportet genera elementa: & principia suscipere. Aut magis ex quibus cum insimul est vnumquodque primis: vt vocis principia & elementa videntur esse ea ex quibus componuntur voces omnes primis: sed non commune vox. Et diagramatum ea dicimus elementa quorum demonstrationes insunt in aliorum demonstrationibus: aut omnium aut plurimorum. Amplius autem corporum qui dicunt esse plura elementa & qui vnum: ex quibus componuntur & constant principia esse dicunt: vt Empe. ignem: & aquam: & quæ cum his: hæc elementa dicit

Genera principia sunt speciorum.



dicit esse ex quib⁹ sunt entia inexistentibus. Sed non vt genera dicit ea eorum quę sunt. Et adhuc autem & aliorū si quis vult naturam speculari, vt lectus ex quibus partibus est, & quomodo compositus tunc cognoscet eius naturam. Ex quibus quidē igitur rationibus non vtiq; erunt principia genera existentiū hęc sunt. Inquātum enim cognoscimus vnūquodq; per diffinitiones: principia aūt diffinitionū sunt ipsa gña: necesse & diffinitorū principia genera eē. Et si est eorū quę sunt accipere scięntiā, specierū scięntiā accipere: secūdū quas dicunt entia. Specierū aūt principia genera sunt. Videnť aūt quidā dicentiū elementa existentiū vnū: aut ens: aut magnū: aut paruū: vt generibus eis.

Diffinitio data per genus est alia a diffinitiōe data per materiā. Idē. j. huius com. 17. & q̄ ibi. P

At vero neque vtrobique possibile dicere principia. Ratio namque substantię est vna: diuersa vero erit quę est per genera diffinitio: & quę dicit ex quibus est inexistentibus. Adhuc aūt si quam, maxime principia genera sunt: quę oportet existimare prima generum principia: aut vltima prędicta de indiuiduis. Et enī hoc dubitationē habet. Nam si qua vťia sunt magis principia: palam quia suprema generum. Hęc namque dicuntur de omnibus. Tot ergo erunt entium principia quot genera prima. Quare erunt ens & vnum principia & substantiæ. Hæc namque de omnibus maxime dicuntur existentibus. Non est autē possibile genus existentiū vnū esse: neque, vnum: neq; ens. Nam necesse differentias cuiuslibet generis eē: & vnā esse quālibet. Impossibile aūt prædicari: aut species generis de propriis differentijs: aut genus sine suis speciebus. Quare si est vnū genus, aut ens: nulla differētia: nec vnū: nec ens erit. At vero si nō ens & vnū gña: nec principia erūt si principia genera.

Q Ex hoc sumi solet genus per se non p̄dicari de differentia.

Et difficultas est etiam in cognitione principiorum. Perscrutandum est enim vtrum existimandum sit quod elemēta principia sunt genera: aut sunt illa ex quibus fiunt omnia. Ver. gña, vtrum elementa vocis & principia eius sunt ista ex quibus cōponuntur omnes voces, aut sunt voces vniuersales. Et vtrū elementa propositionum sint propositiones: quarum demonstratio habet esse cū demonstratiōe aliarū ꝓpositionū: aut elemēta eorum est demonstratio quæ est omnium propositionū aut pluriū. Et etiam qui dicūt. s. qui fingūt quod elemēta sunt plura: & qui fingūt elemēta esse vnū. dicūt cp principia corporum sunt ea ex qbus cōponuntur & cōstituunt: sicut dicit Empedo. Fingit enī quod elemēta sint aqua & ignis nō vťia eorum. Et

quod

Universidad de Deusto
Biblioteca



quod composita sunt ex eis. Sed non dicit quod ista elementa sunt sicut genera entium. Et cum hoc si aliquis voluerit scire naturas rerum debet perscrutari ex quibus componuntur. Verbi gratia, si aliquis voluerit scire naturam lecti perscrutabitur ex quibus cõponitur lectus. Cũ igitur sciuerit ex quibus partibus cõponit: & quo modo cõstruitur: tunc sciet naturã eius. Ex istis igitur sermonibus declarabitur quod genera entium non sunt principia. Si autem scimus omnia ex diffinitionibus: tũc necesse est vt genera sint principia rerum diffinibilium. Et si possibile est vt entia cognoscantur per formas per quas disponuntur entia: & genera sunt principia formarum: tunc genera erunt principia scientiæ entium. Et quidam eorum qui fingũt quod elementa entium sunt vnum & ens: & magnum & parvum: faciunt ea quasi genera. Sed impossibile est vt principia dicantur duobus modis. diffinitio enim substantiæ est eadem. Et si fuerit dictum quod principia sunt duobus modis: continget vt diffinitio quæ est ex generibus sit alia à diffinitione quæ diffinit rem ex rebus ex quibus est: & sunt in diffinitione eius. Et cum hoc dicamus quod si genera sint principia cõsiderandũ est quę genera sunt principia: vtrum prima: aut vltima qui numerantur numero. Habet enim dubium. Quoniam si vniuersalia sunt magis prima quam alia: manifestum est, quod principia sunt genera altissima. Hæc enim genera conueniunt, id est, vniuoce dicũtur de omnibus qui sunt sub eis. Numerus igitur principiorum entium erit secundum numerum primorum generum. Et erunt vnum & ens principia & substantiæ entiũ. Hæc enim in maiori parte dicuntur de omnibus entibus. Et impossibile est vt genus entium sit vnum aut ens. Differentiæ vero omniũ generũ rerũ habent esse necessario. Et omnis differentiæ est vna numero. Impossibile est vt formæ prædicentur de genere: neq; de differentijs proprijs: neq; genus prædicatur nisi de formis quæ sunt ei. Manifestum est igitur quod si vnum & ens sunt genera: non necesse est vt aliqua differentia sint vnum & ens. Sed si vnum & ens non fuerint genera non erunt principia: cum principia sint genera.

Et in cognitione principiorũ &c.i. & in cognitione principiorum
10 est quæstio difficilis. s. vtrũ principia & elemẽta rerũ sint genera & vniuersalia eorũ: aut sunt causæ indiuiduales ex quib⁹ cõstituũtur res particulares quæ sunt in illis gñib⁹ nõ vlia gña illarũ causarũ. V.g. vt elementa dictionum sunt literæ indiuiduales. scilicet voces audibiles quæ dicuntur



dicuntur literæ ex quibus constituuntur dictiones aut voces vniuersalis. & litera vniuersalis quæ est quasi genus istarum. D.d. & vtrum elementa propositionum &c.id est, & similiter quæritur etiam vtrum principia propositionum sint propositiones particulares quibus vtuntur in vnaquaq; demonstratione, aut demonstratio simpliciter vniuersalis quæ est ex propositionibus vniuersalibus. Deinde incepit dicere dicẽtes principia esse particularia, non vniuersalia &.d. etiam qui fingunt &c.id est, quod antiqui fingentes elementa esse plura, & fingentes elementum etiam esse vnum: opinati sunt principia esse individualia: & quibus constituuntur sensibilia vt Empe. qui fingit quod elemẽta compositorum sunt aqua & ignis. & aer, & terra. scilicet ista individualia non vniuersalia eorum. Verbi gratia, corpus & quod omnia cõponitur individualia ex istis componuntur & per ea constituũtur: & nõ opinantur quod genera istorum aut vniuersalia eorum intellecta sunt elementa vniuersalia. Et hoc intendebat cum dicit. & non dicit quod ista elemẽta &c.i. sed nõ dicit q̃ ista sunt elementa, sed q̃ sunt quasi genus omnium generabilium. Et cum.d. istos dicentes quod principia sunt principia singularia non vniuersalia, incepit dicere etiam rationes eorum, &.d. & cum hoc si aliquis voluerit &c.id est. & ratiocinando dicentium singularia esse principia non intellecta, & q̃ si aliquis volue rit scire quid est lectus perscrutabitur de his de quibus componitur lectus. cum enim sciuerit ea ex quibus componitur, & quomodo componitur statim sciet naturam lecti. Deinde.d. ex istis ergo sermonibus &c.i. ex istis igitur ratiocinationib⁹ & eis similibus apparet quod vniuersalia rerum non sunt principia earum. Deinde incepit etiam dicere ratiocinationes inducentes vniuersalia esse principia. &.d. si autem scimus omnia ex diffinitionibus &c.id est, & ista ratio est sufficiens etiam, quoniam cum fuerit positum q̃ scientia rerum est per diffinitiones earũ, & fuerit positũ qd̃ diffinitiones sciuntur per genera, manifestum est q̃ contingit ex hoc q̃ scientia rerum sit per genera earum, & cum coniungetur ei q̃ scientia rei est per principia eius cõcludetur ex hoc q̃ genera rerum sunt principia. D.d. & q̃ impossibile est vt entia &c.i. & iste sermo est manifestus. quoniam cum fuerit positũ quod entia cognoscũtur per suas formas per quas disponuntur secũdũ quid & fuerit positum q̃ genera sunt principia istarum formarũ, cõcludet q̃ entia cognoscũtur per sua genera. Et cũ cõsequetur huic quod ea per que cognoscunt res sunt principia earũ cõcludet qd̃ genera quæ sunt principia cognitionis nõ sunt principia essendi. D.d. & quidã eorũ qui fingũt &c.i. q̃ dicentes genera faciunt ea quæ sunt eis, sicut vnum & ens, & magnum & parvum. vniuersaliter gña quæ dicunt vniuoce esse principia. &.d. hoc videt quia quidã istorũ non ponunt genera esse principia nisi ea quæ dicunt vniuoce. D.d. sed impossibile est vt principia &c.i. & impossibile est congregare. i. facere conuenire istos sermones sibi cõtradicentes ita q̃ principia inueniant duobus modis insimul. principia eñ sunt substãtiæ & substãtia est vna natura. Vniuersale aũt & individuale sunt duæ naturæ. hoc eñ intellectum, hoc autem sensibile. D.d. & si dictũ fuit &c.i. & contingit vt diffinitiones principiorũ diuersificent, diffinitio enim principiorũ secũdum qd̃ princi-

R pit sunt genera & vniuersalia, est alia diffinitione eorum secundum quod sunt partes rei diffinibilis. Et cum dedit dubitationes contra gentes ponentibus principia esse aut non esse genera: incepit dicere esse difficultatem contingentem in positione eorum essendi genera: &c. d. & cum hoc si fuerint genera principia &c. id est, & cum hoc si concesserimus quod genera sunt principia nascetur hic locus persecutionis & difficultatis, scilicet vtrum principia sint altissima genera, scilicet generalissima, aut vltima quæ diuiduntur in indiuidua, scilicet specialissima. Deinde dicit, habet enim dubium &c. id est, quoniam si principia generum sunt magis prima genera, necesse est vt genera generalissima sint principia, cum principia generum sunt genera generalissima. Ista enim genera prædicantur de omnibus quæ sunt sub eis vniuoce, id est, secundum quid. Deinde dicit, & erunt vnum & ens principia, id est, & contingit secundum hoc vt vnum & ens sint principia entium. Ista enim sunt vniuersaliora generum quæ prædicantur de omnibus secundum conuenientiam. Deinde dicit, sed impossibile est vt genus entiũ &c. id est, sed impossibile est vnum & ens sint genera omnium rerum. Sunt enim genera altissima quorum neutrum collocatur sub altero, & vtrãque habet differentiam vnam propriam absque eo quod conueniunt in vnam naturam. Hoc nomen a igitur ens dictum de eis non notificat de eis vnam naturam cum naturæ eorum sint diuersæ. Deinde dicit & impossibile est vt genus prædicetur de formis &c. id est, & impossibile est vt aliquid prædicetur prædicatione generis de rebus habentibus formas diuersas quæ non communicant in vna forma numero, sicut genus non prædicatur nisi de formis quæ cõmunicant numero. Deinde dicit, manifestum est igitur quod si vnum & ens &c. id est, quod si vnum & ens fuerunt genera vniuersalia decem prædicamentis, scilicet quod dicantur de eis vniuoce, necesse esset vt intellecta non haberent differentias quibus differrent abinuicem in omnibus suis naturis, adhuc quod natura substantiæ & qualitatis sit eadem. Deinde dicit, sed si vnum & ens non sunt genera &c. id est, & hoc etiam contingit eis si vnum & ens non fuerint genera &c. id est, sed contingeret istis si vnum & ens non fuerint genera quod vnum & ens non sint principia, ponit enim quod principia sunt genera. & hoc etiam continget tangentibus quod principia sunt vnum & ens.

Amplius autem intermedia & coaccepta cum differentijs erunt genera vsque ad indiuidua. Nunc autem hæc quidem videntur esse illa vero non videntur. Adhuc autem magis differentiæ sunt principia quã genera. Si autem & hæc principia annitata vt ita dicatur erunt principia. Aliter & si quis primũ genus principium ponat at vero & si magis principij speciẽ habens est vnum, vnum autem indiuisibile est. Indiuisibile vero omne, aut secũdum quantitatem, aut secundũ speciẽ. Priusaũt quod secũdũ speciẽ. Genera vero diuisibilia in spẽs. Magis vtiq; vnũ vltimũ erit prædicatũ. Nõ em̃ est gen⁹ hõ aliquorum hominum

Vt & indiuiduale sunt duæ naturæ hoc intellectũ hoc autẽ sensibile.

a Hoc nomen ens dictũ de decẽ prædicamẽtis nõ notificat de eis vnam naturã.

S cum naturæ eorũ sint diuersæ. Idem 10. met. c. 8. Idẽ. 12. met. 19. &. 20. cõ. &. 1. ph. 13. Et. 4. cã. 2. & in prædicamentis.

T Omne indiuisibile aut est secundũ quãtitatem aut secundũ speciem.



hominũ. Amplius in quibus prius & posterius est: non est possibile in his aliqd esse præter ipsa. Vt si prima numerorũ est dualitas nõ erit numerus aliquis præter species numerorũ. Similiter autem nec figura aliqua præter species figurarum. Si autem nõ horum sola aliquorum erunt genera præter species. Horum enim maxime genera esse videntur. In indiuiduis vero non est hoc prius & illud posterius. Amplius vbi hoc quidem melius: illud vero vilius semper quidem est melius prius. Quare nec horũ erit vtiq; gen⁹. Ex his quidẽ igitur eo quæ de indiuiduis prædicantur magis quã genera: principia esse videntur. Iterum autem quomodo oportet hæc existimare principia non facile dicere. Principium enim & causam oportet esse: præter res quarum principium est: & possibile ab eis separatum esse. Tale vero aliquid præter singularia esse propter quod vtiq; aliquis suscipit: nisi quia vniuersaliter & de omnibus prædicatur. at vero si propter hoc. Magis vniuersalia magis ponenda sunt principia. Quare principia prima erunt genera.

V In indiuiduis non est hoc prius & illud posterius.

Et etiam perscrutandum est de eis quæ sciuntur cum differẽtijs: & sunt inter altissimũ genus & indiuidua vtrũ sint genera. Aut existimatur qđ quædã sunt genera: & quædam non. Et cũ hoc vtrũ differentiæ sunt magis primæ quã genera. Si em̃ differẽtiæ fuerint principia: erũt principia secundũ hunc sermonẽ infinita. Et iste sermo non contingit dicentibus ꝙ principia sunt prima genera. Et etiã si vnũ est magis primũ quã aliud: & vnũ est indiuisibile. Et omne diuisibile diuiditur: aut secundũ quantitatem: aut secundum formam. Et quod diuiditur secundum quãtitatẽ est ante illud qđ secundũ formã diuidit. Et gña secũdum formã diuidunt. Et forma secũdũ quãtitatẽ. Erit igit̃ vnũ prędicabile postremũ magis vnũ q̃ aliud. Homo em̃ nõ est magis cuiuslibet hominũ. Et etiam dicamus ꝙ generibus rerũ habentiũ primũ & ante impossibile est vt sit aliud: nisi formæ ilarũ rerũ. V. g. ꝙ si primus numerorum est dualitas: tunc numerus nihil aliud est quã formæ numerorũ. Et similiter nulla figura est nisi forma figurarum. Et si ita est, tunc genera nihil aliud erunt nisi formæ eorum. Existimabitur enim in maiori qđ genera sunt formæ. Indiuidua autem non sunt ante adinuicẽ. Et etiam ea quorũ quædã sunt nobiliora & quædam viliora semper nobilius est ante vilius. Manifestũ est igitur ꝙ genus non est primum secundũ hanc intentionem eriam. Immo declaratur

tur nobis ex istis intentionib⁹ quod prædicabilia de indiuiduis sunt principia generū. Et etiā dicamus quomodo oportet existimare quod istæ formæ sint principia. Iste em̄ sermo nō est facilis. Primū em̄ & causa debet esse aliud ab eis quorum est primū & causa: & vt habeant essentiā quando fuerint separata à rebus. Sed quomodo potest aliquis existimare aliquod tale præter gen⁹ vniuersale prædicabile de omnib⁹. Si igitur restū est dicere quod vniuersalia sunt principia quia sunt vniuersalia: tūc necesse est vt principia sint ea quæ sunt magis vniuersalia quā formæ. Et secundū hoc erūt principia genera prima.

n

X Genus generalissimum est simplex: & gña subalterna sunt composita.

Cum induxit sermones probantes q̄ vniuersalia sunt principia: & contradicentes illis. s. q̄ particularia sunt principia: vult modo perscrutari de vniuersalibus quæ sunt inter generalissimum & indiuidua vtrum sint genera aut non: cum illi qui ponunt vniuersalia esse principia: non ponunt esse ea nisi secundum quod sunt genera. Et. d. & etiā perscrutandum est &c. & d. in istis medijs q̄ sunt illa quæ cognoscuntur cum differentijs: quia genus altissimū est simplex: & illa media sunt composita ex genere superiori & ex differentia per quā diuiditur illud genus. Sunt igitur sicut. d. cognita cum differentijs adiunctis cum eis: & perscrutatur vtrum omnia sint genera: aut quædam. Et dicit hoc quia species specialissima non est genus. Et incæpitia hac perscrutatione perscrutari vtrum differentiæ sunt magis principia quā genera: aut econuerso. Ista enim media componuntur ex generibus & differentijs. Si igitur differentiæ sint priores generibus tunc ista media erunt priora altissimo genere: & quanto genus fuerit magis compositum differentijs: tanto magis primū erit. Si autem genus fuerit prius differentia erit econuerso: & dicit quoniam si differentiæ fuerint principia erunt secundū hoc principia infinita. Et potest intelligi q̄ non habebimus viam ad numerandū principia: & sic erunt ignota apud nos: differentiæ enim licet non possint numerari a nobis: tamen non dubitamus eas esse finitas apud naturam. Et forte posuit ea infinita secundum quod est famosum scilicet. a sermo enim eius in hoc loco est secundū probabilitatē hominū. Et forte intelligi q̄ si fuerit positum q̄ illud quod est magis particulare est magis principium quam vniuersale: continget vt formæ indiuiduorum sint principia & sic principia erunt infinita. Deinde dixit & iste sermo sequitur dicentes quod principia sunt genera: ita inuenitur in exemplari & forte diminuitur ibi hæc particula non: & tunc sermo erit secundum finem manifestum. Et si exemplar est verum debet tunc legi sic: & istum sermonem sequuntur dicentes q̄ principia sunt genera: & sustentatur sua per hanc quæstionem: quoniam cum principia fuerint finita: & differentiæ fuerint infinitæ: & genera fuerint finita: continget ei necessario vt principia sint genera. D. induxit rationem dicentium quod differentiæ sunt magis principia quam prima genera: &. dicit & etiam si vnum est magis primū &c. i. q̄ illud q̄ diuidit secundū formā & est primum genus diuiditur in aliquid q̄ est vnū secūdū formā & vnū sed'm formā

Dñię rerum licet nō possint numerari a nobis: tamē nō dubitamus eas esse finitas apud naturam.

a Sermo Arist. in hoc loco est secundū probabilitatē hominum.



peruenit diuisio in eo ad vnum secundū quæstitatem: id eo illud quod est indiuisibile secundū quātitatem est magis vnum quā illud quod est indiuisibile secundū formam. Et cum ita sit illud quod est minoris diuisibilitatis est propinquius naturæ vnius: quod est causa multitudinis: q̄ igitur est minoris diuisibilitatis est prius illo quod est pluris diuisibilitatis. Species igitur vltima est prior omnibus superioribus. Verbi gratia. homo qui diuiditur in homines indiuiduales: non species. Deinde. d. & etiā dicamus q̄ genera rerum habentium ante & post impossibile est &c. i. quod genera priora suis differentijs non habent esse nisi in suis differentijs: & sunt formæ in quas diuiduntur. Verbi gratia: quod animal nō habet esse in actu nisi in suis speciebus in quas diuiditur: similiter color non habet esse nisi in speciebus colorum: & numerus non habet esse nisi in primo numerorum, scilicet in dualitate: deinde in alijs spectebus numeri: & dualitas est prima forma formarum numerorum.

Y Genus non habet esseni si in suis speciebus. Idē 7. metha. 43.

Deinde. d. & si ita sit impossibile est vt genera sint aliud nisi formæ suæ. i. quod genera nō habent esse nisi cum formis. D. d. indiuidua autē nō sunt ante admuicem. i. quapropter continget eis vt eſient in se adinuicem: sed vnūquodq̄ eorum est existens in actu per se non est in eis posterius quod constituatur per prius. D. induxit tertiam rationem: & d. & etiā ex quorum quædam sunt nobiliora &c. i. & etiam quia manifestum est quod nobilius est prius viliori: & species videtur nobilior esse genere: manifestum est quod species est prior genere: prius autem magis est principium quam posterius: & dixit hoc: quia species est perfectio generis. Manifestum est igitur ex hoc sermone quod genus non debet esse prius specierimmo apparet nobis ex hac intentione & prædictis quod vltima species debet esse prior: & hoc intendebat cum dixit, quod prædicabilia de indiuiduis sunt principia. id est vltimæ species.

Z Species est perfectio generis.

A Principia debent esse alia ab eis quorū sunt principia.

Et cum induxit rationem quod species est prior genere: etiam induxit rationem quod genus est prius specie. Et dixit, & etiā dicamus quo modo est existimandum & istæ formæ &c. i. sed potest aliquis dicere quomodo possumus dicere quod formæ specierum sunt digniores ad essendum principia quam genera. Principia enim debent esse alia ab eis quorum sunt principia. & vt sint habentes naturam separatam per se.

Deinde dixit. sed quomodo potest aliquis existimare &c. i. sed quo modo potest aliquis existimare in istis quod principium est aliud ab eo cuius principium secundum diffinitionem primam: & non existimatur hoc in genere cum specie: id est species enim cum est principium nō existimatur esse aliud secundum diffinitionem ab eo cuius est principium: primum igitur genus vniuersale prædicabile de omnibus est principium. Deinde dixit: si igitur rectum est dicere &c. i. si igitur necesse est vt vniuersalia sint magis principia secundum quod sunt vniuersalia: necesse est vt formæ magis vniuersales sint magis principia quam illæ quæ sunt minus vniuersales: ergo genera sunt magis principia quā species: & secundum hoc continget vt prima genera sint principia: cū sint vniuersaliora omnibus.

Negatiue. Ex hoc sumitur q̄ pla

Est autē habita his dubitatio & omnium difficilima: & ad considerandum maxime necessaria de



Universidad de Deusto Biblioteca
Facultatis Philosophi Provinciæ Cast. Ord.

Universidad de Deusto
Biblioteca



ra vt vnum intelligi pos sunt.

Affirmati ue.

B

Verūvt̄ se paratum sit cōpositū ex materia & forma.

C

Verum vtia sint separa ta vel coniū cta &c.

Nam si nō est aliquid præter singularia: singularia vera infi nita: quomodo contingit accipere scientiam. Nā inquātum vnū aliquid & idē & inquātum vniuersale aliquid est intantū omnia cognoscim⁹. At verō si hoc est necesse: & oportet alī quid esse præter singularia: necesse vtiq; erit genera esse præter singularia: aut vltima: aut prima: hoc aūt qa impossibile: nup ostendimus dubitando. Amplius aūt si quā maxime est alī quid præter simul totū: quādo prædicatur aliquid de materia vtrū si est aliquid: præter omnia oportet aliquid esse: aut præter quædā esse: & præter quædā nō esse: aut præter nihil. Si qdē igit nihil est præter singularia: nihil vtiq; erit intellectuale: sed oīa sensibilia: & nullius scientia: nisi quis dicat esse scientiam sen suum. Amplius autē nec sempiternū est aliquid: nec immobile nā sensibilia oīa corrumpuntur & in motu sunt. At verō si sem piternū nihil est: nec generationē esse possibile est. Necesse est enim aliquid esse quod fit: & ex quo fit: & horū vltimū ingeni tum si statur: & ex nō ente generari impossibile. Amplius aūt cum sit generatio & motus finem esse necesse est. Motus enim nullus est infinitus: sed motiōis omnis est finis. Generari enim non possibile quod impossibile est factum esse. Quod autē est generatū necessariū est esse quando primum factum est. Am pliusautē si materia est quia ingenita est: multo rationabilius est substantiā quando illa sit esse. Nam si hæc non erit: nec illa: nihil erit oīno. Sed si hoc est impossibile necesse est aliquid esse præter synolō. scilicet formam & speciem: sed si hoc iterū quis ponit dubitatio est in quibus hoc ponet: & in quibus nō. Nā quod in omnib⁹ nō possibile sit manifestum est. Nō enim vtique ponemus domum aliquam præter singulares domos.

In oppositum,

Et sequitur hanc quæstionem difficilē alia difficilior omnis bus quæ necessario est considerāda: & est ista: qm̄ si nihil aliud est q̄ particularia: & particularia sunt infinita: quo est possibi le vt comprehendatur scientia infiniti? Scimus enim omnia per vniuersale vnum permanens in sua dispositione. Si igitur iste sermo est necessarius vt aliud sit à particularib⁹: necesse est vt vltima gña & prima sint alia à particularib⁹: & iā diximus ꝙ hoc est impossibile. Et etiā quando oportet affirmare aliq̄ vniuersale aliud ab omnibus particularib⁹. Dicamus igit̄ quan do aliquid dicetur de materia: vtrum illud sit aliud ab omnī bus particularibus: aut est aliud à quibusdam; aut non est aliud

a quibusdā



à quibusdā: aut nō est aliud ab aliquo eorū. Quoniā si non fue rit aliud à particularib⁹ nihil erit intelligibile: sed omnia erūt sensibilia, & impossibile erit vt aliquid sciatur per scientiā ni si aliquis fingat ꝙ sensus est scientia. Et etiā erit impossibile ali quid esse æternū, & immobile. Omnia enī sensibilia sunt cor ruptibilia. Sed si nihil fuerit æternū & immobile: impossibi le est generationē esse: necesse enim erit generationē esse: vt ex quo fit generatio, & vt primū istorū sit ingenerabile si cessent. Et est impossibile vt aliquid sit ex nihilo: quoniā si generatio est: necesse est vt motus habeat finē. Nullus enim motus est infi nitus: sed omnis motus habet finē & complementū. Et impos sibile est vt sit illud quod impossibile est vt fiat. Illud autē ꝙ fit est possibile in primo quod fit necessario. Et etiā si res vni uersalis est materia quia nō generatur necesse est vt substātia sit magis prima quā materia: quoniā si vniuersale nō est mate tia neq; substātia comprehēsibilis nihil erit omnino. Si igitur hoc nō fuerit erit vniuersale ꝙ est aliud ab istis particularibus forma & figura necessario. Si igitur finxerit aliquis hoc contin get ei aliquod inopinabile. Non enim potest dicere ꝙ hoc est possibile in omnibus rebus: sed in quibusdā esse in quibusdā non. Manifestum est igitur quod impossibile est hoc esse in omnibus rebus. Nō enim dicimus quod domus sit aliud à dos mibus singularibus.

Intendit in hoc cap. inducere sermones probātes superficietenus qd̄ vniuersalia sunt existentia per se quæ mouerunt Platonem ad dicendū formas esse. Et d. quoniam si nihil fuerit aliud a rebus particulari bus &c. Et ise sermo manifestus est, & abbreuiatio eius est quod si nō fuerint hæc vniuersalia non transmutabilia: neq; corruptibilia quæ determinent particularia non erit scientia necessaria alio modo: neque scientia determinans continens scitum omnium: quoniam particularia sunt infinita, & infinita sunt indeterminabilia, & ideo scientia nō erit determinans: licet etiam neq; necessaria: quia particularia sunt infinita: & semper in transmutatione. Deinde dicit: scimus enim omnia &c. id est, quoniā manifestum est quod nos scimus omnia particularia per vnum vniuersale transmutabile determinans est. Si igitur vniuersale nō fuerit: tunc scientia erit falsa. Et hoc intendebat cum d. si igitur iste sermo &c. id est, si igitur fuerit necessarium hoc quod diximus quod in scientia particularium necessarium est vnum quod est vniuersale in transmutabile: necesse vt extra animam sit aliud quid a rebus particula ribus. Deinde dicit necesse est igitur &c. id est, & cum fuerit necessa rium aliquid esse aliud a particularibus qd̄ est causa scientię, & vniuersa le est huiusmodi: necesse est prima genera & vltimæ species & quę sunt inter ea sint existētia extra animam alia a rebus particularibus, & vt prin

cipia

12

D

Non est dubiū vniuersale esse sed est dubium quid sit natura ipsius.

cipia eorū sint prima genera: sed iā dixim⁹ prius impossibilia cōtingere positōi vniuersaliū abstractorū. D. d. & etiā qū oportet affirmare vniuersale esse: quia esse vniuersale nō habet dubiū: qm dubiū nō est ni si de natura ei⁹ quid ipsa sit. D. d. dicam⁹ igit qm aliquid dicek &c. id est dicam⁹ igit qd⁹ manifestū est q⁹ vnū quid prædicat de materia particulariū. Cū igitur aliquid fuerit prædicatū de rebus particulariū materialiū vtrū illud quid est aliud ab omnibus particularibus de quibus prædicatur: aut est aliud a quibusdā: aut non est aliud a quibusdam: aut est omnia eorū. Si posuerimus quod nihil est aliud a particularibus: nihil erit sciū omino nisi aliquis vocet cōprehensionem sensus scientiā. & etiam cōtingit vniuersaliter expositione qd⁹ nihil aliud est quā particularia sensibilia vt nihil sit æternū & immobile: quoniā omnia sensibilia sunt corruptibilia. Deinde dedit impossibile cōtingens si æternum & immobile nō est, & dixit sed si nihil fuerit æternū & immobile non erit generatio quoniā si generatio est semper necesse est vt sit aliquid quod agat generationem primo, & quod sit ingenerabile, & aliquid ex quo fit primo generatio: quod est etiā nō generabile. Deinde dicit & vt sint principia istorū &c. id est, necesse est enim vt principia generationis nō sint generabilia: cū nihil fiat ex nihilo neq; in infinitū. Et cum ita sit necesse est vt generatio cesset, & vt incipiat etiam a causa fine motore. Deinde dicit quoniā si generatio erit: necesse est vt motus habeat finem: quoniā si motus generationis fuerit infinitus nō erit generatum. id est, non cōplebitur sua generatio. Deinde dicit & impossibile est vt sit illud qd⁹ impossibile est vt fiat, id est, & signū eius qd⁹ impossibile est motū rectū in infinitū esse est: qd⁹ ille motus impossibile est vt fiat scilicet vt cōpleatur, & illud cuius esse nō cōpletur nō incipit fieri: neq; est possibile vt incipiat fieri. Et istud signū dictū est etiā ab eo in. 6. phyti. cū dixit illic. Verbi gratia, quia impossibile est inueniri hominē in stadio. id est, impossibile est vt iste homo sit in generatione, & ista est dubitatio in cōtinuatione generationis, & ita soluit istā quæstionē in phytticis: vbi determinauit qd⁹ est impossibile in motu reciprocabili secūdū generationē: secūdū qd⁹ generabile sit ex corruptibili, & corruptibile ex generabili. Deinde dicit, & etiā si res vniuersalis est materia &c. id est, & etiā si vniuersale non trāsmutabile debet esse materia: quia vtrū q; est ingenerabile: tūc forma est magis digna esse hoc: quia neq; generatur neq; corrūpitur, & ens in actu, & materia in potentia. Deinde dicit quoniā si vniuersale nō fuerit materia &c. & dixit hoc: quia vniuersale cū est substātia, & cū nulla substātia est præter hæc duo scilicet dāsamolitur: cōtinget qd⁹ si vniuersale nō fuerit aliquod istorū qd⁹ nō erit aliquod entiū. Deinde dicit si igitur nō fuerit hoc &c. id est, si igitur vniuersale nō fuerit materia: necesse est vt vniuersale qd⁹ est aliud a particularibus sit forma & figura. Deinde dicit si aliquis finxerit hoc &c. id est. & si aliquid posuerit ipsum esse existens extra animā ita qd⁹ substantia sit existens per se: contingent ei impossibilia. Non enim potest ponere omnia vniuersalia esse talia: sed quædam, & innuit exceptionem vniuersalium rerum artificialium & vniuersalium accidentiū: quæ nullus potest ponere substantias abstractas. Hoc enim non potest dici nisi in substātijs rerū naturaliū. Nullus enim potest dicere domum esse vniuersa

Idē pri. phy si. 33. & 34.

T. cō. 92. 97

Nullus potest fingere vniuersale separatū in artificialibus.



vniuersalem existentem extra animam artificis aliam a domibus particularium, & literam vniuersalem esse aliam a literis particularibus.

Adhuc autem vtrum substātia vna erit omniū: vt hominū. Sed inconueniens est: nō em vnū omnia quorū substātia vna: sed multa & differētia: sed & hoc extra rationē est. Simul autē & quomodo fit materia horū vnūquodq; & est synolon ambo hæc.

Et cum hoc perscrutandum est: vtrū substantia omnium hominum est vna aut nō. Si enim dixerimus cp substātia eorum est vna: cōtinget inopinabile: quoniā omnia quorum substantia est vna sunt vnum. Et si dixerimus cp substātiæ eorū diuersæ sunt: hoc etiam erit impossibile, Et cū hoc quomodo potest esse vt materia sit in aliqua hora quælibet istarū: cum omne sit vtrūq; scilicet materia & particularia.

Vtrū sit vna substantia omniū existētiū in vna specie.

Et perscrutandū est etiā vtrū substātia omniū entiū est vna substātia: aut plures. Si igitur vna auferē multitudo & erit ens vnū: qd⁹ est cōtra sensum. Et si substātia entiū fuerint plures nihil erit in specie omnino in quo cōmunicent duo: quod est impossibile. Et si dixerimus qd⁹ nihil est vnum omnino quomodo est possibile: vt materia sit in aliqua hora eadē cū omnibus particularib⁹ in quibus existit, & hoc est omne vtrūq; scilicet materia, & qd⁹ recipit materiam. Et intēdit si dixerimus qd⁹ nihil est vnū omnino: potest enim aliquis dicere qd⁹ materia inuenitur distincta in aliqua hora ab indiuiduis quorum est materia. 13

Amplius autē de principijs & hic dubitabit aliquis. Nam si specie sunt vnū nihil numero erit vnum: nec iterū vnū ipsum & ens. Et scire quomodo erit: si nō aliquid erit vnū in omnibus. At vero si vnū numero, & vnū quodlibet, principiorū, & nō quēadmodū in sensibilibus alia aliorū: vt in hac syllaba specie eadē existēte, & principia specie eadē: etenim hæc sunt numero diuersa. Si autē nō ita: sed quæ sunt existentiū principia numero sunt vnū: nō erit præter elemēta aliud quicquā. Nam numero vnū aut singulare dicere nihil differt. Sic enim dicimus singulare numero vnū: vniuersale vero cp in his est. Sicut igitur si vocis elemēta numero essent determinata: tot omnes literas esse necesse esset quot elemēta: nō existentibus quidem duobus eisdem: nec pluribus.

E. Vtrū principia rerū sūt eadē numero.

Et querendū est etiā quæstionē difficilē de principijs: quoniā si principia sint vnū in forma: nihil est vnum in numero: neq; vnū generabile. Et si ita sit & nullū vnū sit prædicatū de omnibus rebus: quomodo est sciēt ia: aut cognitio Si aūt omnia principia sint vnū in numero, & nō fuerint principia quorūdā alia

Universidad de Deusto
Biblioteca



à principijs quorũdã:sicut principia rerũ sensibiliũ. V.g. ꝙ ista litera & alia est vna in forma,& principia earum sunt vna in forma & diuersa in numero. Si igitur principia entiũ nõ fuerint talia sed vnũ numero:nõ erit aliud ab elemẽtis. Nulla em̃ differẽtia est inter dicere sermonẽ dicentẽ vnum in numero, & dicentẽ vnum particulare. Ab vno autẽ particulari nõ nisi vnũ particulare:quare nec ab vno numero nõ nisi vnum numero. Dicimus enim in omni esse particulare in eo quod est vnũ in numero,& dicimus vniuersale de illo ꝙ prædicatur de istis particularibus. V.g. ꝙ si elementa vocis essent terminata in numero:tunc omnes literæ essent secũdũ numerũ elementorum: neq; multiplicarentur:neq; magis essent.

14 Et quærẽdũ &c. Ista quæstio est dicẽs:vtrũ principia sensibilia sunt omnia vnũ in forma:aut vnum in numero. Et d. qd' si omnia fuerint vnũ secundõ formã:nihil erit hoc secundũ numerũ:neq; vnũ generabile erit vnũ secundũ numerũ:qd' est valde inopinabile,& cũ hoc nõ fuerit vnũ particulare nõ erũt multa particularia,& sic nõ erit vniuersale, & sic nõ erit sciẽtia:hoc igitur cõtingit si principia fuerint vnũ secundũ formã. D. d. si autẽ principia &c. id est, si autẽ vnũquodq; principiũ rerũ sensibiliũ fuerit vnũ in numero,& nõ fuerit quædã vnũ secũdũ formã neq; diuersa secũdũ formã:sicut est dispositio in principijs rerũ sensibiliũ,& in rebus ipsis sensibilibus,& nõ fuerit illic vnũ secundum formã omnino,& omnia principia fuerint vnũ secundũ numerum nihil erit aliud ab ipsis elemẽtis, id est, si igitur principia entium non fuerint talia nihil erit aliud ab elemẽtis. D. d. causam in hoc &c. d. nulla enim est differentia &c. id est,& hoc necesse est:quoniã vnũ numero synonymũ est cũ particulari,& cũ ista principia nõ fuerint nisi particularia:nõ erit vniuersale oino scilicet forma,& cũ ita sit nihil erit aliud a principijs cũ posuerimus quod nihil est hoc aliud a particularibus, quoniã ex vno nõ fit compositũ. Et quia aliquis potest dicere quod principia sunt vnũ in numero tantum,& generata ex eis sunt multa in numero:dedit inopinabile contingens ex hoc,& est quoniã tunc generabilia essent secundũ numerũ primorũ principiorũ & non magis:&c. Verbi gratia,&c. id est, quoniã si elemẽta vocis essent terminata in numero, id est, particularia:nunc voces essent secundũ numerũ eorum, & non generarentur a literis plus suo numero.

Vnũ numero synonymũ est cum particulari.

Non enim minor dubitatio modernis & prioribus relinquitur. Vtrũ eadem corruptibiliũ & incorruptibiliũ sint principia:aut diuersa. Nam si eadẽ sint quomodo hæc quidẽ incorruptibilia:illa vero corruptibilia. & propter quam causam.

Qui quidẽ igitur circa Hesiodũ & oẽs quicũq; theologi solũ ad ipsos persuasionẽ curauerunt:nos autem neglexerunt. Deos enim faciẽtes principia,& ex deis dicũt esse facta:quæ vero nõ gustauerũt nectar & manna mortalia facta esse dicunt. Palam



est illo modo se habere. si verò potestate sint elemẽta nihil entiũ esse contingit. Nam possibile est esse quod nondum est ens. Fit enim nõ ens. Nihil autem fit impossibiliũ esse. Has igitur dubitationes necessarium est dubitare de principijs. Et assimilatur istis quæstionibus dictis ista quæstio: vtrum elementa sunt potentia: aut alio modo. Si igitur alio modo: quomodo est possibile vt aliquid sit ante elementa: & sunt principia. Potentia enim est ante illam aliam causam. Illud enim quod nõ habet potentiam non est ante potentiam necessario. Si autẽ elementa sunt potentia tunc possibile erit vt elemẽta non sint alicuius entium. Illud enim quod habet potentiam vt sit: nondũ est. Et non fit nisi illud quod non habet esse: & nihil erit quod non habet potentiam: vt sit. Hæ igitur quæstiones sunt difficiles: de quibus perscrutandum est in cognitione principiorum.

Nihil ẽpossibile sit.

19 Et assimilatur &c. quærit vtrum elemẽta prima & principia omnium entium sint potentia aut actu: & hoc intendebat per aliũ modũ. D.d. si igitur alio modo &c. id est si igitur elementa sunt actu habent elementa. potentia enim est ante actum. id est illud quod est in potẽtia aliquid est ante illud quod est in actu illud quid. & sic elementa habebũt elementa. Deinde dixit. illud autẽ quod non habet potentiã &c. i. illud aũt in quo nõ est potẽtia vt ex eo fiat aliquid: nihil fit ex eo quod sit in potentia omnino: quapropter nõ erit elementũ alicuius rei aliquo modo.

Et abbreuiatio eius est quod si elementa sunt actu secundum quod sunt elementa: & fuerit potentia prior eis: cum sint in actu: cõtingit quòd elementa habeant elementa: & si potentia non fuerit prior eis: non erit in eis potentia omnino ad aliquid: & sic non erit elementum alicuius rei. Et cum dixit impossibile contingens positioni elementorum in actu incæpit dicere etiam quid contingit positioni eorũ in potentia & dixit si autem elementa fuerint potentia &c. id est possibile enim erit vt omnia entia quæ sunt actu destruantur: & nihil remaneat nisi illud quod est in potentia. Deinde dedit causam in hoc & dixit illud enim quod habet potentiam &c. id est illud enim quod est in potentia est aliud quid in actu cũ est in potentia impossibile est vt illud sit in actu. Actus enim & potentia sunt contraria. Deinde dixit. & non fit nisi illud quod non habet esse. id est & non fit nisi illud quod non habet esse in actu: & nihil fit quod non habet potentiam vt fiat.

Actus & potentia sunt contraria.

Et vtrũ vniuersalia sint aut vt dixim⁹ singularia. Nã si vniuersalia non erunt substantiæ. Nihil enim cõmuniũ hoc aliquid significat: sed quale: substãtia verò hoc aliquid est. Sed si est hoc aliquid: & ponitur quod cõmuniter prædicat: multa erit alia Socrates: ipseq; homo & asal: si significat vnũquodq; hoc aliquid & vnũ. Si igitur vniuersalia sunt principia: hæc esse tingunt. Si autem nõ vniuersalia: sed quasi singularia: nõ erunt scibilia.

Vtrũ principia sint vniuersalia aut singularia. Negatiue.



scibilia. Vniuersales enim sunt omnium scientiæ. Quare erunt principia diuersa priora principijs vniuersaliter prædicata: si futura est esse eorum scientia. Et etiã perscrutandum est vtrũ principia sint vniuersalia: aut particularia. Si vniuersalia: non sunt substantiæ: cõmunia enim nõ dicuntur esse hoc singulare. Si igitur prædicabile de rebus dicitur modo cõmuni quod est hoc tunc Socrates erit multa animalia. scilicet Socra. & homo & animal: quoniã vnumquodq; eorũ significat quod est hoc vnum. Ista igitur accidentia accidũt si principia fuerint vniuersalia. Si autem nõ fuerint vniuersalia & fuerint sicut principia exẽplaria principiorũ particularium: tũc scitũ nõ habebit esse. Scientię enim oim sunt vles. Manifestũ est igit ꝙ si fuerit possibile vt ista principia cognoscant quod alia principia sunt vniuersalia ante particularia quæ prædicantur de particularibus.

In oppositum.

Et etiã perscrutandũ est vtrũ principia sint vniuersalia aut particularia: si aũt vniuersalia nõ erũt substãtiæ. Vniuersalia enim sunt cõia: quæ sunt in plurib⁹: & cõmune nõ est hoc singulare qđ est substãtia: sed est exẽplar huic singulari. s. formæ cõmuni eis: & olbus indiuiduis habẽt ẽbus illã formã. Substãtia autẽ dicit esse hoc singulare quod concludit in secõda figura quod substãtia nõ est vniuersale. D.d. si igitur dicit prædicabile &c. i. si igit vniuersale est cõmune secundũ quod est singulare existẽs in plurib⁹: tũc So. erit cõpositũ ex multis animalib⁹: in Socrate enim erit humanitas existẽs in omnibus hominibus quia est hoc singulare in numero: & sic So. & omnia indiuidua hominis erunt compolite ex vna re: & similiter erit cõpositus cũ omnib⁹ animalib⁹. Animalitas enim hæc indiuiduatis existit in omnibus indiuiduis animalium: aut indiuidua animalis existũt in ea. Iste igitur quæstiones accidunt si principia fuerint vniuersalia. D.d. si aũt nõ fuerint vniuersalia &c. i. si autẽ nõ ponant hic esse vniuersalia entia contingit vt scientiæ necessariæ non sint: & hoc mouit Platonẽ ad dicendũ formas esse. D.d. scientiæ enim omnium sunt vniuersales: & intendit scientias speculatiuas necessarias. D.d. manifestum est igitur &c. i. & cum necesse est vt principia particularia cognoscantur non generabili cognitione: neq; corruptibili: necesse est hic esse principia vniuersalia ante particularia.

20 Cõe nõ est singulare sed est exẽplar olbus singularib⁹ habẽtib⁹ illã formam. Idem 12. met. cõ. 4. & q̃ ibi.

Finis Tertij.

Aristo. Liber Quartus primæ philosophiæ incipit.

Summa Quarti libri habetur ab Auer. in principio cõmenti primi.

Et prima durat vsq; ad tex. septimum.

Secunda vero incipit in septimo & vadit vsq; in finem libri &c.

Est autem scientia quædã quæ speculatur inquãtum ens: & quæ huic insunt secundũ se: hæc autẽ nulli in parte dictarum eadẽ est. Aliarum enim nulla intẽdit vniuersaliter de ente inquãtum ens: verum partem eius abscindentes aliquam circa hanc speculantur ipsum accidens:

dens: velut scientiarū mathematice: qm̃ autē principia & extremas quærimus causas: palā quia naturæ cuiusdā ipsas secūdū se esse necesse est. Si ergo & entium elementa quærentes hæc quæsiuerunt principia: necesse & entis elementa esse non secundum accidens: sed inquantum entia. vnde & nobis entis in quantum est ens primæ causæ sunt accipiendæ.

a Disputare contra negantes primas propositiones & contra destruentes scire spectat ad dominū istius artis. Vide idem 3. eccli. comment. 4.

Vnius quidem sciētiæ sciētiarum est cōsideratio de ente: & de rebus quæ sunt entis per se. Et ista sciētia nō est vna earum quæ dicuntur particulares quoniā nō est alicuius scientiæ particularis cōsideratio de ente vt̄i. Sed sciārū particulariū est cōsideratio de accidēti qđ accidit alicui parti partium entis diuisæ ab eo: sicut faciunt scientiæ mathematicæ. Si igitur quæstio principiorū & causarū vltimarū est a nobis: manifestū est q̄ necesse est vt ista principia sint sicut principia alicui⁹ naturæ p se. Et cū quæsierūt ista principia illi qui q̄rebāt elementa entis: necesse est vt nō sint elemēta entis modo accidētali: sed sint essentialiter. & ideo oportet nos q̄rere causas quæ sunt in ente.

b Prima philosophia considerat de nobilissima causarum. s. de. j. fine & forma. j. Idē 3. met. com. mē. 3. Et. 12. met. cōmē. 6. & in prologo suo super. j. phyli.

ISte tractat⁹ cōtinet duas partes. Prima igit est in diffinitōdo subiectū istī⁹ artis & accidētia & causas eius: & vt̄e in rebus logicis quæ appropriāt huic scīæ. In secūda aūt disputat cū sophistis qui negāt primas propositiones a & destruūt scire: prius declarādo q̄ dominus huius artis debet disputare cum istis. Quia igitur intentio eius est loqui de modo considerationis istius artis: & iam perscrutat⁹ est in tractatu præcedēti de scīētia quæ dicit philosophia: quæ scīa sit. Et d. q̄ si scīa oium causarū est vna illa scīa debet dici philosophia. D. declarauit q̄ cōsideratio de causis oium entiū nō est vnius scīētiæ cū entia sint diuersa: qm̃ in qbusdā inueniunt de causis: illis: quæ nō inueniūtur in quibusdā: hoc eñ esset posse si entia essent vnū genus. D. induxit ipse sermonē q̄ philosophia forte b est illa q̄ cōsideret de nobilissima causarū. s. de primo fine & forma prima. incēpit in hoc tractatu declarare hoc secundū demōstrationē & declarationē per se. Et d. vnius quidē scīētiæ & c. i. dicamus igit q̄ manifestū est q̄ se hoc esse aliquā scientiā quæ cōsiderat de ente inquantū est ens: & de accidentibus essentialibus enti in eo quod est ens. D. d. & ista scientia & c. i. & apparet q̄ ista consideratio non est alicuius scientiæ scientiarum particularium. Manifestū est enim q̄ nō est alicuius scientiæ scientiarum particularium consideratio de ente secundum quod est ens: sed tantum est scientiarum particularium consideratio de accidentibus: quæ accidūt alicui parti partiū entis: accipiendo illam partem quasi diffinitam ab ente: sicut faciunt scientiæ mathematicæ c quæ accipiunt numeros & magnitudines diffinitos ab ente. & considerant de eis & suis accidentibus essentialibus. Et similiter etiam scientiæ naturales considerant de quadam parte entis scilicet de ente mobili & de accidentibus essentialibus idem secundum quod est mobile & de mo-

c Scientiæ mathematicæ sunt de numeris & magnitudinibus: & scīētia naturalis est de ente mobili secūdum qđ est mobile: sed vide oppūm.



tu. Deinde. d. si igitur inquisitio principiorum & c. i. & cum manifestum est q̄ nos quærim⁹ in hac arte principia vltima quæ sunt principia simpliciter, manifestū est q̄ quærendū est ista principia istorū principiorū sensibiliū secundū istū modū secundū quem quærimus principia naturæ existētis per se. Et intendit q̄ principia simpliciter debēt quæri de entibus quæ sunt simpliciter: & si acciderit quibusdam vt sint sensibiles nō simplices, tunc nō quæruntur ista eis principia a nisi secūdū q̄ sunt entia simpliciter non secundum q̄ sunt entia. V. g. mobilia aut mathematica. Deinde. d. & cū quæsierit ista principia & c. i. & propter hoc quod diximus qđ antiqui quærunt principia prima entiū secundū q̄ sunt entia, & non quærunt ex entiū quæ sunt huiusmodi: tūc quæstio eorum hominum in causis est accidentaliter. Et intendit q̄ cum quæsiuerunt causas entis & non quæsiuerunt causas entium trāsmurabiliū. Verbi gratia, tunc quæstio eorum fuit essentialis. & si quærerent causas entium proprtiorum, tunc esset quæstio accidentalis.

a Si accidēt vt in me. de sensibilibus pricipia quęrant hoc nō est iquātū sensibilia sed inquātū entia. Idē. 6. met. cō. j. & 12. me. cō. 5. &. 6. &. 7. me. cō. 9. & C j. me. cō. 15. &. 18. &. 2. phy. cō. 12.

Ens autem multis modis dicitur: sed ad vnum, & ad vnam aliquam naturam, & non æquiuoce. Sed b quemadmodū salubre omne ad sanitatem, hoc quidem in cōuersatione aliud vero in actiōe, aliud vero quia est signum sanitatis, hoc autem quia illius est susceptibile, & medicabile ad medicinam. Hoc enim in habendo medicinam dicitur medicabile, illud vero in existendo bene natum ad ipsam: & aliud per actus medicatiuæ. Similiter autē & alia sumemus his dicta. Ita vero & ens multipliciter dicitur quidem, licet omne ad vnum principiū. Hæc quia substantiæ entia dicuntur, illa vero quia passiones substantiæ, alia vero quia via ad substantiam, aut corruptiones, aut priuationes, aut qualitates, aut effectiua, aut generatiua substantiæ, aut ad substantiam dictorum, aut horum cuiusdam negationes, aut substantiæ. Quapropter & non ens esse non ens dicimus. Quemadmodum ergo & salubri omnium vna est scientia, ita hoc & in alijs. Non enim solum eorum quę secundum vnum dictorum est vnius scientiæ speculari, sed & dictorum ad vnam naturam, etenim hoc modo quodam secūdum vnum dicuntur. Palam ergo quia & entia vnius est scientiæ speculari inquātū entia. v bicp vero ,pprie primi est scīa, & eo quo alia pēdēt, & propter quod dicunt. ergo si est hoc substātia substātiarū, oportet prīcipia & causas habere philosophū. Ois aūt ghis vni⁹ sensus est vn⁹ atq; scīa, vt grāmatica vna ens oēs speculat voces. Quapropter & entis inquātū ens quascūq; spēs speculari vni⁹ est scientiæ ghæ, species autem specierum.

b Ens hoc dicit multipliciter, & non dicit æquiuoce sed attribuitur vni rei, & vni naturæ, sicut omne sanans attribuitur sanitati.

Ens igitur dicit multipliciter, & n. dicit æquiuoce sed attribuitur vni rei, & vni naturæ, sicut omne sanans attribuitur sanitati.

12. me. cō. 5. vbi. d. q̄ est de corpe mobili. & in p logo primi phy. dixit q̄ est de rebus sensibilibus tāq̄ de substantiuo.

Nō solū eorū q̄ secūdū vnū dictorū est vn⁹ scīæ speculari, sed & dictorū ad vnam naturam. Ois ghis vnius sensus est vnus.

nitati. Quoddā em̄ dicit sanum, quia cōseruat sanitatē, quoddā aūt sic, quia facit sanitatē, & quoddā quia significat & quoddā quia recipit. & similiter esse modicum medicinæ. Quoddā em̄ dicitur medicum quia acquirit medicinā, & quoddā quia conuenit medicinæ. & quoddā quia est actiuum medicinæ. Et secundum hunc modum possibile est nobis inuenire res quæ attribuuntur vni rei sicut ista quæ dicimus. Et similiter etiam ens dicitur multis modis, sed oēs illi modi attribuunt vni rei. Quædā em̄ dicuntur entia quia sunt substātiæ, & quædā etiā quia sunt passiones, & quædā accidētiā, & quædā quia sunt viæ ad substātiā, aut ad relationē, aut quia sunt nō ens, aut qualitates, aut agētes, aut faciētes substātiā, aut aliud eorum quę dicuntur esse in substātia, aut quia negāt aliquod istorum accidētiū, aut substātia. Et similiter dicimus etiam de eo quod nō est ens vnum quod nō est ens, quēadmodum igit̄ scientia sanorum est vna, sic scientia aliorum similium. Nō em̄ est vnius scientiæ cōsideratio de rebus quæ dīr de vno tm̄, sed etiā cōsideratio de rebus quæ attribunt̄ vni nature. Ista em̄ dicuntur de vnoquoque modo. Manifestum est igit̄ ꝙ vnius scientiæ est cōsideratio de entib⁹ vniuersaliter, & scientia quæ est scientia in rei veritate in omnibus rebus est scientia rei prioris per quā cōtinuātur aliæ res, & propter quā vocantur & dicunt̄. Si igit̄ hoc prius sit substantia. manifestum est ꝙ cognitio principiorum et causarum substātiæ debet esse in philosopho, & vnūquodque gen⁹ habet vnā scīam. V.g. scīa vocis est vna, & debet cōsiderare ī oīb⁹ vocib⁹. Et ideo dicim⁹ ꝙ cōsideratio de oīb⁹ formis entis vīr est
2 vnius scientiæ secūdū genus, formæ autē sunt formæ formarū.

E De æquiuoco non considerat vna ars.

Cum autem declarauit quod scientia debet considerare de ente secundum quod ens est, vult declarare quod hoc nomen ens nō est æquiuocum, si enim esset æquiuocum non consideraret de eo vna ars. Et d. & ens dicitur multis modis &c. i. & nomē ens dicitur multis modis. & non æquiuoce sicut canis qui dicitur de latrabili & marino: neq; vniuoce, vt animal de homine & asino, sed est de nominibus quæ dicuntur de rebus attributis eidem & sunt media inter vniuoca & æquiuoca. Et hoc intendebat cum. d. sed attribuitur vni rei &c. i. & ista quæ attribuūtur eidem non attribuuntur eodem modo, sed modis diuersis & quædam attribuuntur eodem modo, sed diuersantur secundum magis & minus sicut hoc nomen substantia quæ dicit̄ de formis & de individuo. Et quia sana attribuunt̄ sanitati modis diuersis, sicut nomen prædicamenta attribuuntur ad esse quia sunt in vero ente quod est substantia modis diuersis: incepit notificare diuersitatē modorū q̄ inueniunt̄ in talib⁹ nominib⁹ ad demōstrādū ꝙ ita est de hoc nōie ens cum





substātia & cū aliis prædicamētis. Et. d. quoddā em̄ dicit sanū &c. i. quædā em̄ dicunt̄ sana, quia attribuunt̄ sanitati hoc modo. s. quia cōseruāt sanitatē, sicut dicimus ꝙ exercitiū est sanum, quia cōseruat sanitatem, & quædam attribuunt̄ sanitati, quia faciūt eā sicut dicimus ꝙ potio accepta est sana. Et sīr dicimus sanū signū quod nūciat sanitatē, sicut dicimus de creticis laudabilibus, Et similiter dicimus sanū illud quod cito recipit sanitatē sicut corpus mundū ab humoribus. Et cū induxit ea quæ attribuuntur vni fini, induxit exemplum etiam de reb⁹ quæ attribuuntur vni agenti. Et. d. & similiter attribuitur esse medicū medicinæ. i. & similiter omne adiuuans actionem medicinæ attribuitur medicinæ. Et intendebat per hoc declarare ꝙ attributa ei, aut attribuuntur eidem fini, aut eidem agenti, aut eidem subiecto, sicut nouem prædicamenta substātiæ. D. d. quoddā enim dicitur medicū &c. id est, quoddā enim dicitur medicum quia acquirit artem medicinæ. V. g. homo medicus, & quoddam quia conuenit actioni medicinæ. V. g. dieta. D. d. & quædam quæ facit actionem medicinæ licet nō sit medicus. vt tuta em̄ quæ medicabat cū ista herba sicut dicitur agebat actionē medi caē licet nō erat medica. D. d. & similiter ens etiā dicitur multis modis, sed illi modi attribuuntur vni primo. i. & similiter hoc nomen ens licet dicatur multis modis, tū in oībus dicit̄ ens, quia attribuit primo enti substantiæ. & istæ attributiones in vnoquoq; eorū sunt diuersæ. Prædicta em̄ attribuunt̄ a substātiæ, nō quia est agens aut finis eorū, sed quia cōstituunt̄ per illam. & subiectum est eorū, & vniuersaliter nō dicuntur entia, nisi quia sunt dispositiones entis, & multi homines negāt ea esse, albedo em̄ nō est, sed albū. D. incepit declarare modos secūdū quos attribuuntur substantiæ. & d. quædā cū dīr ens &c. quoddā dicit ens, quia est existēs per se & est substātia. & quoddā dicitur ens: quia est passio substātiæ, & intēdit per viā ad substātiā motū ad substātiā, motus em̄ dicit̄ ens, qa est via ad verum ens. Et intēdit per relationē, quia est cōparatio entis ad ens. & intēdit relationē quæ dicit̄ ens b secūdū ꝙ determinatū est in alijs locis. & dīr etiā ens illud qđ est priuatio entis, & hoc nomē etiā ens dicit̄ modo cōsimiliter dinis. Dicit̄ em̄ substātia illud qđ facit substātiā, sicut dicētes hic esse virtutes & formas faciētes substātiā. Et similiter dicit̄ ꝙ et em̄ta substātiæ sunt substātiæ, & hoc intēdebat cū. d. aut generātia substātiam. D. d. aut aliud. i. & dicit etiā ens illud qđ existit in substātia, & hoc vt est cæteris prædicamētis. D. d. aut quia negant &c. i. qm̄ quēadmodū hoc nomē ens dīr de oīb⁹ istis modis, ita etiā dīr de negatione & affirmatiōe. Et intēdebat ꝓ hoc ꝙ hoc nomē ens c dīr de primis intelligibilib⁹ & secūdis, & sunt res logicæ. Et cū declarauit ꝙ hoc nomē ens dīr de oīb⁹ modis istis incepit declarare ꝙ cognitio eorū quæ dīr istī mō est vni⁹ scientiæ, & d. quēadmodū scīa vna cōsiderat de reb⁹ attributis sanitati. s. medicina, ita vna scīa debet cōsiderare de oīb⁹ attributis enti. D. d. qm̄ nō est vni⁹ scientiæ cōsideratio &c. i. res d enim quæ habēt vnā scientiā non tm̄ sunt quarū subiectum est vnū gūe, aut specie dicto vniuoce. sed quarū esse attribuitur vni fini, aut vni agenti, aut vni subiecto. Et dixit hoc, quia est dispositio entium scilicet q attribuunt vni fini, aut vni cōplemento, & hoc est quæsitū in hac scīa

a Prædicamēta accidētiū nō attribuunt̄ substātiæ qa sit agens aut finis eorū, sed qa cōstituūtur p illā. & subiectum ē eorū, sed vide oppīm. 2. de aīa. 76.

b Mot⁹ dīr ens, quia est via ad verū ens.

c Hoc nomē ens dīr de primis intelligibilib⁹ & secundis.

d Res q̄ habēt vnā scīē tiam nō tm̄ sunt quarū subiectum est tm̄ vnum genere aut spē dicto vniuoce, sed quarū ēē attribuit aut vni fini aut vni agenti aut vni subiecto.

tia. D.d.& quia ista dicunt &c.i.& quia declaratum est q̄ hoc nomē ens dicitur modo modorū rerū.de quib⁹ dicitur hoc nomē vnū. manifestū est q̄ vna scientia cōsiderat de ente,& dispositio in hoc mō generis est sicut dispositio in gñe q̄d dicit vniuoce,quia prædicabilia essentialia inueniunt in hoc gñe q̄d dr multipliciter, sicut inuenitur in gñe q̄d dicit vniuoce,sed hoc nō inuenitur in gñe q̄d dicit æquiuoce. & licet inueniat in quodā aliq̄d verū,tñ nō est essentialiter. Possibile est vt aliquod prædicabile prædicetur,vere de aliquo nomine æquiuoco. Verbi gratia,omnis canis est pulcher,sed nō inuenitur in eis prædicabile essentiale omnino. D.d.& scientia quæ est scientia in rei veritate &c.i.& manifestū est q̄ vera scientia in talib⁹ rebus quę dūr per attributionē est scientia primi quæ est in illo gñe per cuius cōtinuationē cum alijs attribuuntur illa alia ei,& a suo nomine denominant. Dedit aliam ,ppositionē manifestam.&.d. si igitur hic prius substantia &c.i.si igitur prius decē essentiū est substātia vt post declarabitur. & philosoph⁹ est ille qui scit primas causas omnium,necesse vt cognitio principiorum substantiæ sit accepta in diffinitione philosophi. Dicitur enim q̄ philosophus est illæ qui scit principia & causas substātiæ. & ista est declaratio prædictæ quæstionis in qua dicitur vtrum vnius scientiæ est consideratio de substantia aut nō. Deinde.d. sed vnum quodq; genus &c.i.& etiam manifestum est quod quodlibet genus entium habet vnam artem q̄ vnam scientiam considerantem in omnibus speciebus illius generis. Verbi gratia, quod sonus est vnum genus, & habet vnam scientiam considerantem in omnibus speciebus sonorum. scilicet musicam. Deinde dicit,& ideo dicimus quod cōsideratio &c. id est,& hoc quod.d.manifestum est ex prædictis. Posuit enim quod quodlibet vnum genus habet vnam scientiam,& manifestum est quod ens est vnum genus,ergo ens habet vnam scientiam. D.d.formæ autem sunt formæ formarum.i.formæ aūt quis quidā dicēt cōsiderandæ sunt in hoc scientia, sicut enim apud dicētes eas formæ formarū entiū,& ita hæc scientia cōsiderat de formis,ergo cōsiderat de formis formarum.

a Analogia pōt facere prædicatum essentiale.

b Pōt esse vt aliq̄d prædicatum vere prædicet de aliquo nōe æquiuoco sed nō inueniri eis prædicatū essentiale oīno.

## CAPVT II.

Idē est vnus hō.& hō,et ens homo.

SI igitur ens & vnum idem,& vna natura.eo quod se adinuicem consequuntur sicut principiū & causa,sed non vt vna ratione,ostensa. Nihil autem differt nec si similiter suscipiamus, sed & præpere magis.Idē enim vnus homo, & homo, & ens homo,& non diuersum aliquid ostēdit secūdū dictionē repetitā. hō,& ens hō,& vnus hō.Palā aūt quia non separantur, nec in generatiōe,nec in corruptiōe. Similiter aūt &,in vno. Quare palam quia additio in his idem ostēdit, & nihil aliud vnum præter ens. Amplius aūt cuiuscūq; substātia est vnū nō secundū accidēs,similiter aūt & q̄ qdē ens aliqd. Quare quotcūq; vnius sunt spēs tot & entis,de quibus quod quid est eiusdē scientiæ genere speculari. Dico aūt de eodē & simili & alijs talibus. Re autem

Quotcūq; vnius sunt spēs tot & entis.



re autem omnia reducuntur contraria in principium.

Vnum autem & ens cum sint idem:& habent eandem naturam:consecutio vtriusque ad alterū est:sicut consecutio principiū & causæ vnius ad alterum:non quia eadem diffinitio significat vtrumque. Nulla autem differentia est inter ea: & si existimātes fuerimus tali existimatione.Sermo enim dicentis homo vnus:aut homo est:aut homo iste idem significat:& nō diuersa significat apud iterationem.Manifestum est non enim q̄ sermo dicens homo iste & homo vnus:& homo est significat diuersa:cum non sit differētia inter dicere homo iste. & homo:neq; in generatiōe:neq; in corruptiōe.& similiter est etiā de vno.Manifestum est igitur q̄ additio in istis significat idē. & nō significat vnū aliud ab ente:& etiam dicamus quod substantia est. vna non modo accidentali. & ideo dicimus quod substātia cuiuslibet est ens.Manifestū est igitur qd formæ vni⁹ sunt secundū numerū formatū entiū:& vnius scientiæ est cōsideratio simpliciter de istis formis,scilicet quod vnius scientiæ est consideratio de conuenientibus: & simili: & de alijs rebus similibus. Et vniuersaliter omnia contraria attribuūtur huic primæ scientiæ.

A

Ens & vnū significant eandē naturā in subiectō:sed vide oppositum.12.met. com. 13. & 22.vbi.d.q̄ nullam naturam significant.

CVm declarauit qd vnius scientiæ est cōsideratio de ente & de causis suis.s.substātia:& de causis substātiæ vult etiā declarare quod istius scientiæ etiā est cōsideratio de vno. Et dicit: vnū enim ens &c.i.cōsideratio aūt de eo qd significat vnum est isti⁹ scientiæ etiā. Quoniā vnū & ens:aut significat idem omnibus modis.s. diffinitione & subiecto:aut vtrūq; cōuertitur super alterū: & cōsequit illum:quia significant eandē naturā subiectō & duas diffinitiones licet principiū & causa. Nulla enim est differētia in hoc qd intēdimus inter ista duo.s.q̄ quōcūq; sit illud qui considerat de ente debet considerare de vno:& si existimantes fuerimus q̄ diuersas habent diffinitiones: tñ manifestum est per se quod perfecte consequuntur adinuicem. Omne ens est vnū & ecōuerso:& ista est cōsecutio quā dixit. Et cū dixit q̄ ens est vnū & ecōuerso:& ista est cōsecutio quā dixit. Et cū dixit q̄ nulla est differentia inter has duas opiniones de vno & ente.s.in hoc q̄ scientia vna debet cōsiderare de eis:incēpit declarare ea significare eandem naturā in formalicet diuersificentur secundū modū:&.d.sermo eius dicentis &c.i.& est necesse vt vnū & ens significēt eandē naturam non duas naturas diuersas:q̄a eadē natura intelligitur cum dicimus vnus homo aut homo est.i.ens:aut iste homo:q̄a iste dictiones iterātur: licet imporent diuersas dispositiones diuersas. Deinde cōfirmauit hoc: &.d. sermo enim &c.idest q̄n quemadmodum manifestum est qd nulla differentia est inter dicere iste homo:& homo:neq; in generatiōe:neq; in corruptiōe:ita est inter dicere homo:& iste homo vnus.s.q̄ quemadmodum nō meritā est inter dicere homo:& iste homo vnus.s.q̄ quemadmodum nō meritā est inter dicere homo:& iste homo vnus.s.q̄ quemadmodum nō meritā est inter dicere homo:& iste homo & homo:neq; in generatione:neq; in corruptione: quia dicere nec in generatione nec

B

C

Digressio Opinio Auic.

in corruptione est duplex negatio hominis: ista etiam est cum dicimus: iste homo: & iste homo vnus: hoc enim nomen vnum significat ex eo negationem & est priuatio diuisibilitatis. Auicen. autem peccauit multum in hoc quod existimauit quod vnum & ens significant dispositiones additas essentiæ rei: & mirum est de isto homine quomodo erravit tali errore: & iste audiuit loquentes in nostra lege: cum quorum sermonibus admiscuit ipse suam scientiam diuinam. dixerunt enim quod dispositionum quædam sunt intentionales: & quædam animales siue essentiales: & dixerunt q' vnum & ens reducuntur ad essentiam dispositã per illa: & nõ sunt dispositiones additę essentiæ: sicut est dispositio in albo & nigro & vno. Et iste homo ratiocinat ad suam opinionem dicendo: q' si vnũ & ens significãt idẽ: tũc dicere ens est vnũ esset negatio quasi dicere vnũ est vnũ: aut ens est ens.

Motiuum Auicẽ.

Et hoc non sequeretur nisi diceremus q' dicere de aliquo q' est ens & vnũ q' significant eandẽ intẽtionem & eodẽ modos. Nos aũt dicimus q' significant eandẽ essentiã sed modis diuersis: non dispositiones diuersas essentiæ additas: & secundum hoc nõ est differẽtia apud istum hominẽ inter significationes quæ significant eandẽ naturam modis diuersis ablatę eo q' significãt intẽtiones additas illi: & inter significationes quæ significant in eadem essentia dispositiones additas illi scilicet diuersas ab ea in actu.

Solutio cõ.

Et fecerunt errare illum hominem res quarum quædã est qa fenuit hoc nomen vnũ de genere nominũ denominatiuorum: & ista nomina significãt accidẽs & substantiam. Et etiã quia existimauit q' hoc nomen vnũ significat intentionẽ in re carente diuisibilitate: q' illa intẽtio est alia ab intentione quæ est natura illius rei. Et etiã quia existimauit quod vnũ dictũ de omnibus prædicamẽtis est illud vnũ q' est principium numerorum: numerus aũt est accidens: vnde opinatus fuit iste quod hoc nomen vnũ significat accidens in entibus: & non intellexit quod vnum quod est principium numerorum est ex entibus de quibus dicitur hoc nomen vnum: licet sit magis dignum hoc sicut scies in nono tractatu istius libri.

Causa erroris. Auicen. Denominatiua significãt substantiã & accẽs. Idẽ. 5. met. cõ. 16. Et q ibi.

Deinde dixit manifestum est q' additio &c. & intendit per additionem hoc quod addimus vnum & ens eidem. Verbi gratia: quando dicimus iste homo & iste homo vnus: & quando dicimus iste homo & iste homo: nec in gnatione nec in corruptione: & istæ duæ significationes sunt idẽ: quia dicere iste homo significat vnũ hominẽ per cõsignificationem: & cum propalatur hoc nomẽ vnum non erit differentia inter duas significationes: nisi qa in illo significatur vnum per consignificationẽ: vt hic p propalationẽ. Deinde duxit alia rationacinationẽ ad declarandũ q' vnũ significat de re dispolita suam naturã non rem additã illi: & d. & etiã substãtia cuiuslibet &c. i. & etiam apparet q' vnũ nõ dicitur de re additã naturæ dispositæ ex hoc qa substãtia cuiusq; rei est vna essentialiter: nõ per rem additam illi.

D

Quod ens si est vnũ per rem additã cõtra Auic.

Quoniã si res esset vnũ per aliquam rem additã suæ naturæ sicut credit Auicẽna: tũc nihil esset vnũ per se & per suam substantiã: sed per rem additam suæ substãtiæ. Et ista res quæ est vna si dicitur q' est vna per intentionẽ additã suæ essentiæ: quæretur etiam de illa re per quam sit vna: & per quid sit vna. si igitur sit vna per intẽtionẽ additã illi: reuertitur quæstio & procedetur in ꝯmnitũ. D. d. & ideo dicimus quod substãtia cuiusq; vnius cõmunis est esse eius. i. & ideo dicimus, q' substãtia cuiuslibet vnius per quam est vnũ est suum esse per quod est ens. D. d. manifestum est igitur q' formæ vnius sunt secundũ numerũ formarũ entis. i. declaratũ est igitur ex hoc sermone: q' formæ q̃t significat vnũ sunt scdm nũerũ formarũ & naturarũ quas significat ens. s. q' vtrũq; significat decem prædicamẽta. D. d. & vnius scitæ est cõsideratio &c. i. & manifestũ etiã q' vnius scitẽ tiæ est cõsideratio de oibus istis formis & de proprijs eis & cõsequentibus ipsas: & iam diximus prius q' rod vnius scientiæ est consideratio &c. id est quod ista scientia considerat de cõuenienti & de diuerso: & simili & dissimili & eodem & æquali & inæquali: & vniuersaliter de omnibus contrarijs considerat: & reducit ea ad prima cõtraria. Omnia enim contraria sunt consequẽtia ens secundum quod est ens: & consideratio istius scitæ est de primis causis in vnaquaq; istarum rerum.



Speculata sunt autẽ a nobis & in ꝯloga contrariorũ: & tot partes sunt phylosophiæ quot substantiæ: quare necessariũ est aliquã primam & habitam ipsis. statim enim existunt genera habentia ens & vnum: quapropter & scientia hæc sequunt. Et enim phylosophus vt mathematicus dictus. etenim hoc partes habet: & prima quædam & secunda est scientia & aliæ cõsequẽter in mathematicis.

E

Vni⁹ est opposita speculari.

Q̃m aũt vnius est opposita speculari: vni aũt opponitur pluralitas: negationẽ autẽ & priuationẽ vnius est speculari propter vtroq; modo speculari vnum: cuius negatio aut priuatio aut simplr dicta: qa nõ inest illi aut alicui generi: huic quidem ergo vni differentia adest: propter quod in negatione illius enim absentia negatio est in priuatione vero subiecta quædã sit natura de qua priuatio dicit. Vni aũt pluralitas opponit: quare & opposita dictis diuersumq; & dissimile & inæquale: & quæcumq; alia dicuntur autem secundũ eadẽ: aut secundum pluralitatem & vnũ est dictæ cognoscere scientiæ quorum vnũ quidẽ aliquid cõtrarietas est: differẽtia eñ quędam cõtrarietas est. differẽtia aũt diuersitas: quare q̃m vnũ multipliciter dicitur: & hæc multiplr quidẽ dicetur: attamen vnius omnia cognoscere est nõ alterius enim si multiplr sed si nec secundũ vnũ nec ad vnum rationes referantur alterius tunc. Q̃m vero omnia ad primũ referuntur: vt quæcumq; vnum dicũtur ad primum vnum: similiter dicendum est de eodem & de diuerso & contrarijs se habere: ergo diuisum quotiens dicuntur singulum sic reddendum est primum in singulis prædicamentis quomodo ad illud dicitur: hoc enim in habendo illud ille vero in faciendo. alia vero secundum aliquos dicentur tales modos. Palam ergo quod in dubitationibus dictum est: quia vnius est de his & de substantia sermonem habere: hoc autem

Universidad de Deusto
Biblioteca



erat vnum eorum quæ in dubitationibus.

Et nos perscrutabimur de hac opininne cum distinguemus contraria: & diuisiões & partes philosophiæ sunt secundũ numerum substantiarum. Manifestũ est igitur quod istæ substantiæ habent vnam substanti ã priorem illis & altiorem omnib⁹ necessario: cuius prima genera sunt vnũ & ens: & ideo scientiæ consequunt hæc genera. Physicus enim assimilatur mathematico. scientia enim mathematica habet partes: & istarũ scientiarum mathematicarum hoc est primum: & hoc est secundũ: & similiter de alijs secundũ hunc modum: & cum vna scientia debet cõsiderare de substãtijs secundũ oppositionẽ æqualiter: & æquale oppositũ vni in situ est multitudo. Manifestum est qd vnius scientiæ est cõsideratio de negatione & priuatione: consideratio eñ de vtroq; est vna & vnius: aut erit negatio: aut erit priuatio quæ dicit simpliciter: quod nõ est hoc aut alicui generi. Inter igitur vnum & negationem est differentia: quia negatio est ablatio vnius, priuatio autẽ habet naturam subiectam sibi de qua dicitur. Cum igit opponatur in situ multitudo vni manifestũ est ꝙ opponet in loco diuersum & nõ dissimile & nõ æquale: & alia quæ dicunt hoc modo: aut modo multitudinis. Et cum scientiæ quã diximus est cognitio vnius & cõtrarietas est vnum istorum & vnum dicit multis modis: manifestum est quod hæc contraria dicuntur etiã de multis speciebus & vnius scientiæ est cognitio omnium sicut est cognitio vnius: quoniam si ista dicuntur de multis speciebus: tunc cognitio oim non est plurium scientiarum: sed cognitio eorum erit plurium scientiarum: cum nõ fuerit proprium eis sicut diximus aliquid vnum: & nõ dicentur de vno. Cum igitur attribuantur omnia vni primo quod est primum eorũ. Verbi gratia, ꝙ oia quæ dicunt vnum attribuuntur vni priori. & similiter dicim⁹ de illo quod dicit idẽ & diuersum & de contrarijs: oportet igit determinare primo secundũ quot modos dicitur vnũ quod ꝙ istorum & attributio eorũ suis principijs: & narrare quõ attribuunt eis oia ꝑdicamẽta. quoddã eñ dicit primũ: qa habet primũ quoquõ: & quoddã dicit primũ: qa agit aliqua actionẽ prima quo quomodo: & quoddã dicit primũ alio modo istorum modorũ. Manifestũ est igitur ꝙ oportet scire ista & declarare diffinitionẽ eorum & diffinitionẽ substãtiæ: & ista quæstio est vna earum de qb⁹ ꝑscrutati fuimus in capitulo quæstionum.



Et nos perscrutabimur & declarabimus qd cognitio omnis cõtrariorũ attribuitur huic scientiæ primæ cũ distinguimus secũdũ quot modos dicũtur cõtraria. D.d. & diuisiones philosophiæ &c. id est, & si diuisiones & partes scientiæ istius quæ dicitur prima philosophia sint secundũ numerũ specierũ substãtiæ, & substãtiæ sunt multæ: manifestũ est qd iste substãtiæ habẽt vnã substãtiã priorẽ & altiorẽ omnibus eorũ necessario. Deinde d. & prima genera eius sunt & vnum & ens, id est, & manifestũ est qd genera prima istius scientiæ sunt vnũ ens, & ideo cõsequũtur genera partiũ vnius scientiæ eorũ genera entiũ, id est, secundum numerũ eorũ erit & cõsequũtur partes scientiæ vnius earum partes entiũ quæ sunt in illa scientia, & ideo numerus partiũ istius scientiæ erit secundũ numerũ specierũ substantiarum. Deinde dixit philosophus enim assimilatur mathematico &c. id est, & dispositio in partibus philosophiæ primæ est sicut est dispositio partiũ mathematicarũ: quemadmodũ enim mathematicarũ quædã est pars prima. Verbi gratia, arithmetica & geometria, & quædã secunda. Verbi gratia aspectiua & musica. Ita est dispositio in partibus istius scientiæ. Pars enim prima eius cõsiderat de substãtijs abstractis scilicet nõ prima in doctrina: sed prima in esse. Secũda autẽ cõsiderat de substãtia sensibili, & hoc est secundum ineſſe, primũ autẽ in cognitione est substãtia sensibilis consideratio eñ de substãtia sensibili & accidentibus suis est prima in cognitione, consideratio autẽ in substãtia abstracta est postrema in cognitione, & prima in esse, & ideo dicitur scientia mataphysica. Et cum declaratur quod ista scientia cõsiderat de vno cui opponitur multitudo, & cõsideratio de oppositis est vnius scientiæ: incepit declarare hoc. Et dixit, & cũ vnius scientiæ est cõsideratio &c. id est, & cũ necesse est vt eadẽ scientia cõsideret de oppositis in substãtijs, & multitudo opponitur vni: manifestum est cum ista scientia cõsideret de vno: qd debet cõsiderare de multitudine. D.d. manifestũ est igitur &c. id est, necesse est] vt cõsideratio istius scientiæ sit in affirmatiuo & negatiuo: vt cõsideret etiã de vno & multitudine: quia vnũ aut signincat negationẽ multitudinis aut priuationem eius scilicet priuationẽ absolutã nõ priuationẽ quæ est] alicuius in aliqua hora, & nõ in alia, & in aliquo subiecto, & nõ in alio. D.d. inter igitur vnũ & negationẽ &c. id est, & diximus qd vnũ & multũ: aut opponũtur secũdũ negationẽ & affirmationem: aut secundũ habitũ & priuationẽ: quia differẽtia est inter priuationẽ & negationẽ. Negatio eñ est ablatio alicuius negati simpliciter, priuatio autẽ est ablatio eius a natura terminata, & cũ illa natura fuerit dispolita per priuationẽ erit illud in forma affirmationis, & hoc inẽdebat cũ dixit, de qua dicitur priuatio, & differẽtia inter generationẽ & priuationẽ declarata est in logica modus aũt secũdũ quẽ vnũ & multũ sunt opposita declarabitur in tractatu in quo loquũt de vno & multo de alijs cõtrarijs. D.d. cũ igitur fuerit oppositũ in situ vnũ multo manifestũ est &c. id est, & manifestũ est qd cũ oppositũ vnius est multũ qd idẽ opponitur diuerso, & simile opponitur dissimili, & æquale opponitur ad nõ æquale, & talia similia quæ opponũtur sibi hoc modo: aut modo vnius & multi. D.d. & cũ scientiæ quã diximus est cognitio &c. id est, manifestũ est igitur qd istius scientiæ est scire vnũ & hoc nomẽ vnũ dicitur de cõtrario secundum

4

Hic scientias mediãs enumerat inter mathematicas scientias, oppostũ videl, posi. 2. physi. text. cõ. 20. F

Metaphisica diuiditur in duas partes. Idẽ. 12. me. cõ. j. & 29.

Vide. 10. me. 1. cõ. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca



dū q̄ vnū dicitur cōtrariū, & vnū dicitur de multo: manifestū est q̄ hoc nomē cōtrariū dicitur de multis rebus. D.d. & vnius scięt̄iæ est cognitio omnium &c. id est, & necesse est propter omnia ista vt vnius scięt̄iæ sit cognitio omniū modorū cōtrariorū, & est ista scięt̄ia, est eius cognitio modorū vnius. D.d. quoniā si ista dicitur de multis rēnibus: tūc cognitio eorū nō erit multarū scientiarū, multa eīm quæ sunt multarū scięt̄iarū sunt multa quæ nō attribuūtur vni, ista autē quæ attribuūtur vni sunt vnius scięt̄iæ: sicut prius declarauimus. D.d. cum igitur attributio omniū cōtrariorū est primo q̄ est primū eorū. V.g. &c. id est, & cū omnia ista habēt primū cui attribuūtur, & fuit necesse in hac scięt̄ia scire primū in vnoquoq; p̄, & quomodo attribuuntur ei quæ cōtinētur in illo genere. V.g. q̄ necesse est scire vnū cui attribuūtur omnia quæ dicūtur vnū, & similiter est dispositio de cōtrarijs & de eodē & de diuerso, oportet igitur prescire secūdū quot modos istorum dicitur vnūquodq; eorū: deinde scire attributionē eorū ad sua principia, & hoc facit in tractatu quinto, in illo eīm tractatu posuit intentiones omniū nominū de quibus cōsiderat ista scięt̄ia. D.d. & narrare quomodo attribuūtur &c. id est, & narrādū est quid est primū in vnoquoq; genere istarū rerū, ista eīm inueniūtur plus quā in vno tractatu. V.g. quia vnū inuenitur in quāto & in quali & in substātia, & primo querendū est primū in prædicamēto substātiæ: deinde in vnoquoq; aliorū prædicamētorū. D.d. quoddā eīm dicitur primū q̄ habet primū &c. id est, & similiter oportet scire secūdū quot modos dicitur primū, quoddam enim dicitur primū: quia habet speciē specierū primi. & quoddā dicitur primū: nō quia habet aliquā speciē: specierū primi: sed quia habet aliquā actionē aut passionē primi, id est, aut agit aut recipit actionē alium actionū primi. D.d. manifestū est igitur q̄ oportet scire &c. id est, & cū ita sit: est manifestū q̄ oportet philosophū scire diffinitiones istarū rerū & diffinitiones substātiæ quæ est causa omniū istorū. D.d. & ista quæstio est vna earū &c. id est, & ista quæ hic declarauimus esse cōsiderāda in hac scientia est vna quæstionū difficilium de quibus perscrutati fuimus in tractatu præcedenti.

G

**Philosophi est de omnibus posse speculari.**

Et philosophi est de omnibus posse speculari: nā si nō philosophi quis erit qui inuestigabit: si idem Socrates & Socrates sedens: aut si vnum vni cōtrariūm: aut quid est contrarium: aut quotiens dicitur: similiter autem & de alijs talibus quoniā, ergo vnius inquātum est vnum, & entis inquātum est ens exēdē secundum se passiones sunt: sed non inquātum vnum aut lineę aut ignis: palā quia illius scięt̄iæ est, & quid sunt cognoscere & accidentia ipsis, & sic non peccant qui de ipsis intendebant qua si non philosophantes: sed quia primum est substantia de qua nihil audiunt: quare substantiæ omnio obliuiscuntur: quoniā sicut sunt & numeri & inquātū numerus propriæ passiones: vt imparitas: paritas: cōmensuratio: æqualitas: excedentia, & defectio, & hæc secundum se, & adinuicem insunt numeris. Similiter

**Vni⁹ inquātum vnū. & entis in quā est ens exēdē sunt passiones.**

**Eiusdē scięt̄iæ est cōsiderare subiectū, & per se accidēt̄ia subiecti.**

**Circa idem genus versantur diuersa H ctica sophistica & philosophia.**



militer autem & de solido, & immobili & mobili, & leui & graui: sunt alia propria: sic & enti inquantū est ens sunt quædā ppria, & ea sunt de quib⁹ est philosophi perscrutari veritati.

Signū autē dialectici nāq; & sophistæ eādē subinduūt figurā philosopho: quia sophistica apparēs solū est sophia & dialectici de omnibus disputāt: omnib⁹ autē ens cōmune est, disputant aūt de his: videlicet quia philosophiæ sunt ipsa, ppriamā circa idē genus versant & sophistica & dialectica cū philosophia: sed differt ab hac quidē modo potestatis: ab illa vero vitæ pro heresi. Est autē dialectica tentatiua de quibus philosophia est sciens & sophistica quidē visa: ens vero non.

Et oportet philosophū habere posse cōsiderādi in omnibus istis: quoniā si hoc nō est philosophi quis igitur debet perscrutari vel cōsiderare de sermone dicētis q̄ Sortes est sedens, & de sermone dicētis q̄ Sor. est stans, & si isti duo sermōes sunt idē, & si vnū est cōtrariū alteri: quid est cōtrariū & secundū quot modos dicit, & similiter de alijs similib⁹. Cū igit̄ ista & similia sint per se passiōes vnius solius, & passiones entis simplicis ter & nō sūt passiōes vni⁹ & entis secūdū q̄ sūt numerus: aut lineæ aut ignis: manifestū est q̄ scięt̄ia quę notificat vnū & ens debet scire quid sit vnū & ens, & quæ sunt accidentia quæ acciduūt eis perscrutātes igit̄ de talib⁹ rebus nō peccāt: quia nō perscrutant de reb⁹ philosophiæ: sed peccāt quia nō pscrutātur de substātijs istarū rerū quæ sunt priores. Quēadmodū eīm numerus secūdū q̄ numer⁹ habet accidēt̄ia ppria scilicet par & impar, & æquale & inæquale, & addēs & diminuēs, & ista sunt numeri per se sibi adinuicē, & similiter substātia mobilis & immobilis, & graue & nō graue habēt alia accidēt̄ia propria: sic & ens simpliciter habet accidēt̄ia propria de quibus philosophū oportet perscrutari. Et siguū eius est q̄ logici & sophistæ laborāt in hoc quod philosophus debet laborare. Scięt̄ia eīm sophistice est scięt̄ia deceptoria tantū. Logici autē loquuntur de omnibus rebus, & ens est scięt̄ia cōmunis omnibus. Et manifestum est quod isti loquūtur de istis rebus quæ sunt propriē philosophiæ. Scięt̄iæ eīm sophisticæ & logicæ reducūtur in vnum genus scilicet genus philosophiæ. Sed differt philosophia ab altera illarū modo virtutis, ab alia autē per cōsiderationē regiminis vitæ. Logicus enim scit illud quod scit philosophus. Sophista autē existimat scire & nescit in rei veritate.

5 Et oportet &c. Philosophus debet perscrutari de talibus istis quæstiõibus .s. quæ cõtingũt enti in eo qđ ens: qm̃ si philosophus nõ debet perscrutari de sermone dicẽtis. V.g. qđ Sortes est sedens aut stans vtrũ isti duo diuidãt falsum & verũ aut nõ. Quis igitur debet. Et similiter quis debet perscrutari de cõtrario: vtrũ habeat vnũ contrariũ aut plus, & quid est cõtrariũ, & secundũ quot modos dicitur cõtrarium: & similiter de alijs rebus quæ assimilãtur istis. Et intẽdebat quoniã cũ manifestũ est qđ iste quæstiões perscrutãdę sunt in aliqua arte, & est manifestũ qđ scięt̃iæ particulares nõ perscrutãtur de eis necesse est vt ista scięt̃ia vniuersalis perscrutetur de eis. D.d. cũ igitur ista sunt accidẽtia vnius &c. id est, & cũ iste quæstiones & sui similes sunt accidẽtia vnius in eo qđ est vnũ & accidẽtia entis in eo qđ est ens: nõ accidẽtia vnius in eo qđ est vnum aut numerus: aut linea: aut vnus ignis: neq; accidẽtia eius secundũ qđ est ens numerus: aut ens linea: aut ens ignis manifestũ est qđ scięt̃ia quæ debet declarare ens secundũ qđ est ens, & vnũ secundũ qđ vnũ debet scire quid est vnũ secundũ qđ est vnum, & quid est ens secundũ qđ est ens, & quæ sunt accidẽtia essentialia propria eis. D.d. perscrutãtes igitur &c. id est, qđ illi qui opinãtur qđ perscrutatio de istis rebus nõ est necessaria: nõ solũ peccãt quia dimittunt perscrutationẽ de rebus de quibus philosophus habet perscrutari sed & quia per hoc q; dimittunt perscrutationẽ de istis: dimittũt perscrutationẽ de alijs rebus quæ sunt principia omnis entiũ, & sic accidit eis vt nullũ ens sciãt qđ sit in rei veritate. Deinde dedit rationem super hoc, & d. quẽadmodum enim numerus secundũ qđ est numerus &c. id est, & etiã manifestũ est qđ quẽadmodum numerus secundũ qđ est numerus est habet accidentia propria de quibus considerat arithmeticus. V.g. parem & imparem, & addens & diminuens, & quædam istorũ accidentiũ sunt accidẽtia propria quibusdam, & similiter substantia mobilis habet accidentia propria: similiter substãtia immobilis, & substantia grauis & nõ grauis habẽt accidẽtia sibi propria: sic ens secundũ qđ est ens habet accidentia propria sibi. Deinde dicit, & ista accidentia sunt &c. id est, & de istis accidentibus quæ sunt entis secundum quod est ens debet philosophus perscrutari. Deinde dicit. Et signum eius est quoniam logici &c. id est, & signum eius quod philosophus debet perscrutari de ente & de suis accidentibus est: quoniam illi qui volunt assimilare se philosophis laborant in perscrutãdo de istis intentionibus sicut philosophus debet laborare, & hoc fuit ita quod isti etiam considerant de ente consideratione vniuersali. Deinde dicit scientia enim sophistica &c. id est, scientia autem sophistarum est scientia quæ existimatur esse scientia: sed non est sic. Logici autem lõquuntur de hijs omnibus de quibus sophista & philosophus, & commune est eis loqui de ente. Et cum d. quia isti conueniunt in subiecto dedit modum secundum quem differunt, & d. scientia enim sophistarum & logicorum &c. id est, genus enim istarum trium in quo cõsiderãt est vnũ & est ens simpliciter, sed philosophia vera differt a logica per modum scientiæ: philosophia enim considerat de ente consideratione demonstratiua, logica autem consideratione probabili. Sophista vero diuiditur ab eis per intentionem intentam in vita. Sophista enim intendit se videri philosophũ

Qui opinantur scięt̃iam istã non esse necessariam accidit eis: vt nullũ ens sciant in rei veritate.

Ex hoc patet ens habere proprias passiones.

Commune est logico sophistę & metaphisico loqui de ente.

Idẽ. 3. metą. cõ. pri. &. 2 philosophia vera differt a logica per



modũ scientiæ. Sophistra vero diuidit ab eis p̃ intẽtionẽ intentam in vita.

L. Oẽs principia dicũt cõtraria. Idem primo phy. t. com. 41.

Nõ est geometræ speculari quid cõtrariũ aut perfectum.

philosophũ vt acquirat gloriã: aut aliud gratiarũ humanarũ. philosophus ãũt tm̃ intẽdit scire verũ. D.d. Logicus scit illud qđ scit philosophus id est &c. d. q̃ philosophia & logica differũt modo scientiæ: quia logicus scit illud quod scit philosophus: sed vnus eorũ scit quod scit demonstratiue & alius probabiliter. Sophista autem nullam habet scięt̃iam: sed tantum facit existimari se esse scientem & non est.

Amplius autem cõtrariorum altera cõsemsitatio priuatio & oĩa referunt ad ens: & non ens: & ad vnũ: & pluritatẽ: vt stratus vnius & motus pluralitatis. Entia verò & substantiã confitentur ex cõtrarijs fere omnes cõponi. Oẽs enim principia dicunt cõtraria. hi nãq; par & impar: illi calidum & frigidum: alij autẽ finitũ & infinitum: alij amorẽ & odium. Oĩa verò & alia videtur reductiua ad vnum & pluralitatẽ. Sumatur enim ipsa reductio à nobis. principia verò ad omnia quæ ab alijs & in genera hic cadunt. Palam igitur & ex his quia vnius est scientiæ ens inquãtum ens speculari. Omnia nãq; aut contraria aut ex cõtrarijs. Principia verò cõtrariorum vnum & pluralitas. Hæc autẽ vnius scięt̃iæ: siue secundum vnum dicũtur siue nõ: vt forsan habet veritas. Attamẽ & si multipliciter dicũ vnum ad primũ: tñ alia dicuntur: & cõtraria similiter & propter hoc: & si nõ est ens aut vnum vniuersaliter: & inde in oĩbus aut separabile vt forsan nõ est: sed hoc quidem ad vnũ illa verò in eo quod consequuntur. Et ideo nõ est geometræ speculari quid contrariũ aut perfectum: aut vnum: aut ens: aut idẽ: aut diuersum: nisi ex suppositione. Quod quidem igitur vnius scięt̃iæ est ens inquãtum ens speculari: & quæ insunt ei inquantum est ens: manifestum. Et quia nõ solum substantiarũ: sed & existẽtium eadẽ est theorica: & de dictis: & de priore & posteriore: & de genere: & de specie: & toto: & parte: & alijs talibus.

Et etiam quia priuatio est vna diuisionum cõtrariorum: & omnium quæ attribuuntur enti: & non enti: & vni & multo: sicut quies attribuitur vni: & motus multo. Et oẽs concedunt quod entia & substantia cõponuntur ex cõtrarijs: & omnes loquẽtes dicũt & principia sunt cõtraria. Quorum quidã dicunt principiã sunt par & impar: & quidã calidum & frigidum: & quidã finitũ & infinitũ: & quidã litẽ & amicitiã. Et in hoc apparet qđ oĩa ista & alia attribuunt vni & multo. Et ideo scisdũ est cui attribuunt istæ: principiorũ autẽ aliorũ ab istis ista sunt quasi genera. Et manifestum est ex his quod vni⁹ scięt̃iæ est cõsideratio de ente. Oĩa eñ aut sunt contraria: aut ex contrarijs, & principia contrariorũ sunt vnũ & multũ: & vnius scientiæ

est

Et si omnia dicuntur modo accidentali nihil erit primum vniuersale.Et si accidēs semper prædicatur de aliquo subiecto necessario exibit hoc in infinitū:sed hoc est impossibile:nō igitur congregabuntur in vno.Accidens enim nō per accidens est accidens sed vtrūq; accidit ei.Et hoc est sicut dico quod album est musicum:& music⁹ album:quia vtrūq; accidit homini. So. aūt nō est musicus hoc modo,scilicet quia vtrūq; accidit eidē. Cū igitur quædā accidentia dicuntur secundū hunc modū: & quædā secundū aliū modū. Omnia enim quæ dicūtur sicut album Soc.dicit:impossibile est autē vt sint infinita in superioribus sicut accidēs quod accidit Soc.de albedine. Est enim aliud & non erit vnum ex omnibus:& non erit aliud accidens ex eis quæ sunt alba:sicut musicus.Hoc enim per accidens nō est magis quā illud:neq; illud quā istud:& habēt differentiā.Quædā em accidūt secundū hūc modū:& quædā accidūt sicut music⁹ Socrati.Quod igif est secundū hunc modū nō est accidens modo accidentali:sed quod est secundū nullum modū. Nō igitur omnia dicūtur modo accidētali:sed aliquid est quod significat significationē substātiæ.Et cū ita sit manifestum est quod impossibile est vt contradictoria prædicentur de eodem.

Id est & si omnia prædicabilia fuerint accidentia nullum erit vniuersale prædicabile substantiale & primum ex quibus componuntur diffinitiones. D.d.& si accidens est semper prædicabile de aliquo &c.i. si oīa sint accidētia & accidēs naturaliter habet naturā vt p̄dicef de aliquo:necesse est vt accidens secundum quod est accidens prædicetur de accidente:& sic in infinitum:quod est impossibile. Deinde dixit,sed hoc est impossibile.i. sed impossibile est vt accidens prædicef de accidente:abstq; eo quod congregentur in eodem subiecto per se:& quia accidens non prædicatur de accidēte nisi per accidēs quia ambo existunt in eodē,scilicet subiecto.V.g.dicere quod album est musicū.Deinde dixit,accidens enim nō per accidens esi accidēs &c. id est accidēs enim nō existit in substantia per accidens.in alio aūt accidēte existit per accidens: qm si accidens prædicaretur de accidente non propter hoc quod ambo existunt in substantia:tunc accidens esset per accidens non essentialiter

14

G Quod est essentialiter ꝛ prius eo qđ est per accidens. idē. 2. ph. t.c. 66. & 4. physi. com. 43. & quæ ibi.

tialiter: & impossibile est vt aliud sit per accidẽs nisi per aliquid quod est essentialiter. Quod enim est essentialiter est prius eo quod est per accidens. nõ igitur existentia cuiuslibet accidentiũ essentialiter in substãtia esset nisi essent quædã in quibusdã p accidẽs. Et hoc intendebat cõ. d. & hoc est sicut dico &c. idest qꝫ dicere musicũ est albũ, est p accidens: quia ambo sunt in eodem, scilicet Sor. & nõ est dicere qꝫ Sor. est musicus & albus hoc modo. scilicet qđ Sor. & musicus sunt ambo in eodem: sed quia vnum eorum existit in altero essentialiter. s. quia musica existit in Sor. essentialiter. D. d. cum igitur quædam accidẽtia &c. idest & cum accidentia dicantur duobus modis: quorũ vnus est essentialiter. V. g. Sor. est albus & alius accidentaliter. V. g. album est musicum: quæ enim sunt essentialiter impossibile est vt prædicentur in infinitum ad superius: quæ autem sunt accidentaliter possibile est de eis hoc sicut accidit Sor. vt sit musicus & albus & alia multa: & hoc intendebat cũ dixit sicut accidens quod accidit Sor. &c. idest quod vnum est eorũ predicatum de altero per accidens. scilicet albedo existens in Sor. & aliud accidens quod accidit ei. Verbi gratia quod est medicus & musicus.

Deinde dicit & nõ erit vnum ex omnibus. i. & non erit de subiecto & accidente vnum quid & ex accidentibus existentibus in vnoquoq; nisi dicatur vnum per accidens. D. d. & nõ erit accidens aliud &c. idest & prædicatio accidentis de accidẽte inquãtũ est prædicatio accidẽtalis nõ differt a prædicatione accidẽtis de substantia neq; illud magis quam illud: nec econuerso. s. quantum ad hoc quod notificant de eo de quo prædicantur substantiam eius. Deinde dicit & habent differentiam &c. idest & habẽt differentiam: quoniam quædam sunt accidentia essentialiter. Verbi gratia musica in Sor. & quædam accidentia per accidẽs. Verbi gratia medicinæ in musica. Deinde dicit quod igitur est secũdum hunc modum nõ est accidentale modo accidentali: & quod est

H Attributio accidentis ad accidens nõ est essentialis.

sicut albedo in musico est accident modo accidẽtali. Deinde dicit non igitur musicus dicitur modo accidẽtali. scilicet quia non prædicatur de homine modo accidentali sicut album prædicatur de eo. Deinde dicit sed aliquid est quod significat substantiam significatione substantiæ: & forte dixit hoc quia prædicatio ista conuenit cum prædicatione substantiali in hoc quod est secũdum cursum naturalem scilicet accidentia prædicabilia de subiãti: accidentia enim existunt in substantijs p se & attribuuntur eis essentialiter & secũdum quod substantiæ diffinuntur per illa sunt accidentia substantiarum: attributio autem accidentis ad accidens non est essentialis. Deinde dicit & cum ita sit manifestum est &c. idest & cum omnia ista sint impossibilia scilicet contingentia positioni quod duo contradictoria dicuntur vere insimul de eodem: manifestum est quod impossibile est vt contradictoria prædicentur de eodem.

Amplius si contradictiones simul de eodem veræ sunt oẽs palã: qm̃ omnia erant vnum. Erat enim idem triremis: & murus & homo: si de omni aliquid aut affirmare aut negare cõtingit: quemadmodũ est necesse dicentibus rationem Pythagorę. Nã alicui si videtur nõ esse triremis homo: palam ꝙ quia nõ est



triremis. Quare & est si contradictio vera, & sit vtique quod Anaxagoræ simul res omnes esse vt nihil veræ vnum sit. Inde finitum igitur videntur dicere & putantes ens dicere de non ente dicunt, nam potestate ens & non endelechia indefinitum est. At vero dicẽda est ipsis de omni affirmatio aut negatio. Inconueniens enim si vnicuique sua negatio quidem inest, quæ vero alterius quod non inest ei non inerit. Dico aũt vt siverum est dicere hominem quia nõ homo palã quod & nõ triremis. Ergo si affirmatio necesse & negationem. si autem non existat affirmatio negatio inerit magis quã quæ sua. ergo si & illa inest, inerit & quæ ipsius triremis. Si aũt hoc & affirmatio. Hæc ergo contingunt hanc dicentibus rationem, & quia non necesse aut dicere aut negare, nam si verum, quia homo & non homo palã quia nec homo nec nõ homo erit, nã duorũ duæ negationes, si aũt vna ex vtrisq; illi & hoc vna vtique erit oppositа.

Et etiã manifestũ est ꝙ secũdũ hũc sermonem omnia erũt idẽ. si hoc igitur nauis, & lõgitudo, & hõ, & possibile est etiã vt affirmatiua dicaf de oĩbus rebus, & similiter negatiua, sicut cogetur ad dicendũ qui dicit sermonem Pythagoræ. Isti enim dicunt quod homo non existimatur esse nauis, & manifestum est quod homo nõ est nauis, & si duo extrema contradictionis sunt vera est nauis. Vnde contingit quod dicit. Anaxa. quod oĩa sunt simul, & nihil est in rei veritate, & isti videntur dicere sermonẽ sine termino. & existimãt dicere quod est, et dicũt quod nõ est. Illud em̃ quod est in potentia & non est in actu est sine termino. Quæramus igitur ab eis vtrũ affirmatiua & negatiua dicãtur in omnibus de eodem. Nõ em̃ oportet in omnib⁹ vt dicãtur de eodem, sed affirmatiua dicit de aliquo, & quod non dicaf de alio. Verbi gratia, ꝙ si dicere quod homo non homo fuerit verũ. manifestũ est etiã quod nõ est nauis, qm̃ si affirmatiua est, necesse est vt negatiua sit etiã, & si negatiua non fuerit negatiua quod est eius dignior est vt sit. Si igitur illa fuerit erit etiã eius quod est nauis, & si ita fuerit erit etiã affirmatiua. Hoc em̃ accidit dicentib⁹ hũc sermonẽ. & accidit vt dicant ꝙ nõ est necessariũ vt affirmatiua & negatiua sint de oĩb⁹ reb⁹, qm̃ si verũ fuerit quod hõ & quod nõ homo est: manifestũ est quod est verũ ꝙ non est hõ, ꝙ homo non homo, ambæ em̃ sunt negatiuæ. Si igit vna est illa duarum, ista etiã est vna oppositа in situ.

Id est, cõtinget huic positiõi vt oĩa sint idẽ. D. d. sit igit nauis &c. i. ponamus igit ꝙ hoc est nauis & lõgitudo & hõ. s. intẽtiones diuersæ.

Deinde

D.d.& pone est etiã dicere &c.i.& ponam? etiã q affirmatiua dr de ob
bus,& sibi negatiua.ista eñ positio cõtingit dicẽtib? sermonẽ Pytha
goræ. D.d.isti eñ dicũt q hõ nõ existimat &c.i.cõtingit eñ dicen
tib? sermonẽ Pythagorę q oẽ qd' hõ existimat est verũ.s.q affirmatiua
& negatiua sunt verę,& sic cõtingit eis vt nauis & hõ & deus sint idẽ
licet nõ dicãt.hoc etiã causa in hoc apud eos est, quia nullus existimat
q homo est nauis,aut qd' est deus,qñ apud eos nõ iudicat affirmatiua
& negatiua inlikde eodẽ nisi qñ existimationes fuerint diuersæ in eo.
V.g.q si aliqs existimauerit hoc esse nauẽ & aliud nõ esse nauẽ,nunc di
cunt q affirmatiua & negatiua cõgregantur in eodem.Si autem aliquis
existimauerit q homo est nauis,& alius existimauerit q non est nauis
non dicunt hoc. D.incepit dicere quomodo contingit eis hoc & di
xit,& si duo extrema &c.i.& contingit eis vt homo sit nauis quoniã
cum concesserit quod homo non est homo, contingit eis vt homo sit
nauis qñ cũ cõcesserit q homo nõ est homo contingit eis vt homo sit
nauis. D.d.contingit igitur ex hoc quod.d.Anaxa.&c.i.cõtingit igi
tur Pythagoræ & dicentibus sermonem eius necessario dicere sermo
nem Anaxagoræ.s.quod omnia sunt existentia insimul & quod contra
rium existit in contrario,& si non, non haberent intellectũ verba Py
thagoræ dicentis quod omne quod existimat homo est verum, existi
matio eñ hois sequitur ens,ens aũt nõ sequit existimationẽ,si entia nõ
haberent esse in anima. D.d.& isti videntur dicere &c.id est, & Ana
xa.& dicentes suum sermonem laborant in dicendo de entibus sermo
nem determinatum,& debent quod non habẽt terminum,& existimãt
dicere aliquod terminatum & aliquod ens,& quod dicunt non habet
terminũ neque est ens. Et dixit hoc quod noia quæ sunt cõtraria nõ
sunt existentia insimul actu,sed potentia,& quod non est actu non est
ens.& ideo dixit quod cũ voluerit terminare ens per quod est, determi
nauerunt ipsum per quod non est.terminus eñ nõ est nisi eius quod est
in actu. Et cũ isti terminauerunt entia quod sunt insimul & sunt simul
potẽtia.& potẽtia est eius quod nõ est.ergo illi terminauerunt entia per
quod non est, existimãdo illud qd' terminabant illa per quod est. Et
ideo.d.post quod enim est potentia &c.i.quod si ipsi quærebãt termi
nare ens quod est in actu & terminauerũt illud quod est potẽtia,& exi
stimabant terminare ens quod est in actu. D.incepit dicere quomodo
contingit eis dicere sermonem Anaxagoræ.s.quod oĩa sunt idem.&c.d.
quæramus igitur ab eis &c.id est.quæram? igitur a pythagoricis verũ
affirmatio & negatio congregentur in quolibet,aut in quibusdam. cõ
cedet enim impossibile esse vt affirmatio & negatio congregentur in
quolibet,cum quædam sunt in quibus nullus existimat existimationes
bus diuersis. Et hoc intendebat cum dixit.sed affirmatiua dicit &c.
id est,& ipsi concedunt hoc in essentijs diuersis & nõ determinant hoc
nisi in eadem essentia.D.incepit notificare quomodo contingit eis vt
omnia sint idem,&.d.V.g.si dicere &c.id est,qñ qui ponit quod ho
mo & nõ homo est verum, ponit quod homo non est nauis.s. quod est
verum etiam sicut isti faciunt.D.inde dicit quoniam si affirmatiua fue
rit &c.id est,& cum isti concesserint quod affirmatiua & negatiua cõ
gregant in eodem cõtingit quod affirmatiua cum non fuerit in aliquo
dignius

Existimatio sequitur ens,ens autẽ nõ sequitur existimationẽ scia non haberẽt esse in anima.

I

Quod non est actu non est ens. Vide pro hoc 9.me.cõ.7. & vide etiã pro hoc cõ. 11.12. huj?.



dignius est vt negatiua non sit in eo. Ver.g.quod si fuerit verum dicere de homine quod non est homo si fuerit falsum de eo dicere quod est na
uis dignius est vt verum dicatur de eo quod est non nauis. D.dicit si
igitur illa fuerit &c.id est, si igitur fuerit verũ dicere de homine quod
est nõ homo,dignius est vt dicãt verũ de eo quod est non nauis,dicere
eñ nõ homo & non nauis sunt negatiuæ hominis duæ, cum igitur una
negatiua fuerit vera cum hoc quod est homo.s.cum affirmat, digni? est
vt alia negatiua sit etiã vera,est quod nõ est nauis cum falsitate affirma
tiue quod est nauis. D.d.& si ista fuerit erit affirmatiua, id est, & si
verũ dicatur de homine q nõ est nauis & apud eos verũ dicitur etiam
de naue q nõ est nauis,continget vt verum dicatur de homine quod est
nauis,sic homo non est nauis,& quod non est nauis,est nauis,ergo ho
mo est nauis.cõtingit igitur ex hoc vt homo sit nauis & nõ nauis,sicut
dicunt:quod vere dicitur de eo q est homo & nõ homo insimul. D.
d.hoc enim accidit dicentibus hunc sermonẽ, id est, hoc enim cõtingit
dicẽtibus hoc in omnib? rebus vñ omnia erunt idẽ secũdũ hoc. D.
incepit dicere aliud impossi,&.d.& accidit vt dicãt q nõ est necesse vt
affirmatiua & negatiua veræ dicant insimul de quolibet. sed vere dici
tur de aliquib? reb? alia quæ nõ est affirmatiua neq negatiua, vtraque
eñ habet cõtradictoriã.s.vt nõ affirmatiuã,& nõ negatiuã. & hoc in
tendebat cũ.d.qñ si fuerit verũ q homo & non homo &c. D.d.si igi
tur illa fuerint vna &c.id est,qñ si oppositio inter affirmatiuã & nega
tiuã fuerit inter duo,tũc oppositio de illis erit etiam inter quatuor.s.
qñ nõ affirmatiua & nõ negatiua opponunt affirmatiuæ & negatiuæ.

Amplius aũt circa omnia ita se habet,& est albũ, & non al
bũ,& ens & non ens,& circa alias dictiones negationesq; mõ
simili,aut nõ,sed circa quasdã quidẽ,& circa quasdã non:& si
quidem nõ circa omnes hæ,vtiq; erũt cõfessæ,si vero circa oĩs
iterũ aut de quibuscũq; dicere & negare, & de quibuscũq; ne
gare & dicere,aut de quibus quidem dicere & negare, sed de
quibuscũq; negare non de omnibus dicere. Et si sic erit aliquid
firmiter non ens,& hæc erit firma opinio,& si ipsum non esse
firmũ aliquid sit,& notũ notior vtiq; erit dictio quã opposita
negatio,si vero negando sibi & quæcũque negare dicere necesse
se de his,aut verum diuidentem dicere, vt quod albũ, & iterũ
quod non albũ aut non. Et siquidẽ non verũ diuidentẽ dicere
non dicet hoc,& nõ est mihil,nõ entia aũt quo vtique pronun
ciabũt,aut ibunt.& omnia vtique erũt vnũvt & prius dictum
est,& idẽ erit,& hõ et deus et triremis et ipsorũ contradictio
nes.Si aũt sibi de vnoquoque nihil differt aliud ab alio.Nam si
differret erit hoc verũ,et ppriũ sibi aũt et si diuidẽtẽ contingit
verũ esse,accidit quod dictũ est. Adhuc aũt quia oĩs verum dis
cent,et oĩs mẽtient,et ipse idẽ seipsum falsum dicere cõfitetur
simul aũt palã qa' de nullo est adhuc pscrutatio,Nihil eñ dicet

nec eñ ita necnõ ita dicit,sed ita & nõ ita. & iterũ hoc negat ambo:quia nec ita necnõ ita nã si non,iã erit vtrq; aliqd determinatum. Et etiam aut erit in omnibus secũdũ hanc'dispositionẽ, & erit albũ & nõ albũ,& ens & nõ ens,& secũdum hunc modũ in alijs affirmatiuis & nõ erit.sed erit in quibusdã,& in quibusdam non. Si aũt nõ fuerit in omnibus hoc est cõcessum. Si in omnib⁹,dicemus etiã aut negatiua dicetur de omnibus de quibus affirmatiua dicit, & affirmatiua etiã dicetur de omnib⁹ de quib⁹ dicet negatiua,aut in quibusdã rebus dicet de oĩbus de quib⁹ affirmatiua,& non dicet de oĩbus de quib⁹ dicit negatiua omnino. Et si fuerit secũdũ hãc dispositionẽ tũc erit aliqd quod non est ens,& ista opinio est fixa & firma.Et si illud quod est per negatiuam est aliquid firmũ & notũ,tũc sermo cõtrarius secũdũ sitũ erit manifestior eo.Et si affirmatiua dicit de oĩb⁹ de qb⁹ dicit negatiua etiã necesse est vt sermo diuidẽtis & dicẽtis.V.g.omne albũ nõ est albũ, erit verũ,aut nõ verũ,& si nõ fuerit verũ quod dictũ est per hãc diuisionẽ nõ dñt hoc & non qp sunt entia & erit dictũ & nominatũ idẽ.Et sic omnia erunt idem, sicut diximus prius, & erunt idem homo,& nauis, & deus,& negatiuæ istorũ. Et si sermo de vnoquoq; istorum fuerit idẽ,tunc nõ differt aliquod eorũ ab altero & aliquo modo. Quoniã si differt erit illud in rei veritate semp,& accidit hoc'quod diximꝰ si fuerit positibile vt diuisio sit etiã vera.Et cum hoc accidit etiã vt omnes veridicent,& omnes falsent,& loquens concedit etiam super se quod falsat. Et manifestum est etiam cum hoc qp disputatio cũ isto est in eo quod nõ est,qm̃ non dicit hoc esse, & hoc nõ esse,sed dicit hoc & non hoc insimul,& negat,& oĩa ista.& si hoc non esset,essent scies qp omnia hñt aliquid terminatum.

16 Et etiam aut erit in omnibus secũdũ hanc dispositionem, & erit albũ & nõ album,& ens & non ens,& secũdũ hũc modũ in alijs affirmatiuis etiã &c.i.aut est & negatiua & affirmatiua erũt in omnibus rebus secũdũ hanc dispositionem.s.vtrq; sit vera ita qp sit verũ dicere album & non album,& ens & non ens,& similiter in alijs affirmatiuis & negatiuis,sed affirmatiua & negatiua erunt in quibusdam rebus veridica insimul,& in quibusdam diuidentes falsum & verum nihil positum dicere in hoc. Deinde dicit,& si fuerint in omnibus &c. id est, & si affirmatiua & negatiua congregentur tunc dictio necessario erit talis, aut omne de quo dicitur affirmatiua & de eo dicetur negatiua,& econuerso.scilicet quod omne de quo dicit negatiua dicetur de eo etiã affirmatiua,& affirmatiua etiam dicetur de quo negatiua,& ista diuisio possibilis est secundũ quod declaratũ est,aut oĩ de quo dñr negatiua dicetur etiã de eo affirmatiua:& non dicetur affirmatiua de oĩ de quo dicitur negatiua:& econuerso.s.vt dicatur affirmatiua de omni de quo negatiua. Si igitur illud de quo dicitur negatiua nõ de eo dicitur affirmatiua:tunc erunt non esse necessario:& qd' non est transmutabitur in aliquod. Et hoc intendebat cum dixit:& si fuerit secundã hãc dispositionẽ &c.i.qp si illud de quo dicit negatiua nõ dicetur de eo affirmatiua oĩno:tũc erit aliqd' qd' est non ens:& erit opinio nostra in eo quod est nõ ens opinio firma.s.qp impossibile est vt nõ opinetur in eo quod est non ens. Deinde.d.& si illud qd' est per negatiuam &c.i.qp si fuerit manifestum hoc esse non ens.s.non ens necessario:tũc manifestius est apud nos suum contrarium & suum oppositum ens.Non ens enim non intelligitur nisi secundã cõparationẽ ad ens.Si igit apud nos fuerit opinio firma in non ente necessario est vt apud nos sit opinio firma in ente: & sic nõ congregat negatiua & non esse in aliquo omnino: & similiter si apud nos fuerit opinio firma in ente:tunc apud nos erit opinio in negatione firma & est qp aliquis fingit qp omne de quo dicitur negatiua de eo dicetur affirmatiua:sed negatiua non dicitur de affirmatiua. Deinde.d.& si affirmatiua dicitur de omnibus de quibus dicitur negatiua: continget necessario aut vt sermo diuidentis & dicentis qp omne quod non est hoc dicitur est hoc:sit sermo verus:aut non verus.si igitur congregatio istorum duorum oppositorum non est verum.s.dicere verum & non verum:& fuerit verum dicere & omne affirmatiuum est negatiuum:& non erit differentia in hoc.s.inter negationẽ cõditionalẽ & negationẽ simpliciter.s.in hoc qp affirmatio vere dicitur de omni negatione.s.affirmatio simpliciter de negatione simpliciter:& affirmatio cõditionalis de negatione cõditionali:oĩa erũt idem sicut prius fuit dictum: deus & homo & nauis & nox cũ igit dixit & si nõ fuerit verũ qp dictũ fuit p hãc diuisionẽ:intẽdit:& si nõ fuerit vera cõgregatio istius diuisionis.s.vt sit verũ & non verũ insimul. D.d. & nõ dicitur ista & nõ q̃ sunt entia.i.& negatio cõditionalis p quã res negãtur abinuicẽ:& est tãq̃ negatio eius qd' est per se.s.nõ ens. Et intẽdebat p oĩa ista qd' cũ hoc fuerit positum continget vt omnia sint idem:& vt nõ sit aliquid omnino. Deinde dicit.& si sermo de vnoquoq; istorum &c.i.& si negatio vniuersalis qp entiũ diuersatur tunc de negatione nõ dicetur affirmatio: & sic entia oĩa erũt idẽ & nõ diuersabunt aliquo modo: & erit oĩ ens vnũ & non vnũ. D.d.qm̃ si diuersatur &c.i. qm̃ si aliqd' ens diuersatur ab aliquo ente per aliquã differẽtiam semp diuersabitur ab eo.s. necessario et æterno.D.d.& accidit hoc qd' prius diximus &c.i.& accidit etiã cũ hoc vt oĩs homines veridicẽt & falsent insimul.Dicere eñ qd' oĩs homines veridicent verũ est dicere cũ eo qp oĩs homines falsent: & sic disputãtes falsent & veridicãt insimul.& etiã nõ falsent neq; veridicãt. D.d.& loquens cõcedit &c.i.& cõtingit loquentẽ dicẽti aliqd' iudiciũ cõcedere qd' falsat:cõcedet etiã qp oppositũ illius iudicii videtur.D.d.& manifestum est &c.i.& manifestum est quod disputatio cum opinantibus hoc est in nihilo.qut eñ nõ dicit qp hoc est hoc: & qp hoc est hoc nõ ita quod habet in altero eorum aliquod firmum nihil dicit.

Deinde dicit sed dicit hoc & non hoc insimul &c.idest & disputatio cum istis nõ est in aliquo intellectio aut entẽ:q; dicunt in codẽ qp est





M Nõ ens nõ intelligitur nisi secundũ cõparationem ad ens vide.1.phy.69.Et.3.de anima.25.

hoc & non est hoc:& negationes istorum entium scilicet quod non est hoc neq; non est hoc. Deinde dicit. & si hoc non esse &c.i.& nisi dubitationes quæ mouerunt istos essent tunc scirent prima scientia quod res habent naturas terminatas.

## Capitulum Quintum.

N AMplius si quãdo affirmatio est vera negatio falsa:et ẽ hæc vera affirmatio falsa.non erit vtiq; simul idẽ dicere & negare vere: sed forsan dicet vtiq; hoc esse qđ à principio positum est. Amplius quidem igitur qui aũt existimãs habere aliqualiter aut nõ habere mẽtitus est: qui aũt ambo verũ dicit:nam si verum dicit quid vtiq; erit qđ dicit:qa talis est entiũ :mã si vero nõ verũ dicit:sed magis verũ dicit:q̃ illo modo existimat iam aliqualiter se habebũt entia, & hoc verũ vtiq; erit & nõ simul & nõ verũ. Si autẽ sĩr & oẽs mentiẽs:& vera dicẽt:nec ꝓnunciandũ nec dicendũ est tali sit eñ hoc:& non hoc dicit. Si autem nihil suscipit:sed similiter existimat & nõ existimat:qdvtiq; differenter habebit a plãtis.

Et etiã si affirmatiua fuerit vera:negatiua erit falsa:& cũ illa fuerit vera:& affirmatiua erit falsa:tunc nõ est verũ vt affirmatiua & negatiua & dicant de eodẽ insĩr. Et rectũ est dicere hoc esse primũ subiectũ: & etiã si ille q existimat quõ sunt res: & quõ nõ sunt:cõtingit ei falsum:& qui existimat vtrũq; verũ dicat:tũc sermo de hoc est ꝑ natura entiũ est talis:& si nõ veridicat:sed verificat magis quã ille qui opinat hoc opinione:ille q existimat quõ sunt entia:tunc hac etiã erit verum: & non verum:& omnes falsant æqualiter:& non dicunt verum:tunc dicens tale nõ habet sermonem. dicit enim aliquid: & non dicit aliquid insimul:& si non existimat aliquid sed existimatio ei⁹ 17 & non existimatio idem est:in quo igitur differt à plantis.

Et cũ declaratũ est ex istis ꝙ cũ affirmatiua fuerit vera negatiua erit falsa:nõ vere dicet ꝙ affirmatiua & negatiua insimul vere dicent de eodem. D.d.& videtur dicere hoc primũ subiectũ.i.& dignũ est omni disputãt cõcedere hoc ẽ primũ cõpositũ.s.ꝙ affirmatiua & negatiua diuidũt verũ & falsum. D. reuertitur est ad impossibilia cõtingẽtia: & & etiã si ille qui existimat ꝙ alterum oppositorũ est verũ : aut qđ hoc est tale:aut non:qui existimat vtrũq; verificat necesse est vt natura entiũ sit talis dispositionis.s.ꝙ vt sint entia & nõ entia insimul. D.d.& si nõ veridicat &c.i.& si nõ veridicat solummodo ille qui opinatur ꝙ affirmatio & negatio verificentur insimul:immo magis veridicat ꝙ ille qui opinatur ꝙ affirmatio & negatio diuidunt verũ & falsum: & opposita quæ sunt verum & nõ verum veridicãt insimul:tunc sermo vniuersalis ꝙ eorũ erit verus:& nõ verus:& falsant æqualiter:& verificant æqualiter:& cum ita fuerit nulla erit ratio ; & tunc homo erit quasi planta.



Et hoc intendebat cum.d.& falsant omnes æqualiter &c. ideſt & si opinati sunt quod omnis affirmatio & negatio congregantur: & quod omnis sermo verificat & falsificat æqualiter:tunc qui opinatur nullum habet sermonem. Dicit enim & nihil dicit. ideſt profert enim sed nihil dicit:quoniam si dixerit aliquid non dicit aliquid. Deinde dicit. & si nõ existimat aliquid &c. ideſt & si non existimat aliquid esse non aliquid: in quo igitur differt a plantis & ab animatis. Rationale enim non diuiditur ab animatis nisi per comprehensiones & existimationes terminatas.scilicet hoc esse tale:aut non esse tale.

Rõnale non diuidit ab alatis nisi ꝑ cõprehẽsiones & existimatiões terminatas.

Vnde & maxime manifestum est:qa nullus ita disponitur necaliorum:nec dicentium hãc rationẽ:quare nãque vadit dormitum & non quiescit putãs ire. Neque statim neque diluculo vadit in puteum aut torrẽtem si contingit:sed videtur timens tanꝯ nõ similiter putans nõ bonũ esse incidere & bonum.palam ergo quia hoc quidẽ melius existimãt:hoc autem nõ melius. Si autem hoc in bono:necesse est similiter esse & in alĩs:& hoc quidem hoiem:hoc autem non hoiem:& hoc quidem dulce illud autem non dulce putare necesse est.nõ eñ ex æquo oĩa quærit & existimat.qñ eñ putãs melius aquã bibere & hoiem videre:deinde ea quærit quãuis oportebat si idẽ erat : similiter homo:& nõ homo sed quemadmodũ dictũ est nullus qui nõ videt hoc qđ timẽs illa vero nõ.quare sic videt oĩa existimãt habere simplr.sed nõ circa oĩa:sed circa meli⁹ & deterius. Si autem nõ scientes:sed opinãtes:multo magis curandũ vtique erit de veritate quemadmodũ infirmo existẽte q̃ sano de sanitate. Et eñ opinãs ad scientẽ nõ salubriter disponit ad veritatẽ. Amplius si quã maxime se oĩa sic habẽt:& non sic:sed magis & minus:verũ est in natura entiũ.nõ eñ vtique sĩr dicimus duo esse paria & tria. Nec similiter mentitus est qui quatuor pente opinatus est & qui mille. Si igitur non sĩr palã qa alter minus quare magis verum dicit. Si ergo qđ magis affinius:erit vtique aliqd verũ:cui affinius quod magis verũ:& vtique si non est:sed iam aliquid est firmius:& verius & ratione remoti vtique erimus in cõdita:& prohibẽte aliquid mẽte determinare. Et ex hoc declarabitur ꝙ null⁹ opinatur hoc neque de cæteris hoĩb⁹: neque de eis qui hoc dicũt.q eñ ambulat:ambulat & non stat: qđ opinat qa ambulandum est & nõ vadit per vnam viam ad puteum stantem in via:manifestum ꝙ euitabit ipsum:scit eñ qđ casus in puteo & non casus non est idem:& existimatio ei⁹ non est eadem in malo & in bono istius. Declaratum est igitur qđ ipse opinatur qđ quoddam illius est bonum & quoddam

O Ignarus dicitur curare de veritate sicut infirmus de sanitate &c.

Quod primo verũ affinius est: est magis verũ.

non bonum. Et cum ita sit: scit igitur quod quædã sunt homo. & quædam non homo: & quædam dulcia: & quædam nõ dulcia. Non enim existimat omnia esse idem: neq; æqualiter quærit in omnibus: sed existimat quod potus aquæ est melior: & aspicere hominem si hoc quærit: & si idem esset necessario homo & non homo. Sed sicut dictum fuit nihil videret nisi ad cõseruandum se ab hoc & non ab hoc. Cum igitur declaratũ est quod cognitio vniuersaliter est in omnibus rebus & si nõ fuerit in omnib⁹ reb⁹: sed est in eo quod est bonũ: & quod est malum est ens: & si ista cognitio non fuerit per scientiam: sed per existimationẽ: tunc dignius est pscrutari de veritate quãdmodum apparet infirmũ perscrutari de sanitate magis quã sanũ: existimans enim non est certus in respectu scientiæ: & etiam si omnia in maiori parte sunt secundũ hanc dispositionẽ aut secundũ aliam, sed maius & minus sunt de natura entiũ: tũc nõ dicemus quod duo & tria sunt cõsimilia in pari. Et nõ est error existimantis quatuor esse quinq; sicut error existimatis ipsum esse mille. Manifestum est igitur quod error alterius est minor, ergo est maioris veritatis, & si illud quod est magis ,ppinquũ magis tunc erit aliquid de veritate: de quo appropinquatur verum maius. Et si nõ fuerit illud sed erit magis firmum: & magis verum: & quiescemus ab hoc sermone: qui nihil determinat: & impedit intellectum vt terminet aliquid.

18 Cũ declaratis impossibilia cõtingẽtia dicentibus q; affirmatiua & negatiua cõgregantur insimul p opiniões eorũ in entibus, incepit declarare contingẽtia ẽis per operationes eorũ in mundo. Et d. & ex hoc declarabitur &c. id est ex hoc quod dicam & ex prædictis declarabili quod nullus opinatur hoc neq; ex laycis neq; ex clericis. D. d. qui ambulat & c. i. qui enim videt quod ambulandũ est ad aliquid ambulat & nõ stat: & si viderit quod ambulatio operetur & non operetur ad illud non ambularet: & si videret quod ambulatio & status essent æquales: non ambularet neq; staret. D. d. & non iret &c. id est q; si aliqs existimasset quod casus in puteo & non casus essent idem: cũ nullus eligeret se a via in puteum timendo ne caderet in ipsum. D. d. & existimatio eius in bono & malo alicuius non est idem. i. & existimare aliquid esse bonum & aliquid malum non est idem: qm̃ si essent idem nõ quæreretur bonũ & fugeretur malum. Et ex hoc apparet quod quædam sunt bona & quædam mala: nõ tantum in rebus diuersis numeratis: sed etiam in partibus eiusdem rei cum fuerint diuersarum virtutũ. D. d. & cũ ita sit &c. i. & cũ scientia eius in rebus vtilibus & inutilibus sit determinata & non opinantur duo contradictoria insimul sicut debet esse in scientijs speculatiuis. V. g. quod quidam est homo & quidã non est homo nõ opinari q; omne qd̃ non est homo est homo: & etiã quod quædam

Bonũ & malũ non solũ sunt in reb⁹ diuersis numeratis. sed etiã in partibus eiusdẽ rei cum fuerint diuersarũ virtutũ.



quædã sunt gustabilia dulcia naturaliter, & quædã non dulcia naturaliter in his quæ sunt sani gustus. D. d. nõ enim existimatur q; omnia sunt idẽ &c. id est, nullus enim existimat qd̃ omnia sunt idẽ, & ideo nõ æqualiter quærit hæc omnia: sed quædã quærit, & quædã nõ. V. g. qd̃ cũ existimauerit q; melius est potare aquã quã vinũ: tunc quæret aquã & nõ vinũ. & si viderit quod idẽ est potare aquã & nõ potare nõ quæret aquã, & similiter nõ æqualiter esse aspicẽdũ & nõ aspicẽdũ aliquẽ hominẽ sanatũ. D. d, & si essent idẽ homo & nõ homo &c. id est. & si existimaremus q; homo & nõ homo essent idẽ nõ diligeremus quosdã homines & odiremus alios vel timeremur nos ab alijs, & nõ esset differẽtia apud nos inter amicos & inimicos. D. d. cũ igitur declaratũ est qd̃ cognitio &c. id est, cũ igitur declaratũ est cognitionẽ necessariã esse: aut in omnibus rebus: aut bonis: aut malis: manifestũ est cognitionẽ necessariã esse. D. d. & si ista cognitio fuerit per scientiam &c. id est, & si homo nõ habuerit de istis rebus nisi existimationẽ tũc iste homo magis debet perscrutari de veritate sicut infirmus de sanitate. Et intẽdebat qd̃ si scimus nõ habere scientiã de rebus oportet nos perscrutari & scire res & si videmus q⁹ illud qd̃ habemus de principijs cõsiderationis est existimatio: tũc magis debem⁹ perscrutari quomodo accidit nobis ista existimatio in rebus quæ sunt principia cõsiderationis, & vnde accidunt.

D. d. & si omnia in maiori parte &c. id est, & si aliquis existimauerit qd̃ omnes opiniões hois sunt existimatiões: tamẽ existimatiões diuersantur secũdũ magis & minus in rei veritate, & qd̃ magis & minus sunt de natura entis: est igit aliquid qd̃ est verũ in se. D. d. nõ cũ diximus qd̃ duo & tria sunt numerus par &c. i. qm̃ manifestũ est in nobis q; duo est par & tria impar, & q; nõ cõueniũt in paritate, & hoc est de primis cognitionibus necessarijs. Et etiã est manifestũ nobis peccatũ & errorẽ esse maiorẽ quã aliud peccatũ. non enim æqualiter peccat qui existimat quatuor quinq;, & q existimat quatuor esse mille. D. d. si igit error eorũ &c. & i. si nõ æqualiter peccat manifestũ est qd̃ minus peccat qui opinatr quatuor esse quinq; quã alius. D. d. & maius est minus tũc erit aliquid de veritate cui est ,ppinquũ verũ maius. i. & si est aliquid minoris peccati: tũc erit aliquid maioris veritatis & minoris peccati, & sic necesse est vt sit aliquid verũ cui appropinquat illud qd̃ est maioris veritatis & minoris fallitatis. Et hoc necesse est: qm̃ si aliqd fuerit maioris veritatis q; aliud, & minoris falsitatis, & necesse est aliqd verũ simpliciter.

Q⁹ Si aliqd fuerit maioris veritatis q; aliud necesse est aliqd verũ simpliciter.

D. d. & si hoc nõ fuerit erit firm⁹ sicut inuenit in scriptura & sic exponit & si nõ fuerit hoc verũ simpliciter in cui⁹ respectu dicit illud qd̃ est magis verũ: necesse est aliq⁹ verũ esse magis verũ q; illud in cui⁹ respectu dicit magis verũ: & hoc ,pcederet in infinitũ: aut pueniret ad aliqd verũ simpliciter. i. aut quiescemus ab hoc sermõe &c. i. & cũ declaratũ est esse aliqd verũ simpliciter tũc quiescemus a sermone ex quo nullum fcitũ terminatur & impedit vt aliquid habeat terminum.

Est autẽ & ab eadem opiniõe Protagoræ ratio & necesse similiter ipsas ambas aut esse & apparẽtia: necesse omnia simul vera & falsa esse. Multi nãque cõtrarie inuicem existimant, & non eadem opinãtes sibijpsis mẽtiri putant: quare necesse idẽ

Litera Argi.

Disputatio nis aut inter sios: aliā or in are di/ positionis. R

esse & non esse. Et si est hoc necesse putata omnia vera esse: opposita nāque inuicem opinantur mentientes & verū dicentes: ergo entia si sic se habent verū dicūt omnes. Quod quidem igitur ab eodem sunt intellectu vtræque rationes palā. Est autem non idem modus omelię ad omnes: hi nāque persuasiōe egent illi vi. quicūque eñ dubitasse existimanerūt: horū bene curabilis ignorātia, nō eñ ad orationem sed ad mentem obuiatio est eorū quicūque vero orationis causa dicūt horū argutio curatio, & eius qui in voce orationis & eius quæ in nominbus. Venit autem dubitantibus hæc opinio ex sensibilibus, quæ quidem eius quod simul contradictiones & contraria existere videntibus ex eodem facta cōtraria: ergo si nō cōtingit fieri nō ens prę existit, similiter res ambo ens: vt & Ana. mixtū omne in omnia it. & Demo. etenim inane & plenū similiter secundū quancūque partem præexistere: quamuis hoc quidem horum esse nō ens, illud vero ens.

Et sermo Protagoræ est de sermonibus eorū quę opinantur hoc & cogūtur ad dicendū res esse aut quod nihil est: quoniā si omnes existimatiōes sunt vere necesse est oīa sint vera & falsa insimul: multi eñ homines existimāt contrariū eorū quæ existimāt alij: & opinātur quod qui nō oppinātur illud quod illi opinātur peccāt necesse est igit vt idem sit & nō sit, & cū ita, sit necesse est vt omnes existimatiōes sint vere. Errātes enim existimāt contraria, & si entia sunt huiusmodi dispositiōis tūc verificātur omnes. Manifestū est igitur quod isti sermones & similes sunt ab vna cognitione, & ars in disputatione cum omnibus istis nō est vna, sed quidā indigent sufficientia, & quidā eñ existimāt hoc propter difficultatem cōprehensiōis & suū errorē in ea tunc sua ignorātia habebit medicinā disputatio eñ cū eis nō erit per verificationē sermōis sed per verificationē rationis: qui aūt dicit per verificationē sermōis mediū eorū erit per verificationē sermōis vocis & nominū. Et ista existimatio accidit de mouentib⁹ se à sensibilib⁹ quib⁹ cōtingit dicere cōtradictoria esse & cōtraria esse insimul: quia opinabātur cp cōtraria erāt ex vno, & si impossibile est vt fiat illud quod nō est necesse vt res fuerit prius cōmunis ex vtroque sicut dixit Anaxagoras: dixit etiā quod omne sit admixtū cum omni, & similiter dixit Democritus: talem enim sermonem dixit in parte quæ est ex vacuo & pleno: licet hoc sit ens & hoc non ens.

Et



Et Protagoras est illorū qui opinātur hoc scilicet qđ affirmatiua & negatiua sunt insimul, & omnes dicētes hoc cogūntur ad dicendū quod res sunt & qđ nihil est: quoniā qui dicit qđ omnis existimatio est vera & qđ res cōsequūtur existimationes cōtinget ei dicere qđ res sunt vere & falsæ insimul. Deinde declarat hoc & dixit: multi enim homines &c. id est, & necesse est vt res sint vere & falsæ si cōsequūtur existimationes: quia multi homines existimāt in eodē existimationes cōtrarias scilicet qđ vnus existimat cp est affirmatiuū, & alius negatiuū, & alter existimat aliū peccare: ex quo cōtingit quod idē sit verū & falsum: quia cōsequitur vtrāq; existimationē: quapropter necesse est secundū hunc sermonē vt idē sit ens & nō ens, & hoc intelligatur accidere in omnibus: scilicet qđ omne ens quod aliquis existimat esse possibile est vt aliquis existimat ipsum nō esse. D.d. & si ita sit necesse est &c. id est, & si negatiuū & affirmatiuū sunt vera insimul: necesse est vt omnes existimationes sint vere: existimātes enim aliquid esse & alij qui falsant illā existimationē existimāt existimationes contrarias. D.d. & si entia sunt huius dispositionis &c. id est, & si entia cōsequūtur dispositiōes hominum: cōtingit vt omnes homines vere dicant. D.d. & manifestū est cp illi sermones &c. id est, & manifestū quod cognitio & opinio eorū est vna: sed ars per quā remouētur ab hac opinione nō est vna, quidā enim remouētur ab hac opinione per sermones sufficientes in dissolutione dubitationū: quibus accidit eis opinio, & quidā nō remouētur per discoli eandem. Et ars in hoc est vt cogatur ad concedendū aliquod positū quo uso videatur suus defectus, iste enim nō vult cōcedere per rationē intrinsecā: quapropter necesse est vt faciant ipsum cōcedere violēter per verbera. D.d. qui igitur existimauerit hoc propter dubitationē cōtingentē ei ex debilitate cerebri potest curari ab hac egritudine dissoluendo illam dubitationē. D.d. disputatio est cū istis &c. id est, contradictio enim cōtra istos nō erit per mutationē significationis dictionū & vtendo disputatione cū eis donec verificātur: sed per verificationē intentionis in qua errauerit dissolutio illā quæstionē quæ accidit eis in illa intentione. D.d. qui autē dixit verificationē sermonis &c. id est, sophistæ autē fingētes quod res nō firmātur nisi per verū sermonē & quæsita nobis verificare hoc principiū nō possumus loqui cū eis in hac quæstione nisi prius verificemus significationes nominū, & cū conceserint quod nomina habent significationes propriās: tunc possibile erit disputare cū eis, & hoc fecit ipse in principio istius sermonis & hoc intēdebat cum dixit, & incipiamus in verificatione significationis vocis & nominis.

D.d. & accidit ista existimatio &c. id est, & accidit ista existimatio obediētibus sermoni & nō considerātibus vtrū sermo conueniat sensui aut nō, & qui hoc facit cōtinget ei cōtradictio in rebus & opinari quod cōtraria sunt insimul &c. d. quia opinātur quod cōtra &c. id est, & multi antiqui opinabātur hoc quia videbāt quod cōtraria generātur ex eodē, & opinabantur cū hoc qđ non sit generatio ex nihilo scilicet ex nō ente. vnde dixerūt quod cōtraria existunt insimul in eodē scilicet in eo ex quo generātur, & hoc intēdebat cū dixit: necesse est vt res aut sit cōmunis ex vtroq;, id est, quod res ex qua est generatio sit cōposita ex vtroq; scilicet ex ente & nō ente. D.d. sicut dixit Anaxago. &c. id est

De hoc vi/ de pri. phy. tex. c. 32.

propter hanc opinionē dixit Anaxagoras quod partes consimiles quæ sunt elementa apud ipsum sunt admixtæ cum toto scilicet quia omnes sunt admixtæ cū omnibus, & sermo Democriti est propinquus isti cū dixit partē esse indiuisibilem quæ est apud ipsum ex vacuo & pleno admixtis, & sic opinatur quod plenū est ens & vacuū est non ens.

Ad eos quidē igitur qui ex his existimāt dicemus quia modo quodā rectē dicūt, & modo quodā ignorāt. Ens em̄ dupliciter dicit. Est ergo quomodo cōtingit fieri aliquid ex nō ente: est autē quomodo nō, & simul esse idē ens & nō ens: sed nō secūdū idē ens. Potestate nāq; cōtingit simul idē esse cōtraria: actu vero nō. Amplius autē dignificemus ipsos existimare & aliā substantiā esse entiū: cui nec motus existit nec corruptio nec generatio omnino. Nos igit̄ dicamus cū istis qui existimāt istas turpes existimationes q̄ sermo eorū est verus aliquo modo & aliquo modo impossibilis cōtrarietas em̄ dicitur duobus modis. Est igitur aliquo modo possibile vt aliquid fiat ex nihilo, & possibile est vt nō fiat aliquo modo, & possibile est vt, insimul ens & nō ens diuidātur duobus modis nō ens quod sit ens existens scilicet q̄ homo fiat terra: neq; ens sicut entia sed non sunt idē possibile em̄ est vt cōtraria sint in eodē insimul potentia: actu autē nō, & etiā dicetur eis ad opinandū q̄ entia habēt aliam substantiā etiam quæ non habent motū neq; corruptionem neque generationem omnino.

Contraria possunt insimul esse potētia nō actu

8

Et qui existimauerit ex hac dubitatiōe q̄ cōtraria sunt insimul: nos dicemus in hoc q̄ sermo eorū est verus aliquo modo, & aliquo modo nō est verus. Cōtrarietas em̄ nō dicit vno modo esse: sed duobus modis: potētia scilicet & actu. dicere autē q̄ cōtraria existūt insimul in potētia est verū: actu aūt est falsum. D.d. est igit̄ aliquo modo &c. id est, & similiter hoc q̄ dicūt q̄ impossibile est vt ens generet ex nō ente: dicit etiā duob⁹ modis: quorū vno possibile est vt fiat: alio aūt nō.

Vide. p hoc cō. 6. &. 52. quinti phy.

20

D.d. & possibile est vt sit ens & nō ens &c. id est, quia vtrūq; istorū scilicet ens & nō ens diuidit in duo scilicet in ens actu & ens potētia, & similiter nō ens diuidit in duo. s. in nō ens actu. & in nō ens potētia, hō hic singularis cū fuerit terra nō est iste hō actu neq; potētia. propter quia aut remota sicut entia: sed si ista terra fuerit hō potētia erit alter hō numero: nō ille idē hō corrupt⁹. D.d. sed nō sunt idē. i. sed cōtraria. q̄ est ens in potētia & q̄ est actu nō sunt idē. D.d. possibile est em̄ vt cōtraria &c. i. isti em̄ holes errauerūt & nō potuerūt distinguere inter potētiā & actū. & q̄a inuenerūt cōtraria esse insimul in eodē existimauerūt q̄ possibile est ea inueniri in actu: sed actu est impossibile: potētia autē est necessariū propter generationē. D.d. detur igit̄ eis &c. i. & ideo melius est vt nō. phibeat ponere substantiā aliā esse a sensibili carētē motu & gnatiōe & corruptione sicut Plato dicebat scilicet substantiā de qua pēdet scientia necessaria, & hæc est quasi causa p accidēs & mutatio de errore maiori ad maiorem errorē.

T

Idē. 2. de gene. 1e. com. vltimi.

Si



Si raūt & q̄ circa apparētia veritas qbusdā ex sensibilib⁹ venit, verū em̄ nō pluralitate iudicari putāt oportere nec paucitate idē verò his qdē dulce gustātib⁹ esse videt: illis verò amarū: quare si oēs laborauerint aut oēs desipuerint: duo autē vel tres sani sint aut intellectū habeāt: hos qdē videri laborare & desipere: alios verò nō. Ampli⁹ aūt multis aliorū aāliū cōtraria videri & nobis & ipsi aūt vnicuiq; ad seipm̄ nō eadē fecūdū sensum semp̄ videri: quæ igit̄ horū vera vel falsa nō manifestū. nihil em̄ magis hoc quā illa vera sed sīr: ,ppter qd Democritus ait: aut nihil esse verū: aut nobis nō manifestū. oīno verò ,ppter existimare prudentiā quidē sensum: & hūc aut esse alterationē quod videt. his em̄ Emped. & Democriti & aliorū verisimile est dicere vnusquisq; talibus opinionibus facti sunt obnoxij. etenim Emped. permutātes habitū permutare dicit prudētiā. ad præsens em̄ cōsiliū augetur in hominib⁹: & in alijs dicit q̄ quantū alteri transformati sunt tātum ipsis & semper sapere altera assuit. Parmeni. verò enunciat eodē modo: vt enim quisq; habuerunt membrorū complexionē multæ flexiōis & intellectus hominib⁹ adest: idē em̄ est quod quidē sapit mēbrorū natura hoīb⁹ & oīb⁹ & omni. quod em̄ plus est intelligētia Anaxagoræ quoq; pronūciatio recordat ad quosdā sociorum eius: quia talia ipsis erunt entia qualia vtique existimauerunt ipsi. dicunt autem & Homerum videri hanc habētem opinionem quia facit Hectorem tanquā in extasi fuerit à plaga iacere aliud sapientē tanquā sapientes quidem & desipientes sed non eadē. palam ergo quod si vtreque prudentiæ & entia simul sic & nō sic se habēt quare & grauissimum accidēs est. nam si qui maxime contingens verum viderunt: hi autem sunt maxime quærētes ipsum & amantes: hi tales habent opiniones & talia enunciant de veritate: quomodo non est dignū & respuere philosophari conantes: nam volētia persequi erit veritatem vtique inquirere. Et similiter non crediderunt quidam veritatem cognitionis in rebus manifestis sensibilibus: & impossibile iudicare verum per multitudinem aut paucitatem. idem enim sentitur à quibusdam dulce & à quibusdam amarum: & si omnes homines essent infirmi aut trāsmutati intellectus: sanī autem essent duo vel tres; aut habentes intellectum essent duo aut tres tunc existimarentur isti esse infirmi & trāsmutati intellectus; & quod residuum non sunt ita, & etiam pluribus animalibus

V

Motiua q̄ omne q̄ apparet est.

animalibus apparent res cõtrario illi secundum quod sunt & nobis apparẽt ita: & vnicuiq; in se apparẽt aliqua in sensu cõtrario illi quod existimatur & nõ sunt ita: & nõ declaratur eis vtrũ sint vera aut falsa. ista em̃ nõ reddunt cõtraria magis quã illa: sed sunt consimilia in eo quod reddũt: & ideo dixit Democritus quod aut nihil est verũ omnino: aut nõ manifestatur nobis: & vniuersaliter cũ existimauerũt quod intellectus est sensus & sensus est certitudo: dixerũt quod verũ necessario appareret per sensum, & ex istis opinionib⁹ crediderũt existimationes Empedocles & Democrit⁹ & vnusquisq; aliorũ. Empedocles enim dixit quod ille cuius cõpositio transmutatur: transmutabit sensus & intellectus. Parmenides etiam dixit quod intellectus appropriatur homini secundũ cõplexionẽ membrorũ vniuscuiusq; hominũ: & quidã de nostris socijs dixerũt sermonem Anaxagoræ in quo dicit quod entia apud homines sunt secundum existimationem eorũ & dicitur quod Homerus prius videbatur opinari hoc. dixit enim in suis versibus Hectorẽ: & dixit quod cũ fuit percussus valde timuit & amisit intellectum proprium: & intellexit alio intellectu: quasi videret qđ q perdidit suũ intellectũ intelligit etiã nõ esse ita: & est manifestũ quod si in vtraque dispositiõe habebat intellectũ: tamẽ intelligebat quod entia sunt simul & quod sunt in aliqua dispositiõe & in suo cõtrario insimul: & accidit ex vtraque dispositiõe aliquid difficile: qm̃ si isti viderũt quod est possibile de veritate magis quã alij sunt soliciti in quærendo eã: & si existimationes istorum secundum hanc diuersitatem & sermones eorum sunt tales in cognitione veritatis: quomodo non oportet illum qui vult incipere in philosophia quia quod quiescat sua volũtas: quoniã si ita fuerit tunc quærere veritatem est simile ad currere ad volantem.

21 Quum dissoluit dubitationẽ inducentẽ ad dicendũ cõtraria existere insimul: incipit dicere aliam dubitationem ex qua etiam accidit quibusdam negare scientiam & dicere nullam esse veritatem. Et dixit: & similiter non crediderint &c.i. & similiter dixerunt quidã quod illud quod sensus cõprehendit & sensibilibus nullam habet veritatem: & dicũt ratiocinãdo quod quædã sentiũtur a quibusdã dulcia & a quibusdã amara & non differũt nisi in hoc quod illi qui sentiũt ea dulcia sunt plures, scilicet sani: & qui ea sentiũt amara sunt pauciores. s. infirmi: & non est iudicandũ aliquid esse verũ per testimoniũ pluriũ absq; paucioribus. D.d. & si omnes homines essent infirmi &c.i. & dixerũt qđ nõ oportet credere existimationẽ sanorũ: quia infirmi habẽt transmutatos sensus & intellectus. Causa enim in hoc non est nisi multitudo & pau-



citas: qm̃ si posuerim⁹ qđ plures sunt infirmi & pauciores sani tũc diceret qđ sani sunt infirmi: & qđ intellectus & sensus eorũ sunt trãsmutati: & qđ alij sunt sani. D.dedit aliã rationẽ & dixit: & etiã pluribus alijs &c.i. & etiã dabãt aliã ratiocinationẽ cup hoc dicẽdo qđ plura animalia videnẽ comprehẽdere in eodẽ sensibili cõtraria. videnẽ em̃ quædã fugere idẽ tanq̃ nociuũ: & quædã sequi tanq̃ delectabile. & si mile huic accidit etiã nobis cũ aliis. plura em̃ alia videnẽ innari a rebus nocẽtibus nobis: & noceri a reb⁹ delectabilib⁹ nobis. D.d. & nobis etiã apparet hoc &c.i. & sicut accidit hoc aliis: ita etiã accidit homini. qđ em̃ delectat in hoc in quo cõtristatur alius: & nõ tantũ hoc accidit diuersis hoibus: sed & idẽ homo videt cõprehendere in eodẽ per sensum contrariũ illius qđ habet per existimationẽ & cũ ita sit: tũc sensibilia nõ habent in se veritatẽ cõprehensibilẽ: sed sunt secundũ comprehendẽs. D.d. & non sunt ita. i. & manifestũ est quod non sunt secundũ quod sentiunt. D.d. & nõ manifestatur eis vtrũ sint vera vel falsa. i. & dicebãt qđ propter oĩa ista nobis non declarabit qđ sit verũ & quid sit falsum. D.dedit causam in hoc & dixit: ista enim &c.i. iudicũ em̃ sensus in eadẽ re esse alterum contrariorum non est firmius iudicio alterius sensus in illa re esse aliud contrarium. Verbi gratia quod iudicium sensus alicuius animalis quod hoc est delectabile non est firmũ⁹ iudicio sensus homis illud esse contristabile. D.d. & ideo dixit democritus &c.i. & ideo dubitauit democritus & dixit: quod contingit ex hoc alterum duorum: aut vt nihil habeat veritatem in se extra animam: aut vt non comprehendatur aliquo modo. Deinde dixit, & vniuersaliter cũ existimauerit &c.i. & causa erroris eorũ est quia existimabant quod intellectus est sensus: & quod nõ differunt in aliquo: & opinabantur quod scientia necessaria cõprehenditur sensu. & cũ viderunt quod sensibilia videntur habere dispositiones diuersas apud sensum credidẽrunt quod nulla scientia est necessaria oĩno. Deinde dixit, & ex istis opinionibus &c. id est & ex istis dubitationibus prædictis existimauerunt isti homines istas existimationes. Empedocles enim dicebat plures intellectus esse habentes iudicia diuersa: & quod quilibet intellectũ⁹ sequitur complexionem propriam & ideo dixit quod qui mutatur de aliqua complexione in aliam: transmutabitur de aliquo intellectu in alium: & ratiocinatur super hoc per hoc quod apparet de trãsmutatione intellectus in infirmis propter transmutationem cõplexiõis. D.d. & Parmenides etiam dicit &c.i. qm̃ iste dicebat quod intellectus appropriatur hominibus secundum complexiones & compositiones eorum.

Vide. 2. de aĩa text. cõ. 150. de opinione Empedoclis & Homeri.

D.d. & quidã socij &c.i. & isti etiã opinabant qđ entia cõsequunt existimationes hoim: & qđ nõ habẽt esse extra animã nisi secundũ qđ homines intelligũt. D.d. & dicit qđ Homer⁹. i. & existimabatur quod Homerus opinabat plures intellectus esse qui cõsequuntur modos cõplexionis. Deinde induxit vnã narrationẽ scilicet inter illos de vno versu. Deinde dixit, quod videns &c. id est & ex hoc sermone apparet qđ Homerus opinabatur qđ quisquis amittit suum intellectum propter trãsmutationẽ cõplexiõis qđ intelliget alio intellectu a primo. Deinde dixit, & nõ est ita &c.i. & hoc qđ existimant non esse verum: manifestũ est enim qđ & si in vtraq; dispositione intelligit diuerso intellectu: tamen X

Null⁹ intellectus intelligit q̄ entia contraria sunt insimul aut q̄ sunt idē. Vide cō simile. supra

Y t.c.9. cogita insta. etiam de vnitate intellectus.

tamen neq; hoc intelligit q̄ entia sunt eadem: aut quod entia sunt in alia a dispositione & in sua contraria insimul. Et intendebat per hoc q̄m nullus intellectus intelligit q̄ entia contraria existunt insimul: aut sunt idem. D.d. & accidit ex vtraq; dispositione &c.i. q̄m impossibile accidit: siue intellectus fuerit positus secundū dispositionē intellectus istius: existentis: aut secundū aliud cōtrarium. D.d. si igitur isti &c. si igit isti videtur magis q̄rere veritatē q̄m alii: & sermones eorū in veritate sunt tales impossessus: quo nō accidit audientibus illos vt voluntas & solicitudo eorū quiescat inquirēdo veritatē: q̄m tōc quia quæritur veritati similis est currēti ad comprehendendum voluntem quod nūquam fiet.

Huius autē opinionis causa est quia de entibus quidē veritatem intendebāt: entia autē putauerunt esse sensibilia solum: in his vero multa quæ indeterminati natura existit: & eius qd est hoc pacto: quēadmodū diximꝰ est: propter qd decēter q̄ dē dicunt nō vera autem dicūt. Si em̄ cōgruit magis dicere q̄ sicut Epicharius in Xenophanē. Amplius aūt oēs videntes hanc motā naturam de permutatione aut nihil verum dicimus: circa vero oīno permutans non contingere verum dicere, ex hac existimatione pullulauit opinio dictorum summa quæ est dicētiū heraclizare: & qualem. Cratilus habuit qui tandem nihil opinatus est oportere dicere: sed digitum mouebat solum & Heraclitum increpauit dicentē bis in eodem flumine non est intrare: ipsi enim existimauit nec semel. Nos autem ad hanc quæstionem dicemus quia permutās quādo permutat habet quandam ipsius veram rationem non existimari esse æquidē est dubitatissimum. abiciens enim habet aliqd eius quod abiecitur. & eius quod fit iam necesse aliquid esse oportet: quod & si corumpitur existet aliquid ens: & si fit ex quo fit & à quo generatur necesse est esse & non esse infinitum. sed hoc prætermittentes illa dicamus: quia non est idem permutare secundū quantitatem & secundum qualitatē secundū quantitatem quidem igitur fit idē nō manēs: sed secundū speciē oīa cognoscimus. Causa autem in existimationibus istorū est quia quærebāt perscrutari de veritate entiū: & existimabāt q̄ entia sunt sensibilia tantū: & naturæ istorum sensibilium nō sunt terminatæ & maximā habēt diuersitatē: & omnia entia quæ sunt eiusdem dispositionis etiā & ideo assimulantur dicere veritatē sed nō dicunt veritatē. Oportet em̄ hoc dicere sicut dixerunt errātes in Xenocrate: & etiā quū viderunt totā istam naturā moueri: & q̄ nihil dicit in rei veritate de rebus quę nō transmutantur existimauerunt impossibile esse aliquid dici in



rei veritate aliquo modo de rebus quæ transmutantur secūdum totum, & ex ista opinione ramificate sunt opiniones Heracliti. Heraclitus enim in fine vitæ suæ opinabatur quod non oportet aliquid dicere, sed tantum mouebat digitum & reprehendebat Sticum in hoc quod dixit quod possibile est tangere aquā fluminis currentis bis, dicebat enim quod nec semel hoc sensibile. Nos autem dicimus in hoc sermōe etiam quod illud quod transmutatur habet apud trāsmutationem aliquem sermonem qui vere dicetur de eo & existimatur quod non est & si in eo est dubiū. qui enim negat aliquid necesse est vt habeat aliquod esse quod possibile est negare, & necesse est vt aliquod esse habeat illud quod est, & vniuersaliter si aliquid corumpitur habet esse & si generatur necesse est vt habeat esse illud ex quo generatur illud quod ex eo generaī, & illud per quod gnatur, & q̄ hoc non sit infinitū. sed dimittamus ista & dicamus quod transmutatio secundū quantitatem non est eadem cum transmutatione secundum qualitatem, & scientia non est tantum per quantitatem, sed omnia cognoscuntur per formas.

Causa aūt &c.i. cō dixit dubitationes inducētes quoslā ad dicendū eis esse vera, & quosdā ad negādū scitiā, mō dat causam erroris istorū. Et dicit, & cā in existimationib⁹ &c.i. & causa erroris istorū est quia ipsi volebāt perscrutari de veritate entiū & nō intēdebāt intētionē sophisticā, & existimabāt cum hoc q̄ entia sunt sensibilia tm̄, & naturæ sensibilium sunt transmutabiles & nō permanētes. scitia aūt si est debet esse permanēs & ex reb⁹ permanētibus, & propter hoc ambigebant & negabāt scitiā, & hoc intēdebat quum dixit, & maximā habent diuersitatē &c.i. & diuersitas in omnibus sensibilibus est maxime. & similiter in omnibus entibus quæ sunt per res sensibiles. D.d. & ideo assimulantur &c. id est, & sermo eorū videl verus vno mō. s. in hoc qd dicūt quod sensibilia sunt transmutabilia & q̄ in eis nō sit scitia, sed in hoc quod dicūt q̄ scita sunt sensibilia falsum. D.d. oportet enim hoc dicere &c.i. oportet eū euitare hāc dubitationem sicut euitauerūt eā errātes in sermonib⁹ Xenocratis. D.d. & etiā quū viderūt &c. id est. & vniuersaliter sui statui sunt super duo. quorum vnū est quia videbāt istā naturam sensibilē transmutabilē per se secundū aūt est quia opinati sunt quod nulla res est quæ vere dicatur de reb⁹ transmutabilib⁹ secūdū totum propter velocitatē trāsmutationis eorum, & secundum hoc nulla erit scientia permanens nec semper nec aliqua hora. D.d. & ex ipsa opinione &c. id est, & ex ista opinione ramificatæ sunt opiniones Hæraclii opinātis q̄ nō oportet respondere ad aliquā quæstionem sic aut non, q̄m erit falsum. antequā eū cōpleat responsionē transmutabil⁹ res in cōtrariū. & ideo cū illæ quærebat de aliquo innuebat p digitū & nō loquebatur. D.d. & reprehēdebat &c.i. & reprehendebat quēdā virū antiquū qui opinabat hoc in hoc q̄d dicebat q̄ impossibile

est

tangere aquam fluuij bis. dicebat enim quod debebat dicere quod impossibile est tangere aquam fluuij semel nedum bis. Et intendebat per hoc quod ista est dispositio entium in cursu, & quod nulla scientia acquiritur de eis neq; in minimo tempore. D. d. nos autem dicamus 2 &c. id est, nos autem dicamus contradicendo istis quod quicquid transmutatur habet sermonem qui vere dicitur de eo secundum q̄ est transmutatum. Verbi gratia, dicitur q̄ non est permanēs & alium qui falsus super ipsum. Verbi gratia, dicere quod est permanens. & hoc intendebat cum dixit, existimatur enim quod non est, id est, & potest iudicari quod est non permanens, & erit iudicium non transmutabile. D. d. & si hoc est dubium &c. id est, & vniuersaliter qui negat aliquid de aliquo necesse est vt negatum habeat aliquam naturam terminatam, & vniuersaliter necesse est vt aliquod ens sit. Et intendit quod cōtingit negantibus scientiam vt scientia apud eos habeat aliquā naturā terminatam, & sic erit aliquod ens, & si non, nihil esset negatū omnino. D. d. necesse est igitur &c. id est, & vniuersaliter omne q̄d generat necesse est vt habeat ens ex quo generetur secūdū naturā & ens per quod generetur, & q̄d illud non sit corruptibile, & vt hoc non procedat in infinitū, & similiter corruptū debet peruenire ad aliquod incorruptibile.

D. d. sed dimittamus ista &c. id est, sed dimittenda est ista contradictio & procedamus ad magis manifesta, & est, q̄ trāsmutatio quā sentimus esse perpetuā in entibus est in quantitate non in qualitate, & forma & scientia necessaria nō erit per quātitates rerū tm̄ sed & p̄ formas. sic igitur formæ sunt permanentes, ergo scientia erit permanens.

Amplius aūt dignū est increpare sic existimātes quod sensibiliū in minoribus numerum scientes sic habētem de toto cælo similiter enunciauerunt. Nā circa nos sensibilis locus in generatione & corruptione perseuerat solū ens, sed istevt dicatur A nulla pars est omnis, quare iustius vtique propter illa hoc reuereri fuisse, quare propter hoc de illis errauerunt. Amplius autē palam quia & ad hos eadem olim dictis dicemus. quod enim est immobilie natura quædam ostendendum ipsis & credendum eis. Equidem contingit simul dicentibus esse & non esse, quiescere magis dicerē omnia quam̄ moueri. Non enim est aliquid in quod permutetur, nam omnia insunt omnibus.

Locus circa nos solū in ḡnatione et corruptione p̄seuerat.

Et etiam cōtradicēdi sunt existimates istas existimationes q̄m̄ quū viderunt in rebus sensibilibus quod pauciores sunt talis dispositionis iudicauerunt de toto cælo. Locus enim sensibilis in quo est generatio & corruptio est ille qui continet nos totum, & iste possibile est vt aliquis potest dicere vt non sit in respectu totius pars sensibilis, melius est igit negare à toto quod est in istis paucis quā affirmare in toto quod affirmatur de eis. & manifestum est etiam quod dicēdum est de istis quod prius diximus in alijs, & demonstremus eis sufficienter naturā esse immobilem.



immobilem. & si accidit quod dignius est dicentibus affirmare & negare insimul dicere quod omnia sunt quiescentia quā dicere mobilia, non enim est aliquid in quo transmutetur aliquod quoniam in quolibet est quodlibet.

Et etiam contradicendi &c. id est, & contradicendum est istis homi 23
nibus postquam viderunt quædam entia pauciora, scilicet quæ sunt in generatione & corruptione in dispositione transmutat. isti iudicauerunt quod plura, scilicet cæli sunt huius dispositionis. Locus autem in quo est generatio & corruptio est insensibilis respectu totius, & hoc si contingit eis quod ista in quibus est generatio & corruptio non habeant scientiam. D. rectius est negare a toto &c. id est, rectius igitur est non iudicare de toto illud quod iudicatur de parte insensibili, & negare ab eo toto transmutationem existentem in parte. Deinde dicit, & manifestum est &c. id est, & isti igni sunt vt sufficiamus eis per illud per quod sufficimus alijs declarando eis naturam immobilem esse. Et intendit per istam naturam species & genera & forte substantias abstractas. Deinde dicit. & si accidit dicentibus &c. id est, & licet dignius est ponentibus quod affirmatio & negatio sunt insimul in omnibus rebus vt omnia sunt quiescentia magis quam mobilia. Deinde dicit causam in hoc & dixit, non est enim aliquid &c. id est, secundum enim istos nō distinctum est ab aliquo in quod transmutatur sed omnia sunt admixta, & quodlibet quolibet, quapropter oportet hoc vt omnia quiescentia sint.

De veritate aūt q̄ non omne apparens verum primū quidem, quia neq; sensus falsus propriī est, sed phātasia non idem sensui. Deinde dignū mirari si hoc dubitant vtrum tantæ sunt magnitudines & colores tales quales à remotis videntur, aut quales de prope, & vtrū qualia sanis, aut qualia laborātibus. Et grauiora vtrū qualia debilibus, aut qualia robustis. Et vera vtrum qualia dormientibus, aut quali vigilantibus. Quod quidem enim non putant palam, nullus ergo si putauerit se de nocte athenis esse ens in lybia vadit ad litium. Amplius autē de futuro vt & Plato dicit nequaquam sīr propria medici opinio & ignorantis velut de futuro sanos fore aut non de futuro.

Sermo aūt eorū in sensus veritate non omne quod apparet est verum. primo quia falsitas nō appropriatur sensui, sed phātasiæ quæ non est eadem cum sensu. Et cum hoc mirandum est de eis qui ambigunt in istis rebus, & quærunt vtrū magnitudines & colores sint in illa dispositione in qua videntur ex remoto, aut in illa dispositione in qua videntur ex propinquo, & vtrū sint secūdū q̄ sani vidēt aut infirmi. Et in grauitate vtrū sint secūdū debiles aut secūdū fortes. Et in veritate aut in

falsitate, vtrū sint secūdū quod sunt apud dormiētes aut apud vigilantes. Et manifestum est quod impossibile est hoc, nullus enim potest existimare modo album sicut Plato, & consilium medici sapientis in rei veritate non est simile consilio nescientis in eo quod sanat de infirmitate & in eo quod nō sanat.

24 B Falsitas propria est imaginatiōi, sed sensui nō cōpetit nisi p accidens.

Dixit. sermo autem &c. i. q̄ omne quod apparet non est verum, est falsum, & hoc destruitur multis modis. Primo autem q̄n falsitas non est propria sensui, q̄n falsitas non accidit sensui nisi per accidens. illud autem cui falsitas est propria est imaginatio. in hac enim debet aliquis dicere, quia illud quod ex ea fit non est verum. Et dixit hoc, quia p istam virtutem imaginantur res quæ præcise vidētur impossibiles esse.

Deinde dixit, mirandum est igitur, & quia sunt dispositiones in quibus opinantur sensum esse verum, & alię in quibus opinantur sensum esse falsum. Verbi gratia, sicut dispositio rerum apparentium visui ex remoto & propinquo, & in sanitate, & in infirmitate, & vigore, & debilitate, & magis in somno & vigilia, mirandum etiam vtrum de quærentibus vtrum vera qualitas corporis est quæ apparet in propinquo, aut quæ in remoto, idem enim apparet magnum in propinquo & parum in remoto. Et similiter quærētibus vtrum verus color apparet in propinquo aut in remoto, & verum verus sapor comprehenditur a sanis, aut ille qui cōprehenditur ab infirmis, & vtrū verū pondus est illud q̄d comprehenditur a fortibus aut quod a debilibus. Et maior quæstio est vtrum quod dormiens videns est verum aut quod vigilans. D. d. manifestum est q̄ hoc est impossibile, nullū enim potest modo, & hic absciditur sermo Arist. quia diminutus est. Et intentio eius est q̄ nos habemus primam cognitionem per quā distinguimus inter illud in quo sensus falsat & in quo veridicat, q̄n quis dubitat diuidere inter sensibilia falsa & sensibilia vera est sicut qui dubitabit in istis rebus. s. vtrum simus dormientes aut vigilantes, & verum simus aut nō simus, & similiter nullus dubitat q̄ vere quantitates & veri colores sint quia apparēt ex propinquo non ex remoto, & quod apparet sanis est verum non quod apparet ægris, & ideo incipiūt curari. Et si oē q̄d vī est verum sicut q̄dā dicēt, etiā nō esset differentia inter sermones nescientis & sapientis. V. g. Platonis, & tunc consiliū medici sapientis esset simile cōsilio nescientis sanare aut nō sanare infirmos, & omnia ista sunt impossibilia.

Amplius autem & in sensibilibus non similiter propria alicui & propriū aut propinqui, & eius quod ipsius. Sed de coloribus quidem visus non gustus. de saporibus gustus non visus quorum vnusquisque in eodem tempore circa idem nunquam dicit, simul ita & non ita habere sed nec in altero tempore circa passionem dubitauit, sed circa id cui accidit passio. dico autē puta idem quidem vinum videbitur vtique, aut mutatum, aut corpore mutato quandoq; quidem esse dulce quandoque autē non esse dulce, sed quod non dulce quale est q̄n fuerit nunquam mutauit, sed semper de ipso verū dicit, & est ex necessitate





turū tale dulce quānis & hic hæ rationes omnes destruant: quē admodū & substantiā nō esse nullius: ita nec ex necessitate nihil. Necessariū enim nō cōtingit aliter & aliter se habere. quare: & siquidem est ex necessitate non habebit ita & non ita totaliter: quia si est sensibile solum: nihil vtiq; erit solum nō existentibus animatis. Sensus enim nō erit: neq; igitur sensibilia esse neq; sensationes forsan verum: sentientis enim passio hic est subiecta vero non esse quæ sensum faciunt & si non sensu impossibile. Non enim sensus fuisset est: sed est aliquid alterum præter sensum quod prius est sensu est necesse. Mouens enim moto prius est natura & vtiq; si adinuicem dicuntur hæc ipsa nihil minus. Et etiam dicamus hoc in ipsis sensib⁹: quoniam sensus proprius rei non est simul in rei veritate ei qui est alterius: & non est simul sensus propinquus rei propriæ rei moto alterius. visus enim est colorum nō saporum: gustus aūt est saporū nō colorū & vterq; eorū sentit aliquid in vno tpe: & nunquam firmat aliquis sensus vt aliquid sit in sua dispositione & alia contraria insimul: neque in alia contraria etiam: neque in alio tempore etiam: rixa autem de passionibus. Verbi gratia quoniam existimatur quod transmutatio est ex codē sicut vinum ex sapore: & existimatur quod transmutatio est propter diuersitatem complexionis corporis gustantis: & sic existimatur quod vinum quandoq; est dulce & quādoq; non dulce: & rixa non est in ipso dulci cum fuerit dulce: nec quandoq; transmutatur: sed si sermo verus est in eo & erit necessario dulce illud quod erit secundum hanc dispositionē. Et si isti sermones negant secundum hæc omnia: & similiter negant vt nō sit substantia etiam alicuius rei: & vt nihil sit necessario omnino. Quod enim est necessario impossibile est vt sit alio modo. Oē enim quod necessario est impossibile est vt sit in hac dispositione: & in sua contraria: & alio modo. Si sensibile est relatiuū: tunc sensibile solum non est alicuius si non est animatorum: quoniam non erit sensibile: & est verum: quemadmodum non erunt sensibilia etiam: sunt enim passiua sentientes. Et impossibile est vt subiecta facientia sensum sint si sensus nō fuerit. Sensus enim nihil aliud recipit nisi sensum: & est prior sensu necessario. Motor enim est prior moto natura. Et si ista dicuntur relatiue: tunc neutrum eorum erit sine altero.

C Necessariū nō cōtingit aliter & aliter se habere.

Mouens est prius natura moto. Idē 7. de aīa. t. c. 19.

Intendit in hoc sermone dissoluere dubitationem contingentē eis existentibus. Et dicit. dicamus etiā dubitantibus in sensibus & ponētibus 25

omnia apparentia æqualiter in veritate: quoniam iudicium alicuius sensus in proprio sensibili non est simile sui iudicio de sensibili alterius. sed cõmuni: verior enim est in proprio q̃ in sensibili cõmuni & alij. D. d. & sensus propinquus rei propriæ &c. i. & magis isto est q̃ nõ æquales est cõprehẽsio sensibilis ppriꝫ a sensu cũ fuerit ppinquum cõprehẽsioni cõmuni ab eo sensu cũ fuerit remotum illud sensibile commune.

D. incæpit dicere sensibilia propria vnicuiq; sensui. &. d. visus enim est colorum &c. i. visus enim est proprius coloribus in verificando de eis: & similiter gustus saporum: & auditus sonorum: & olfatus odorũ: & tactus tangibilium. D. d. & vnus quisq; eorũ &c. i. & vnusquisq; quinq; sensuum habet proprium vnum sensibile quod comprehendit vno tempore. s. subiecto. D. d. & nunquã affirmat &c. s. & nunquã vt demus q̃ aliquis sensus iudicat in suo proprio sensibili diuersas dispositiones in eodem tempore aut in duobus temporibus diuersis. Et quia accidit in hoc sermone aliquid ex hoc quod apparet in sensu gustus in sanitate & in infirmitate. d. rixa autem &c. id est dubitatio autẽ quæ accidit in passione quæ dicitur gustus. V. g. quod aliquis dicatur q̃ idẽ vnũ modo videtur dulce & alia hora amarũ. dubitatur quoniam hoc forte accidit ex transmutatione gustantis & forte ex trãsmutatiõe cõplexionis gustantis. vnde nullo modo non possumus præcise dicere hoc esse dulce in sua natura in aliqua hora. Deinde dedit responsionẽ & dixit & non est rixa in ipso dulci &c. id est & ista dubitatio non oportet vt sit dulcis naturaliter: quoniam si fuerit amarũ ex sua transmutatiõe manifestũ est quod natura dulcis transmutata est & habet naturam propriam: & quod erit dulce quando illa nam reuertetur ad illud. si aut ex transmutatione complexionis gustantis hoc erit manifestum. scilicet quod dulce do habet naturam propriam sed ista rixa non est illa in qua eramus in primo: sed ista est vtrum conuersio dulcis in amarum est ex sua transmutatione: aut ex transmutatione complexionis gustantis: & hoc intendebat cum dixit & rixa non est ipso dulci &c. id est & rixa non est in dulci cum transmutatur in amarum vtrum sit per sua transmutationẽ aut per transmutationẽ complexiõis gustantis: & si sit per illã trãsmutationẽ q̃ transmutat: necesse est enim vt sit dulce dũ habuit istã naturã antecẽ transmutetur: & hoc intendebat cũ dixit sed si sermo verus est &c. id est, sed si verum est dicere ipsum esse dulce in aliqua hora necessario erit dulce omne qd̃ fuit in illa dispositiõe aut erit. D. d. & si isti sermones &c. i. & si isti sermones sicut necessario negãt ola entia ita negãt vt aliqd. habeat substantiã: & ita negãt aliquid esse necessario omnino. D. d. qd̃ enim est necessario &c. idest, isti enim sermones faciunt vt omne sit alio modo ab eo qd̃ est: & q̃ est impoſsibile vt sit alio modo ab eo q̃ est. D. d. si igit aliquid fuerit necessario &c. idest quoniã si aliquid fuerit necessario impoſsibile est vt sit in alio modo secũdum quẽ est in alio. Sensibile enim est relatiuũ cum nullam habet in se naturam nisi relatiuã. Contingit enim vt sensibilia nõ habeãt esse si alatia sensibilia nõ fuerint. Sensibile essi nõ est relatiuum est aliud nisi ad sensum: & si sensus non fuerit non erunt sensibilia. Deinde. d. & est verum quemadmodum &c. idest & hoc quod cõtingit verum est etiã alio modo. s. cum posuerimus q̃ sensibilia sunt relatiua.



Accidẽs impoſsibile est vt sit sine suo subiecto idẽ j. ph. 14. 59. & 7. me. c. com. 2.

Demõstrationis principij nõ est demonstratio.

Qui dicit oĩa quæ apparent vera esse oĩa quæ sunt facit ad aliquid.

## Capitulum Sextum.

SVnt autẽ quidã qui dubitãt hoc persuasorum: & has rationes solum dicẽtium. Quærũt enim quis est qui iudicat sanũ & omnino circa singula recte iudicantẽ. Tales vero dubitationes similes sunt dubitationi vtrum dormimus nũc aut vigilamꝰ. Possunt aũt dubitationes oẽs tales idẽ. Omnium enim rationem hi dignificant esse. Principiũ enim quærunt: & hoc p demõstrationẽ accipere: quicũq; quidẽ nõ persuasi sunt & manifesti sunt in actibus. Sed qđ diximus hæc ipsorum paſsio est. Rationẽ enim quærunt quorum nõ est ratio. Demõstrationis enim principiũ nõ est demonstratio. Hi quidem igitur facile hoc credũt. est eñ nõ difficile sumere. In sermone aũt vim solũ quærentes impoſsibile q̃runt. Cõtraria nãq; dicere dignificant statim contraria dicẽtes: si autẽ nõ oĩa sunt ad aliqd: sed quædã sunt & ipsa secundũ semõ vtiq; est oẽ quod apparet. nã qđ apparet alicui apparet. Quare qui dicit oĩa quæ apparẽt esse vera: omnia quæ sunt facit ad aliqd. Propter qđ & ob seruandũ vim in sermone quærentibus: simul autẽ & sustinere sermonem dignificantibus qđ nõ apparet est: sed q̃ apparet cui apparet: & qñ apparet: & inquãtum: & vt. Si aũt sustineãt qdẽ sermonẽ: nõ sic aũt sustineãt accidit ipsis cõtraria cito dicere. cõtingit eñ eidẽ secundũ visum mel apparere: gustui vero nõ. Et oculis duobꝰ existẽtibꝰ nõ eadẽ vtiq; visui si sint dissimiles. Qñ ad dicẽtes ppter olim dictas causas qđ apparet verũ esse: & ppter hæc oĩa fiẽt esse falsa: & vera. Neq; enim omnibus eadem apparere cõtingit: neq; ipsi semper eadem sed multotiens contraria secundũ idem tẽpus. Tactus enim duo dicit in digitorum variatione: visus autem vnum: sed non quidem idem: & secundũ idem sensui: & similiter: & in eodẽ tempore.

Et quidã cõtenti sunt per ista: & dicũt istos sermones. Quę runt quis est ille qui quærit & veridicat: & scit oſa secundũ ve ritatẽ. Et iste quæstiões ambiguæ sunt sicꝫ quæstionib⁹ ambi gẽtiũ in hoc tpe in vigilia & somno: & istarũ oĩm quæstionũ vna est. Isti em̃ dicũt quod oſa habẽt causas primo em̃ quærũt quid: deinde quærunt cõprehendere hoc per demonstrationẽ. Qm̃ autẽ nõ sunt cõtenti manifestũ est ex suis operatiõibus. Sed infirmitas istorũ est quia quærũt terminũ in quo non has bet terminũ. Nõ em̃ habet demonstrationẽ principiũ demon strationis. Et facere istos quiescere facile est: & cõprehẽdere hoc nõ est difficile. Qui enim perscrutatur sermonẽ tantũ & quæ runt victoriã: quærunt impossibile. Volũt enim dici sermones contrarios: & illi in illa hora dicunt sermones cõtrarios. Si aũ tem nõ omnia dicũtur relatiue: sed quædam sunt per se etiam tunc non oſa quæ apparent sunt vera. Quod em̃ apparet aliqd apparet. Qui ergo dicit quod oſa apparẽtia sunt vera facit oſa entia relatiua & ideo præseruare oportet nos ab eis q quærunt victoriã p disputationẽ & cũ hoc dicunt quod illud quod appa ret nõ apparet illud qd est: sed apparet illud qđ est: secundũ il lud cui apparet & in hora i qua apparet & existimãt aliqd di cere: sed nõ est ita. Accidit em̃ eis à ꝓpinquo dicere contrariũ. Possibile em̃ est idẽ apparere visui esse mel & gustui nõ mel. & sic oculi duo cũ fuerint diuersi nõ videbũt vnũ. Qui igitur dixerũt istis quæ apparent causas prædictas albedinem ista ap parent & nõ apparent eadẽ secundũ vnũ apparere multotiens in eodẽ tẽpore. Tactus enim & sensus existimantur duo apud mutationem digitorum: & visus idem & nõ illud quod inue nitur terminatur. Et quod est per vnũ sensum: & vno modo: & secũdũ vnã dispositionẽ: & in eodẽ tpe: & hoc est verum.

26 Dicit quod illi qui vtuntur istis sermonibus sunt diparriti: quidam enim quærunt per illos victoriam & dominium: & quidam ambigunt ex dubitationibus contingentibus istis rebus: & quærunt scire: dis tinguere quis iudicat vere apud comprehensiones contrarias: & medici na istorum licut posſ dicere ab hac infirmitate est facile. Deinde dicit & iste quæstiones ambiguæ &c. id est qui ambigit in similibus quæ stionibus & dubitat vtrum illud quod sini comprehendunt est verum: aut illud quod infirmi comprehendunt: & etiam illud quod apparet ex remoto aut illud quod apparet ex propinquo similis est dubitanti vtrũ nos cum dicimus hoc sumus in somno: aut in vigilia. Deinde dicit & vis omnium istarum &c. id est & vis omnium istarum quæstionũ in eo quod dant de dubitatione & ambiguitate est eadẽ. Causas cũ ambi guitatis earum est eadem, scilicet quia opinantur oſa habere causas ex quibus



quibus cognoscũtur, & quærũt principia ex quibus demonstrẽtur, & si distinxerint quod est cognitũ per se: ab eo qđ nõ est: tũc iste error aufe rẽtur ab eis. Contra so phistas.

D.d. quoniã autẽ nõ sunt cõtenti &c. id est, quoniã iste modus hominũ nõ negat ista proteruitãdo & propter gloriã sicut faciũt logici. sed quia accidit eis nõ habere certitudinẽ: hoc enim manifestũ est ex sermonibus istorũ hominũ. sed infirmitas eorũ est quia quærunt ter minũ in eo quod non habet terminũ & demonstrationẽ in principio de monstrationis.

D.d. & medicinatio istorũ est facilis, id est, quia non quærunt ista intendendo victoriã, & ideo quæstione dissoluet abscin detur illa dubitatio ab eis.

D.d. illi autem qui querunt &c. id est, illi qui dubitant in istis & quærunt nõ ad aliud nisi ad vincendũ aduersa rios quærunt impossibile, & qđ nõ possunt facere, quærũt deinde fa cere vt contingant illis sermones cõtrarij. & cũ laborant in hoc statim inducũt sermones cõtrarios, & ideo cõtingit eis cõclusio quã volebãt inducere super aduersarios.

Deinde dicit si autẽ non omnia dicuntur relatiue &c. id est. sed manifestũ est quod si non omnia cõprensibilia per sensus sunt relatiua: sed quædã eorũ sunt per se non in respectu ad sensum tunc non omnia apparentia erunt vera sicut isti opinabantur.

Deinde dicit quod enim diximus qđ omnia &c. id est, cõtingit enim dicẽtibus qđ omne quod apparet cuilibet hominũ est verum vt omnia entia apud ipsum sint relatiua. D.d. & ideo oportet præseruare &c. id est & propter corruptionẽ istius hominis, & quia multũ nocet in philoso phia oportet nos præseruari ab istis quærentibus intẽtione victoriã & dominiũ in cõtradictione, contradicunt enim sibi: quoniã dicũt qđ il lud qđ apparet res nõ est illud quod est: sed illud qđ est secũdũ videtem & in eo tẽpore in quo apparet, & sic negant vt res extra animã esse hã beant omino.

D.d. & existimãt aliquid &c. id est, & accidit eis cã voluerũt dicere in aliquo quid sit vt dicũt statim in eo qđ nõ est. Dein de declarauit quomodo cõtingit hoc in eis &. d. possibile enim est vt idem apparet &c. id est. cõtingit enim istis indicare idẽ esse mel per vi sum & nõ esse per gustũ. & sic cõtradicẽt sibi. D.d. & similiter duo ocu li &c. id est, quãdo alter oculorũ fuerit diuersus ab altero in situ: tunc enim accidit eis idẽ apparere duo quãdo exprimitur oculus intãtũ qđ situs sit diuersus. D.d. alii igitur qui dixerunt causas prędictas hoc ab scinditur sermo Aris. Et potest intelligi sic. declaratũ est igitur q̃ illi qui dixerũt in istis rebus illas causas prædictas & illas rationes: accidit eis vt duo cõtradictoria vera sint in simul nõ secundũ diuersos homines tantũ: sed secundũ eundẽ hominẽ. Isti enim vt reputo nõ concedunt qđ cõtraria apparẽt eidẽ homini in eodẽ tẽpore & in eadẽ dispositione, & ideo dixit ista apparẽt & nõ apparẽt in eodẽ. Fingũt em̃ qđ cõtraria ap parẽt intimul: sed nõ eidẽ homini & in eodẽ intantũ sed duobus homi nibus in duobus tẽporibus.

Cõprehen sio quæ ãt vno sensu & vno mo do sensus & in eadem di spositiõe est vera temp.

D.d. sed apparẽt cõtraria multotiens in eodẽ tẽpore &c. id est, sed contingit eis vt cõtraria appareãt multotiens in eodẽ tẽpore & eidẽ homini. Deinde dicit sensus rem existimatur apud instẽtionẽ &c. id est. & causa erroris in hoc licet sensus sit idẽ & sensa tũ idẽ est: qa q̃n visus videt vnã rẽ, & quãdo videt illa duo nõ est in ea dem dispositiõe, cũ autẽ senserit rem eandẽ in dispositione eadem & eo dem sensu tũc erit vnũ, & hoc intendebat cum d. & nõ quod termina

tur &c. id est, comprehēsio autē quæ sit vno sensu & vno modo sensus & in eadē dispositione est vera semper & nūquā diuersatur.

Quare hæc vtiq; erit verū: sed forsan propter hoc necesse dicere his qui nō propter dubitationē sed oratiōis causa dicentibus quod hoc est verū sed huic verū, & sicut prius dictū est necesse ad aliquid facere omnia, & ad opinionē, & sensum quare nō factū est: nec erit nihil: nullo preopināte. Si vero factū est aut erit palā quia non erūt omnia ad opinionē. Amplius si vnū ad vnū aut ad terminatū, & si idem & dimidiū, & æquale: sed nō æquale ad duplū neque dimidiū ad æquale ad opinans itaque si idē est homo, & opinatū nō est homo opinans: sed opinatū. Si vero vnūquodq; fuerit ad opinās: ad infinita erit specie opinans. Quod quidē igitur firmissima opinio omniū nō esse simul veras oppositas dictiones, & quid accidit ita dicētibus, & quare ita dicant: tot sunt dicta. Quoniā autē impossibile est cōtradictionē simul esse verā de eodē. Palā quia nec cōtraria similiter in esse eidem contingit. Contrariorum enim alterum est priuatio nō minus: substātiæ autem priuatio negatio est ab aliquo determinato genere. Si igitur impossibile est simul affirmare & negare vere: impossibile & cōtraria simul inesse, nisi aut aliqua ex parte ambo: aut alterū quidē aliqua ex parte: alterum vero simpliciter.

E Contraria nō possunt eidē simul inesse. Contrariorū alterū est priuatio.

## CAPVT. VII.

AT vero nec cōtradictionis mediū esse contingit: sed necessariū: aut dicere aut negare vnū, de vnoquoque. Palā autem primū diffiniētibus quid verū & quid falsum. Dicere nāque ens nō esse aut nō ens esse falsum: ens autem esse, & non ens non esse verū. Quare & dicens esse, aut nō esse verū dicet aut mentietur: sed neque dicit ens nō esse aut esse: neque nō ens. Amplius autem mediū erit cōtradictionis quemadmodū pallidū albi & nigri: aut quemadmodum neutrū hominis & equi. Siquidē igitur sic nō permutabitur nā ex non bono in bonū permutatur autē ex bono, in nō bonū: nunc autē nō semper videtur. Non est enim permutatio nisi in cōtraria & media. Si autē est mediū, & sic vtique erit aliqua in albū non ex non albo generatio: nūc autē non videtur. Amplius autē omne intellectuale & intelligibile mens aut affirmat aut negat: hoc autē ex diffinitione palā est: cum verum dicit aut mētitur. Quādo autē sic cōponit dicens aut negansve rū dicit. Quādo autē nō sic mentitur. Amplius præter omnes oportet

F Nō est permutatio nisi in contraria & media.



oportet esse cōtradictiones nisi orationis causa dicatur. Quare & nec verū dicet aliquis: nec nō verū dicet, & præter ens & nō ens erit: quare & præter generationē & corruptionē trāsmutatio quædā erit. Amplius in quibuscūque generib⁹ negatio, & contrariū insunt, & in his erit vt in numeris: neque impar neque nō impar numerus erit: sed impossibile: ex diffinitiōe vero palā. Amplius in infinitū vadet & non solū emologia quæ sunt erūt sed plura. Iterū enim est hoc negare ad dictionē & negationē, & hoc erit aliquid: nā substātia est quædā ipsius alia. Amplius interrogāte si est albū: dicit quia nō: nihil aliud negauit quā ipsum esse. Negatio vero est quæ nō esse.

Et dignū est vt cogantur ad dicēdum hoc qui nō dicunt ambigēdo: sed disputādo tantū: quod hoc nō est verū: sed verum per hoc. Et sicut prius fuit dictū: necesse est vt dicens hoc faciat omnia relatiua ad existimationē & sensum esse: ergo non fuit aliquid nec erit si aliquis prius nō existimauerit, & si: res generatæ sunt: aut erunt. manifestū est q̄ nō omnia referūtur ad existimationē & etiā aut referē vnū ad vnū, & ad terminatū, & ad idē & similiter duplū & æquale, & nō refertur æquale ad duplū. Et cū hoc si refertur homo & existimāt per illum ad suā existimationē ad illud quod existimatur, & finxerunt ambo idē tūc illud quod existimat nō est homo: sed existimatur per illū etiā. Et si vnaquaque rerum refertur ad illud quod existimatur: tunc illud quod existimatur refertur etiā ad res infinitas in forma. Iste igitur est sermo noster in istis sermōibus suis, & quare sermo eorū ē hmōi. Et si est impossibile vt duo cōtradictoria vera insimul sint in eodē: manifestum est quod si impossibile vt cōtraria sint insimul in eodē etiā, alterū enim eorū est nō esse, & nō esse nō est minus substātia, & nō esse est negatiuū de aliquo genere terminato. Si igit impossibile est dicere q̄p affirmatiua & negatiua sunt insimul: rectū videtur vt sit impossibile vt cōtraria sint insimul. Sed forte dicetur aliquid ex vtroque, & forte dicetur alterū eorū modo simplici, & etiā impossibile est vt aliquid sit inter duo cōtradictoria: sed necessario aut affirmatiua: aut negatiua altera eorū erit de aliquo vno: postquā verū & falsum prius determinantur. Dicere enim quod ens nō est: aut illud quod nō est: est falsum, & dicere quod illud quod nō est: est verū: ergo dicens quod hoc est, & nō est: verdicat & falsat, & q̄p dicēs hūc sermonē nō dicit

quod ens non est neque illud quod non est, & etiam si aliquid est inter contraria. V.g. pallidū inter album & nigrum, & hoc erit verū in homine. Non enim secundum hāc dispositionem erit transmutatio & videtur quod illud quod nō trāsmutatur in bonum aut hoc in eo quod non est bonum, & hoc nō est manifestū modo: quoniā nō est transmutatio nisi ad res oppositas in situ, & media etiam, & si mediū fuerit secundum hāc dispositionē: tunc erit aliquod quod trāsmutatur in albū ex nō albo & hoc nō videtur modo, & etiā omne cogitatū & intellectū aut affirmatur aut negatur, & hoc manifestum est ex diffinitione vtrum sit verū aut falsum. Cū enim cōuenit aut affirmatiue aut negatiue erit verū: cum autē non conuenit erit falsum, & etiam oportet vt sit hoc in omnibus cōtradictorijs si non fuerit dictus sermo tantū. Si igitur cōtinget vt aliquis non vereatur: neque credatur etiā, & erit hoc in ente & nō ente etiam, & erit trāsmutatio nostra alia à generatione & transmutatione, & etiā oportet vt hoc sit in omnibus generibus in quibus accidit contrarium ex negatiua. V.g. an numeris, & vt in eis sit numerus neque par: neque impār: quod est impossibile. Et manifestū est ꝙ de numero proceditur in infinitū, & erūt res neque totum: neque medietas tantum: albū cum queritur si est, albū, & dicit quod non est aliud cum dicet negatiua non quia est negatiua aut quæ non est.

27 Dicit & reſū est vt qui non dicit hunc sermonem propter dubitationes contingentes ei & ambiguitatem: sed dicit proterintendo & cōtradicendo: scilicet hoc non esse verum vt cogatur ad dicendum impossibile cōtingens ei prius. D.dedit illud impossibile. Et d. & sicut prius fuit dictum &c. id est, contingit enim dicenti hoc: vt omnia entia sint relata ad sensū & ad cognitionē. & hoc intendebat cū d. ad existimationē.

D.d. ergo non erit aliquid &c. id est, & contingit huic sermoni hoc scilicet quod nunquā fuit aliquid & nunquam erit si aliquis prius non existimauerit illud. Et dicit hoc: quia entia secundum opinionē hanon erūt præter existimationes hominū. Deinde dicit & si res sunt ingenerate &c. id est, sed quia manifestum est aliqua generata esse & existentia extra animam: licet aliquis nunquam existimauerit in eis aliqua existimatione: manifestum est quod entia non sunt existimationes: tunc enim nulla generatio esset omnino, & tunc loquens loquendo si aliquis non existimaret ipsum esse non esset. Deinde dicit quoniam autem refertur vnum ad vnum &c. id est, & etiam si omnia entia sunt relatiua ad existimationes hominum, & relatiuum refertur ad aliquid terminatum: necesse est vt homo ad cuius existimationem referuntur entia sit ens per se: & non relatiuum omnino. Deinde dicit & cum hoc &c. id est, si igitur homo existimans non est ens per se: sed relatiuum ad suam existi-



mationem: tunc etiam existimatio erit relata ad aliquam existimationē & procedit in infinitum: & hoc intendebat cum dicebat & si vnaquæq; rerum refertur &c. Deinde dicit ist ergitur est sermo &c. id est istis igitur sermonibus contradicemus & demonstrabimus causas erroris eorum. Deinde dicit, & si est impossibile &c. id est cum manifestum est per se & concessum apud negantes illud per istos sermones prædictos: manifestum est quod impossibile est quod affirmatiua & negatiua congregentur in eodem: ergo & impossibile est vt duo contraria cōgregentur in eodem. Et causa in hoc est: quia alterum duorum contrariorum est priuatio alterius: & illud inquantum est oppositum enti non est minus quā non esse quod opponitur substantiæ. Et in alia translatione loco huius dicit: contrariorum autem alterum est non esse nō contradictoriorum non esse enim substantia. Deinde dixit, & non esse est negatiuum de aliquo genere terminato. i. & causa in hoc quod illud nō esse est æquale ad non esse quod est in substantia in hoc quod impossibile est vt sit cum illo cuius est. D.d. & si impossibile est vt affirmatio & negatio &c. id est quia contrarium est negatio propria alicuius generis: sicut est dispositio in priuatione substātiæ. quoniam quicquid negatur a specie, scilicet negatione simplici negabitur a specie, scilicet negatione propria. Deinde dixit. & forte &c. id est si d. forte vtraq; inuenietur in eodem: & hoc erit in contrarijs habentibus medium: sed in potentia sicut albedo & nigredo inueniuntur in pallore: sed non in actu nec perfecte. D.d. & forte alterū dicetur modo simplici, id est & forte alterum inuenietur in re simpliciter, id est perfecte: & tunc non inuenietur in eo alterum nisi in diuersis temporibꝰ. Et in alia translatione loco totius istius est aliud manifestius sic: & si impossibile est illud simul negetur & affirmet: impossibile est enim vt cōtraria sint insimul: sed quandoq; hoc & quandoq; hoc. D.d. & etiam impossibile est vt aliquid sit inter duo contradictoria posita inueniatur verū & falsum. i. quia diffinitio veri est illud quod non est falsum: & diffinitio falsi est illud quod non est verum: vnde manifestum est ex hoc quod cōgregentur in eodem esse impossibile. D.d. dicere enim quod ens non est &c. i. & cū declaratū est qd' diffinitio veri est diuersa a diffinitione falsitatis qui dicit in eo quod est ꝙ non est falsat: & qui dicit in eo quod nō est, qd' est falsat etiā. Et intendit per verū esse siue affirmatiuū siue negatiuum est illud quod est extra animam secundū quod est in anima: falsum autē e conuerso. D.d. dicens igitur quod hoc est & nō est veridicat & falsat. i. cū impossibile est qd' verū & falsum cōgregenf in eodē: tūc dicēs in aliquo ꝙ est hoc: aut nō est hoc necessario aut veridicat aut falsat: quia illud qd' veridicauerit fuerit secūdū id qd' est extra alam siue esse siue nō esse erit verū: sinaūt falsum. D.d. & dicens hoc non erit &c. id est & qui hoc opinatur non opinatur ꝙ ens est non ens: & neq; ꝙ non ens est ens. D.d. & etiā si aliquid est inter cōtraria sicut pallidum &c. id est & si contraria habent medium tunc inter hominem & nō hominē erit mediū. D.d. quia secundū hanc dispositionē erit transmutatio &c. id est & si inter hominem & eius priuationem est medium & opposita inter quæ est medium sunt illa quæ transmutantur adinuicem: tunc erit trāsmutatio ex nō esse in esse. Verbi gra, vt sit trāsmutatio ex non bono ad bonum.

Alterū duorū cōtrariorū est priuatio. Idem. 2. phys. cō. 15. & quæ ibi.

Vide. 5. ph. 6. 19. 32. & 6. phy. 32.

a Cognitū est primū q̄ trāsmutatio est ex oppositis: aut ex medijs inter ipsa. Idē primo physi. 2. 43. vsq; ad 50. Idē primo de gener. 50. Idem 10. met. 23. & 2. de aia. com. 44. 5. physi. 6. & 12. meta. t. com. 6.

Quod inueniatur i aliquo naturaliter non inueniſ in quodam eiꝰ & quodā non. Idē 2. ce. cō. 59. & prīo poſte. c. 8.

Documentum.

bonū. D.d. & hoc nō est manifestū &c.i. qm̄ cognitū a est primū q̄ trāsmutatio est ex oppositis quorū vtrūq; est ens: & quæ maxime distāt in esse: aut ex medijs quæ sunt inter illa. D.d. si igitur medīū fuerit secundū hāc dispositionē &c.i. si igit medīū fuerit inter affirmationē & negationē: tunc mutatio eius quod mutatur ad album nō erit ex albo: sed ex nigro: & ex priuatiōe albi: & hoc est impossibile scilicet vt nō esse alteretur in esse: & esse in nō esse. D.d. & etiā omne cogitatū &c.i. & etiā manifestū est quod omne imaginatū aut affirmat de eo aliquid: aut negat de eo aliq̄d: aut ipsum affirmabile aut negabitur. D.d. & hoc manifestū est ex diffinitiōe &c.i. & manifestabit ex diffinitiōe veri & falsi q̄ nō habent medīū: qm̄ cū conuenerit &c.i. qm̄ cū cōueneret affirmatiue: aut negatiue illud quod est extra animā erit verum: & si nō conuenerit erit falsum. D.d. & etiā oportet vt illud sit in omnibus &c. id est & etiā si fuerit necesse vt inter cōtradictoria secundū affirmationē & negationē sit medīū: oportet vt hoc sit in omnibus cōtradictorijs: quod enim inuenitur in aliquo naturaliter: non inuenitur in quodā eius: & quodā nō: nisi hoc sit verbis tm̄: non ratiōe. D.d. & si hoc cōtingit vt aliquis nō verificet &c.i. & sic cōtradictoria habeāt medīū cōtingit vt nullus homo veridicet in altero contradictoriorū & falset in altero: sed pōt falsare in ambob⁹: sicut in duob⁹ oppositis: q̄ habēt medīū. D.d. & erit trāsmutatio alia a generatiōe & corruptiōe. i. & cōtingit secūdū hoc vt alia trāsmutatio sit a trāsmutatiōe quæ dicit p̄priatōe & vniuersaliter alijs quatuor trāsmutationib⁹. Et in alia trāslatiōe est inter generationē & corruptionē. D.d. & oportet etiā vt hoc sit in oīb⁹ gen oīb⁹ &c.i. & cōtingit secundū hāc dispositionē vt inueniāt inter cōtraria quorū vnū est vis affirmatiue & negatiue: adeo q̄d inter parē & imparē sit numerus neuter. D.d. & est manifestū &c.i. & hoc est impossibile: quoniam si inter parem & imparem fuerit numerus: tunc ille numerus diuidetur in parem & imparē: inter quos erit numerus neuter. & sit ille neuter diuidē: & sic in infinitū. D.d. & erit res nō totā neq; medietas tm̄ & in alia translatiōe: sic. & nō erit numerus medietas totiꝰ tm̄: nec alij modi etiā: & iste sermo est difficilis ad intelligēdū: & p̄ hoc intēdit vt mihi videt q̄ secūdū hāc sermonē cōtingit vt natura numeri diuidat in infinitū sicut q̄ntitas cōtinua diuidit in medietatē. & q̄ compositū fuerit aliq̄d totā cōtinuū diuidet in duo media. & vtraq; medietas illarū diuidet etiā in duo media: & sic in infinitū. & est manifestū q̄ numerus nō diuidit sic semp: hoc em̄ nō inuenit nisi in continuo. D.d. cū quærit si est albū &c.i. & ille a quo quæritur in aliquo q̄d est albū: & dixerit q̄d nō est aliud cōcedit q̄d nō est aliud ab albedine & ista est concessio quod affirmatiua & negatiua non habent medium.

Venit aūt hæc opinio quibusdā sicut & aliæ inopinabiliū. Qm̄ em̄ soluere nō possunt oratiōes cōtētiosas: annuētes oīoni confirmāt verū esse qd̄ est syllogizatū. Hi qdē igit̄ ꝓpter talē cām dicūt. Illi v̄o ꝓpter oīm rōnē inquirere. Principiū aūt ad hos oēs ex diffinitiōe. Diffinitiōe vero fit ex ipso significare aut necessariū esse. Ratio nāque cuius nomē est signū diffinitio sit.

Videt



Videt aūt Heracliti quidē ratio dicēs oīa esse: & nō esse oīa vera facere. Quæ vero Anaxagore esse aliquid mediū cōtradictionis: quare oīa falsa. Nā quādo miscentur nec bonū nec nō bonū est mixtum: quare nihil dicitur verum. CAP. VIII.

H Ratio quam significat nomen est diffinitio.

DEterminatis aūt his palā quod vno modo dicta: & de oībus: impossibile est esse sicut quidā dicunt. Hi quidē nihil dicētes verū esse: nihil em̄ ꝓhibere dicūt sic oīa esse: sicut diametrū cōmēsurabilē esse. Illi vero oīa vera fere nāq; ipsis ratiōes eędē Heraclito. Nā qui dicit quod omnia sunt vera: & oīa falsa: & seorsum dicit rationē vtrāq;: quare si sunt impossibilia: & hoc impossibile est. Amplius aūt euidēter cōtradictiōes sunt: quas nō est possibile simul esse veras nec falsas oēs: & hoc quidē putabit magis cōtingere ex dictis. Sed ad oēs tales oratiōes oportet quærere quēadmodū in superioribꝰ sermonibus dictū est: aut esse aliquid: aut nō esse: sed significare aliquid. Quare ex diffinitione disputandū: accipientes quid significat esse verum aut falsum. Et contingit ista existimatio hominibus sicut aliæ opiniones mirabiles: quia non potuerūt dissoluere sermones aduersariorum: & ideo dixerunt sermones illorum: & verificauerunt argumentationes illorū. Quidam igitur dicunt istos sermones propter istam causam: & quidam qui quæsierunt rationē in omnibus rebus: & principiū in oībus istis rebus erit ex diffinitiōe. Et diffinitio est illa quæ significat rem necessario. Ratio enim quā nomen significat est diffinitio. Et videtur quod sermo Heracliti affirmat quod omnia sunt vera: & quod non omnia sunt vera. Sermo aūt Anaxa. affirmat aliquid esse inter duo extra contradictoria: sunt igitur omnia falsa: qm̄ cū admiscentur mixtum nō erit bonū: neq; nō bonū. Ergo impossibile est vt aliquid dicatur vere. & cum igitur distincta sunt ista: declaratum est quā impossibile est vt res sint illa quæ dicuntur eodē modo: & neque quæ dicuntur de omni: sicut quidā dixerunt. Quidā enim dixerunt quod nihil est verū: & nullū albū nigro. In greco isti sermones sunt sicut sermones Heracliti. Qui enim dicit eos esse veros & falsos: non diuidit inter istos duos sermones: & dicit vtrūque esse. Illa igitur impossibile est vt sint ista: & manifestum est quod impossibile est: & hoc declarabitur etiā ex hoc qd̄ contradictoria sunt illa quæ impossibile est vt sint insimul vera: aut falsa oīa: & si existimet ex prædictis hoc esse impossibile

bile: sed oportet vt sint contradictiones super omnes qui sunt: sicut isti secundū q̄ prædictū fuit in sermonibus prædictis aliquid esse & nō essesed significat aliquid. Et tūc disputabimus cum eis ex diffinitione cum inuenerimus quod significat verū.

28 Idest: & accidit ista existimatio mirabilis quibusdam hominibus sicut accidunt alie opiniones mirabiles quæ nō existimantur dici ab aliquo homine: & ex hoc quia nō potuerunt dissoluere quæstiones hominum quærentium & dicētium hanc opinionem esse: & ideo dixerūt sermones eorū.i. & ideo opinati sunt hanc opinionē & studuerunt in cōfirmando & verificādo argumētationes eorū. D.d. quidā igitur dicunt &c.i. quidā igit dicebāt istos sermones propter dubitationes contingentes eis: & quidā propter hoc opinabantur q̄ necesse est verū sit vt ola habeāt diffinitiones naturales: & cū viderūt q̄ sensibilia nō habent diffinitiones naturales negāt scientiā: & innuit Heraclitū. D.d. & principiū in omnibus istis rebus erit ex diffinitione.i. & principiū disputatio nis cū istis in omnibus istis sermonibus erit ex verificatione diffinitionū secūdum q̄d res diuersæ habent diuersas diffinitiones: qūm si hoc cōcesserint destruentur sermones eorū: & si hoc nō concesserint disputatio cū eis destruetur: qūm si diffinitiones nō sunt nomina nō erūt: & sic auferretur sermo. D.d. & diffinitio est illa &c.i. & diffinitio est illa quæ significat illud q̄d nomē significat. Sermo enim qui significat illud est diffinitio necessario: & hoc est in speciebus & nō in individuis. Et.d. hoc ad declarandū q̄ cū fuerit cōcessum q̄ species habēt nomina propria q̄ cōpringet vt habeat diffinitiones proprias & necessarias & cū ita fuerit diffinitio affirmatiuæ erit alia a diffinitione negatiuæ: & ideo impossibile est vt affirmatiua & negatiua sint idē & vt ūdlibet sic in quolibet quemadmodū impossibile est etiā vt oēs scientiæ sint falsæ. nō enim ola sunt semper in transmutatione: sicut finxerunt existimantes q̄ nulla res habet diffinitionē necessariā propter hoc q̄ semper sunt in trāsmutatione. D.d. & videt q̄ sermo Heraclisi &c.i. & videt q̄ sequit ex sermone Heraclitiin quo dixit q̄ ola sunt semper in trāsmutatione: q̄ oēs sermones sunt veri. & oēs etiā sunt falsi. nō trā q̄ oēs sunt falsi sicut fingebat Heraclit⁹. Trāsmutatio est media est inter esse & nō esse: & ideo trāsmutatum potest dici ens & nō ens: & erit ens & nō ens insimul. Motus enim componitur ex esse & nō esse. & ideo describitur sic motus est perfectio eius quod est in potētia in eo quod est in potentia. Deinde d. sermo aūt Anaxagoræ &c.i. quia medū est neutrum extremorum: & Anaxagoras dicebat mixtum esse quod non est ens neq̄ nō ens videbatur dicere medium inter ens & non ens. Deinde dicit. omnia igitur sunt falsa &c. idest quoniam affirmatiua & negatiua falsant insimul in mixto: quia propter omnes existimationes erunt falsæ. Deinde dicit & cum ista sunt distinctā &c. idest declaratū est igitur q̄ impossibile est vt res sint particulares aut vniuersales: sicut quidā dicebant q̄ nullū eorū est verū. & quod omnia sunt falsa. Et inuenimus in vno loco aliter in alia translatione sic illa autem omnia sunt vera. i. declaratū est igitur q̄ sermo dicentis quod omnia sunt falsa est falsus: & similiter sermo dicētis q̄ omnia sunt vera. Et videtur mihi q̄ diminuit etiā a libro hoc. s. q̄ cū falsum est

I Transmutatio est media iter esse & non esse. Motus cōponitur ex esse & non esse. 3. physi. t.c. 6.



ACcidens dicitur quod ineſt alicui & verum est dicere, tamen neq; ex necessitate neq; secūdum magis, puta iam aliquis fodiens plane fossam thesaurū inuenit. Hoc igi accīs fodiendi fossam inuenire thesaurum



thesaurū: nec enim ex necessitate hoc ex hoc: aut post hoc: nec vt secūdum magis siquis plantat thesaurum inueniet. Et quis vtiq; musicus erit albus: sed quoniā nec ex necessitate: nec vt secundum magis hoc fit accidēs ipsum dicimus. Quare quoniā est exists aliq̄d: & alicui: & horum quædā: & alicubi & q̄n quodcūq; extiterit quidē sed nō quia hoc aut nūc aut hic accidens existit. Nec est aliqua causa determinata accidētis sed cōtingēs: hoc aūt indeterminatū. Accidit eīm alicui eginā venire si nō propter hoc aduenit vt illuc veniat: sed ab hyeme expulsus: aut a latronibus captus: euenit quidē & est accidēs: & nō in quātū ipsum: sed inquantū alterū. Hyems enim est causa non quo nauigabat veniēdi. Hic autē erat egina. Dicitur & aliter accidēs: vt quæcūq; existūt vnicuiq; secundū se: nō in subsātia entia: veluti triāgulo duos rectos habere: Et hæc quidē cōtingit sempiterna esse. Illorum vero nullum. Huius autē ratio in alīs.

Et accidens etiā dicitur illud qđ est alicuius: & dicit de eo vere sed nō necessario: neq; in maiori parte: vt si aliquis foderit foueā ad aliquā intentionē & inuenit thesaurū. Nō enim est necessariū vt hoc sit ex illo: neq; in maiori parte, scilicet inuenire thesaurum post fossuram foueæ. Et similiter vt aliquis musicus sit nō albus: dicit enim q̄ accidit hoc: nō enim est hoc necessariū neq; vt sit in maiori parte. Ergo q̄a est aliquid alicuius: & quia quædā sunt in loco: & in aliquo ꝛpe secūdū q̄ sunt: non secūdū causam quæ est hic primo modo. Nūc aūt hic est accidēs: & accidēs nō habet eām terminatā o.nomisi casu: & sedm hoc non est terminatū: vt dicit q̄ accidit ire athenas casu. i. sed nō intēdebat ire illuc: sed subito venit vētus fortis: aut latrones occupātes: & ducētes eos illuc. Et hoc est accidēs: & nō est q̄ est: sed aliud: ventus enim est causa eundi ad illū locū qui nō intendebat. Et dicit accidens alio modo: vt omnia quæ sunt alicuius per se: & non in subsātia: vt triangulus habet rectum. Istæ autem possibile est vt sint æterna etiam: ex illis autem nullum. & sermones de hoc sunt in alīs.

35. Primus modus. Idem 2. phy. 4.8. Secundus modus.

IDest. & accidens dicitur de illo qđ existit in aliquo vero sed non necessario neq; in maiori parte. Verbi gratia. vt aliquis fodiat foueam ad plantandum & inueniat thesaurum dicitur enim quod accidit fossori. Inuenire enim thesaurum per fossuram ad plantādum non est necessariū neq; in maiori parte. Deinde dicit. & similiter &c. ideſt & prope hanc intentionem est quod musicus non est albus: differūt tamen hæ duæ intentiones. prima enim est de casu: hoc autem de prædicabilibus per accidens: & differunt in hoc: prima est causa: & hoc nō

est causa sed adiunctum cum causa, scilicet quod fossura est causa inueniendi thesaurū: sed per accidens: non album enim non est causa musici neq; per se neq; per accidens: sed accidit homini qui est causa musici q̄ fuit niger. & iam dedit differentiam in secundo physicorum. Deinde dicit ergo quia est aliquid &c. idest q̄ oē quod est in tempore & loco dicitur in omni q̄ conuenit loco aut tempori: quod est causa per accidens non vere: sed quia tantum conuenit in tempore aut in loco. In loco autem sicut fossura conuenit thesauro in loco fossurę: in tempore autem vt si cum fiat aliqua coruscatio moriatur aliquod animal. D. d. & accidens non habet causam. i. quod dicitur fieri per accidens nō habet cām nisi casum: casus vero necessario nō est cā. Cā eñ determinata est & nō casus. & intendit per hoc q̄ dicit terminatum: terminatum in respectu causati, idest q̄ causatum nō potest fieri nisi per illum: quod eñ fit a pluribus causis: non erit a causa terminata: & hic est dispositio eius quod est a casu. & illa duo exempla quæ induxit sunt intellecta per se.

Secūdo ph. 49. & 50.

Secūdo ph. 40. & 50.

D. induxit alium modum de accidente &c. d. & dicitur accidens alio modo &c. idest & hoc nomen accidens dicit alio modo sic. & est oē q̄ naturaliter prædicatur de aliquo sed nō est substantia illius de quo prædicatur: sicut dicimus q̄ triāgulus habet tres angulos æquales duobus rectis. Deinde dicit ista autem &c. idest & istud accidens differt ab accidente prædicto in hoc q̄ ex isto inueniuntur aliquod necessarium: in prædicto autem nullum est necessarium: & d. hoc quia accidētia quæ dicūtur ponere substantiæ quædam sunt necessaria quædam non necessaria. scilicet separabilia: & sermo de hoc est in aliis, idest & loqui de accidētibus & de modis suis pertinet ad alium tractatum: etenim hic non intendit nisi exponere tantum nomina.

Tertiꝰ modus.

Finis libri quinti phylosophiæ primæ Aristotelis.

## Aristo. Lib. Sextus primæ philosophiæ incipit.

Sextus metaphysicæ partitur in duas summas.

Prima est a textu primo vsq; ad quartum: in qua patefacit modum disputandi de entibus qui conuenit metaphysicæ per differentiam ad alias disciplinas.

Secunda est a textu quarto vsq; in finem: in qua refellit a cōsideratione huius scientiæ ens aliquibus modis dictum secundum quos modos de ente hic non agitur.

### Capitulum Primum.

PRincipia & causæ quæruntur entium: palam autem quod inquantum sunt entia. Est enim aliqua causa sanitatis & conualescentiæ. Sunt etiam mathematicorum principia: elementa & causæ. Et totaliter omnis scientia intellectualis participans aliquid intellectus, circa causas, & principia est: aut certiora: aut simpliciora. Sed omnes istæ circa vnum quid: & genus aliquod circūscriptæ de hoc tractant: sed non de ente simpliciter: nec inquantum est ens nec de ipso quod quid est vllam rationem faciunt. Sed



Sed ex hoc alī quidem secundū hoc facientes ipsum manifestū: alī per suppositiones accidentes quod quid est: sic quæ sunt secundum se insunt generi circa quod sunt demōstrant: aut magis necesse: aut infirmius. Quapropter palam: quia non est demonstratio substātiæ nec eius quod quid est ex tali inductione sed quidam alius modus ostensionis. Similiter autem nec si est: aut non est genus circa quod versantur quicquā dicunt propter eiusdem rationis esse ipsum qd̄quid est manifestum facere: & si est hoc. Quoniam vero physica scientia est circa genus quoddā entis. Nam circa talem est substantiam in qua est principium motus: & status in ea palam: quia nec actiua nec factiua est. Factiuarum enim in faciente principium: aut intellectus: aut ars: aut potentia quædam. Actiuarum vero: quæ in agēte prohæresis. Idē eñ agibile & eligibile. Quare si oīs scia aut actiua: aut factiua: aut theorica. Physica theorica quędā est: sed theorica circa tale ens q̄ est posse moueri: & circa substātiā quæ secundū rationē: vt secundū magis nō separabilē solū.

A Non est demonstratio substantiæ. B iusdem rationis est q̄ qd̄ est: & si est manifestum facere.

MAnifestū est qd̄ principia & causæ entiū sunt quæsita secm̄ q̄ sunt entia simplr. aliqua eñ est causa sanitatis & infirmitatis: & res exercitabiles habent principia: & elemēta: & causas. Et vlr oīs scientia cogitatiua habet principiū: aut secundū finem perscrutationis: aut secundum perscrutationem simplicem. Et quia vnaquæq; istarum continet aliquod ens & aliquod genus: ideo vtitur illo: & non vtitur: & quærit ens vniuersale: neq; secundū qd̄ est ens: neq; aliqua earū pscrutat̄ p qd̄ est oīno. Sed quædā secundū hāc intētionē affirmat qd̄ est sensu: & quædā affirmat secundū positionē: & secundū hūc modū demōstrant & declarant quæ sunt per se generis sub quo continet: aut necessario: aut facilius. Et ideo manifestum est ex sequentibus q̄ substantia non habet demonstrationem: & si non cuius est: sed aliam significationē quoquo modo. Et similiter etiam non narratur omnino si genus quo vtitur est: aut si non est. In vna enim cogitatione declaratur quid sit & vtrū sit. Et cum scientia naturalis est etiam alicuius generis entis: continet substātiam in qua est principiū motus: & quietis: manifestum est qd̄ non est actiua: neq; artificialis. Principium enim rerum actiuarū est in agente: aut intellectus: aut ars: aut aliqua virtus. Et principium artis est in artibus. i. voluntas. artificiatum enim & voluntatum fuit idē. Oīs

ergo cogitatio agens & speculans habet aliquā cōsiderationē & ita speculat de ente quod impossibile est moueri: & de substātia quæ in maiori parte est quasi diffinitio non abstracta.

a Ens primo diuidit in ens per se & in ens p accidēs. Vide oppo. 1. physi. cō. 6. Et. 5. meth. t. cō. 14. Et 3. ph. 5.

QVia in hoc tractatu intendit perscrutari inter species entis de ente quod est per accidens cū ens a primo in hæc duo diuidat. s. in ens quod est per se: & ens qđ est per accidens: incæpit rememorationē facere de illo quod declarātū est in tractatu tertio. s. q̄ ista sciētia b habet cōsiderare de omnibus speciebus entiū secundū q̄ sunt entia. & dat super hoc testimonia. Et. d. manifestū est q̄ principia & ca. manifestū est q̄ iam declaratur scientiā esse perscrutantē de ente secūdū q̄ est ens: & de principijs entiū: & causis eorū: & de ente nō secundū q̄ ens est tale. Cū enim sint entia diuersis modis: manifestū est q̄ cōsideratio de eis est duobus modis: aut cōsideratio de vnoquoq; illorū secundū proprios modos habitos: aut consideratio de eis secundū illud in quo conueniūt inquantū sunt entia. Et cum positit q̄ necesse est vt ens simpliciter habeat causas simplices: incæpit declarare hoc. Et. d. aliqua enim causa &c. id est & per inductionē sciētiarum & per hoc quod credimus q̄ scire aliquid cōstat ex sciēria causarum: apparet q̄ omnis scientia & omnis ars habeat causas de quib⁹ perscrutetur: sed hæc est scientia perscrutans de ente simplici: ergo habet perscrutari de causis eius simplicibus. c Et intendit per res exercitabiles scientias mathematicas: & per scientiam d cogitatiuā scientiam speculatiuam & per perscrutationem simplicem illam quæ nō est valde certa. Scientiæ e enim diuersantur in hoc secundū diuersitatem naturæ subiectæ. Et potest intelligi q̄ quædā scientiæ perscrutantur de causis respectu alicuius: & quædā de causis simpliciter: & ista est intentio expolita magis conueniens. Et cū declarauit his duabus propositionibus quod scientia cōsiderans de ente simplici habet considerare causas: incæpit declarare etiam aliquam scientiam esse considerantem de ente simpliciter. hoc enim positum fuit in prædicta argumentatione: & dixit, & quia vnaquæq; istarum &c. id est & quia apparet q̄ nulla scientiarū particularium, scilicet quæ propriè cōsiderant de aliquo genere perscrutetē de ente secundū q̄ est ens. manifestū est aliquā scientiam esse perscrutantē de ente simplici. Deinde dixit, sed quædā &c. id est sed quædā scientiarū perscrutantur de ente proprio ponēdo illud esse sub sensus: & quædam perscrutantur de ente concedendo illud esse vt arithmeticus qui ponit vnum esse. D. d. & secundū hūc modū demonstrant &c. i. & demonstratio qua ipsi vtuntur in singulis artib⁹ est rerum essentialiū existētiū in illo genere sub quo continentur: & demōstratio quæ fit in talibus artib⁹ cōstat aut ex necessarijs propositiōib⁹: aut in maiori parte: & hoc intēdebat cū dixit aut facilius. Deinde dixit, & ideo manifestū est &c. i. & quia demōstrationes f nō fiūt nisi ad res essentiales existētes in illo genere de quo cōsiderat ista ars: nō ad genus ipsius artis: nec ad speciem eius. visum est q̄ substantiæ non habent demonstrationē. Demonstratio enim est de substantijs ad accidentia: substantia autem non habet substantiam: & ideo substantiæ non habent demōstrationes: quæ sunt diffinitiones transmutatæ in situ. sed hoc tantum

C de ala. com. 35.

f Demonstratio non



tunē reperietur in accidētibus. Sic autē intelligendū est hoc quod dixit qđ substātia nō habet demonstrationē: nec p illud q̄ est substātia, id est, simplicem demōstrationē quæ reddit causam & esse insimul. Deinde dicit sed alia significationē quoquo modo, id est, sed substantia habet aliam significationem a modo demonstratiuo ex quo significat quid sit: aut suum esse. Et forte innuit posteriora in scientijs naturalibus, & non possunt sciri substātiæ rerum nisi ex posterioribus, id est, ex accidentibus, & isti modi demōstrationū sunt signa. Et forte innuit a per aliam significationem viā diuisionis & compositiōis aut omnia ista plures b enim diffinitiones substantiarū sciuntur in his tribus vijs.

Deinde dicit & ideo non narratur omnino &c. id est, & ideo nulla scientia potest demōstratæ aliquam speciem illius generis de quo considerat vtrum sit aut non. Eiusdem c enim scientiæ est scire aliquid esse, & quid sit quod sit per simplicem demonstrationē. Et cum declarauit quod aliqua scientia debet esse quæ perscrutetur de ente simpliciter: incepit declarare quod ista scientia non est scientia naturalis, & prius quod scientia naturalis non est operatiua, & d. & cuius scientia naturalis est alicuius generis &c. id est, & cū scientia naturalis est in omnibus rebus naturalibus mobilibus & quiescentibus manifestū est quod scientia naturalis est non generatiua. Deinde dicit causam in hoc & d. principiū enim rerum actuarum &c. id est, principium rerum factarū a nobis est in agente scilicet ab intellectu: aut in arte. aut in alijs potentijs similibus arti, & in nobis non est potentia: aut principiū faciens naturalia. Deinde incepit exponere hoc &. d. & principiū artis &c. id est, & est manifestū quod primū principium rerum artificiatarū quod est in nobis scilicet in artifice est voluntas: artificiatum enim & voluntas idē sunt in forma. Et intendebat ipse per hoc quod illa quorū principiū est voluntas sunt alia ab illis quorū principia sunt natura & quod scientiæ istarum sunt diuersæ. Deinde dicit omnis igitur cogitatio, id est, omnes igitur cogitationes agentes & operantes & quæ vtuntur argumētatione sunt arguentes secundum aliquid non arguentes simpliciter: cū scientia in eis non sit nisi propter opus, & per hunc sermonem videtur quasi dare differentiam inter speculatiuas & operatiuas, & si tantum dat exemplum de sciētia naturali. Deinde dicit, & ipsa perscrutatur &c. id est, & intendit scientia naturalem, & intendit per hoc quod dixit formam & animam sunt enim immobiles essentialiter. & plures partium eius animæ non sunt abstractæ per diffinitionē. Et dixit in maiori parte propter intellectum. Et si fuerit lectus iste locus & de substantia quæ impossibile est moueri addito isto aduerbio, non, tunc posterius intelligere ex eo omnia de quibus considerat scientia naturalis: sed in omnibus a quibus correximus istum librum quem glosamus inuenimus sine, non.

Oportet autē quodquid erat esse, & rōnē quīo est nō latere: tanq̄ sine hoc quærere nihil facere sit. Diffinitiū autē & ipsorū quodquid est: hæc quidē ita sunt vt simum: illa vero vt concauum. Differunt autē hæc quia simū quidē conceptum est cū materia: est autem simum nasus cōcauus: concauitas vero sine

sic ad genus ipsius artis nec p ad speciē eius. Idē 2. de ala. 27

Vide tū opa de specie. 4 cæli. c. 32.

a Vide pri. de ala. 11.

b Plures diffinitiones substātiarū sciuntur his trib⁹ vijs. s. via diuisionis & cōclusionis & demōstratiōe signi. Idē. 4 phy. c. 2. Et 1. de ala. c. 5.

c Eiusdem scientiæ ē scire aliqd esse & qđ sit. Vide instantiā in. 2. phy. 1. com. 26.

Artificiatū & voluntas idē sunt in forma. Vide 2. met. 1. c. 3.

Diffinitiū & ipsorū q̄ quid est quædam sunt vt simum & quædā vt cō

Universidad de Deusto Biblioteca

nauū. Idē. 7. me. 34. &. 3. de aīa. 35. Et. 2. ph. 19

D

Mathematica abstrahit a motu. idē 3. me. te. 26. 3. Et. 7. me. tex. c. 35. Et 7. physi. 18. Et. 1. de aia 17. &. 2. ph. 71.

E

Scientiarum speculatiuarū diuisio. Honorabilissimā scientiā oportet circa honorabilissimūgenus esse. Idē prio de aia tex. cō. 1.

materia sensibili. Si ergo omnia physica similiter simo dicūtur: vt nasus: oculus. facies: caro: os: totaliter animal: foliū: radix: cortex: totaliter planta nullius enim ipsorū sine motu ratio, & semper habeāt materiā: palā quomodo oportet in physicis ipsum quodquid est quęrere & diffinire. Ideoq; & de anima quā dā est speculari physici quæcūq; nō sine materia est. Ergo quia physica est theorica manifestū est ex his. Sed est & mathematica theorica: sed si immobiliū est & separabiliū nō est adhuc manifestū. Quia tamē mathematica inquātū immobilia & inquātū separabilia speculat palā. Si vero est immobile est aliqd & separabile & sempiternū: palā qa est theoricę id nosce rem̄ō th est physice. Nā de mobilib⁹ qbusdā ē physica: nec mathematicæ: sed prioris amborū. Physica nāq; circa inseparabilia quidē sed nō immobilia. Mathematicæ autē quædā circa immobilia quidē sed inseparabilia forsan: verū quasi in materia. Prima vero circa separabilia & immobilia. Necesse vero quidē oēs causas sempiternas, & maxime has. Hæ nāq; causæ sunt manifestis sensibiliū. Quare tres erūt physicæ theoricę. Mathematica. Physica. Theologia. Nō ēm manifestū quia si alicui diuinū existit in tali natura existit. Et honorabilissimā scientiā oportet circa honorabilissimū genus esse. Ergo theoricę alīs scientijs desiderabiliores sunt: hęc aūt de theoricis.

Et oportet nō ignorare illud cp signific̄at aliquid quid sit secundū essentiā & diffinitionē: qualiter est: quasi quærere absq; hoc: est facere nihil. Eorū aūt quę determinat & significat quid quædā sunt sicut simus, & quædā sicut profundū. Et differunt quia quędā accipiūtur cū materia: profundū aūt nō. Simus ēm est profundū in naso. Profunditas autē nō est sine materia sensibili. Et omnia naturalia dicūtur modo simili illi quo dicitur simus: vt manus, & oculus, & nasus, & caro, & os, & totū animal. Et folia, & radices, & tota plāta. Diffinitio ēm nō sit in aliquo istorū sine motu. Manifestū est igit cp in rebus naturalib⁹ quærit quid sit materia, & determinat, & quare sic etiā. Naturalis enim scientia habet cōsiderare de aliqua forma scilicet illa quæ nō est sine materia. Manifestū igit ex hoc cp scientia naturalis est aliqua scientiarū speculatiuarū, & etiā scientia mathematica scientiarū speculatiuarū. Sed manifestū nō est si scientia rerū quæ mouētur est abstracta etiā, & si sit manifestū cp quædam mathematica non mouentur, & sunt abstracta, & si aliquid sit sempi



sempiternū non mobile: aut abstractū etiam manifestum est etiā cp cognitio eius erit in aliqua scientia speculatiua alia a naturali. Scientia enim naturalis est rerū mobiliū. Necp mathematica: sed illa quæ est ante omnes istas. Scientia enim naturalis est rerū inseparabiliū: sed nō immobiliū. Et mathematicarū quædam sunt rectū immobiliū: sed nō videtur abstractæ: sed quasi in materia. Prima autē scientia crit rerum etiā immobiliū separabiliū. Vnde necesse vt omnia sint æterna, & maxime ista. Quoniā ista sunt causæ rerū apparentiū ex diuinis. Modi igitur philosophiæ essentiales sunt tres. Mathematicus naturalis & diuinus. Nullus enim ignorat cp si diuinus est cp est in tali natura. Et scientia nobilis debet esse nobilis generis. Aliæ enim scientiæ speculatiuæ sunt valde bonæ: sed ista scientia est melior omnibus scientijs speculatiuis.

2

Quia diuersitas artium ñ per diuersitatem modi terminorum vtendorū incepit declarare hoc. Et. d. & oportet &c. id est, & oportet nos nō ignorare modū: vtēdi diffinitionibus significantibus quidēj qualiter est ille modus in vnaquaq; arte & in hac arte: quærere ēm aliquid scire hoc nō determinato est quasi nō quærere. D. d. illa autē quæ determinant &c. id est, & via ad sciēdū hoc est vt primo sciamus qd̄j diffinitiones sunt duobus modis: aut sicut diffinitio similaris: aut sicut diffinitio profunditatis. D. d. & differētia etiā &c. id est, & iste duæ diffinitiones differūt: quia diffinitio similaris est cū materia sensibili: pfunditatis aūt est sine materia sensibili. Dicimus ēm in diffinitiōe similaris qd̄ est pro profunditas in naso, & accipit nasus qd̄ est aliquid sensibile in diffinitione.

3

Et dicimus qd̄ profunditas est demissio in superficie in qua nō apparet materia sensibilis: sed si apparuerit erit intelligibilis. D. dicit & omnia naturalia &c. id est, & in diffinitiōibus omniū rerū naturaliū apparet materia sicut in diffinitiōe similaris, & hoc est in omnibus mēbris animaliū sicut in diffinitione nasi, & oculi, & faciei, & carnis, & ossis: vniuersaliter cōsimiliū & nō cōsimiliū, & in toto animali, & similiter in omnibus partibus plantæ, & in tota planta. Nullū enim istorū habet diffinitionē absq; eo quod illa diffinitio accipiat aliquod; trāsmutabile. D. d. manifestū est igit cp in rebus naturalibus &c. id est, & cū diffinitiones rerū naturaliū nō possint fieri sine materia & forma: manifestū est qd̄ oportet naturalē quærere de materia rerū naturalium notificādo quid sit: & quærere secundū qd̄ est illud propter qd̄ est materia scilicet forma. D. d. naturalis ēm habet cōsiderare &c. id est, naturalis ēm habet cōsiderare de aliqua forma scilicet de illa quæ impossibilis est reperiri absq; materia. Et intēdebat qd̄ naturalis habet cōsiderare in vtroque scilicet de forma quæ est in materia, & de materia propter cōsiderationē de cōposito. Sed cōsideratio eius de formis naturalibus est prima intentione & de materia propter formā. D. d. manifestū est igit &c. id est, ex hoc apparet qd̄ scientia naturalis est speculatiua nō operatiua, & ēm in diffinitionibus rerū naturaliū apparet natura: licet in diffinitioni-

Idē. 2. physi. 21.

Considerātio naturalis est de formis naturalibus prima intentiōe & ma-

Universidad de Deusto Biblioteca

teria ꝓpter formam.

bus rerū naturaliū apparet natura: sicut in diffinitionibus rerū volunta-riarū apparet voluntas. Et etiā est manifestū qd' scīētia mathematica est speculativa, & qd' scīētia rerū immobiliū: sed nō est manifestū per se: et illa immobilia de quibus mathematicus cōsiderat sint abstracta ā mate-ria: aut sint in materia. Deinde dicit & si sit manifestū &c. id est, & si similiter fuerit declaratū qd' quædā mathematica sunt abstracta secun-dum diffinitionē si autē secundū diffinitionē & esse alia natura sit ab-stracta: tunc cōsideratio de eis nō erit naturalis scīētia: neq; mathemati-ca. Scīētia enim naturalis cōsiderat de rebus mobilib⁹. Mathematica au-tē de rebus abstractis secundū diffinitionē nō secundū esse sed cōsidera-tio de abstractis naturis est scīētiæ altioris istis, & hoc intēdebat cū dicit scientia enim naturalis &c. id est, & scīētia rerū abstractarū est alia a scīē-tia naturali & mathematica: quia scīētia naturalis considerat de rebus nō abstractis, & cū hoc non immobilibus. Mathematicarū autē licet quædam cōsiderent de immobilibus: sicut geometria & arithmetica: ta-mē vilum est qd' illa de quibus considerat nō sunt abstracta materia: im-mo coexistētia in materia, & si materia nō apparet esse in diffinitioni-bus eorū. D. d. prima autē scīētia &c. id est, & cum res abstractæ sint priores in esse nō abstractis: necesse est vt prima scīētia in esse sit scien-tia rerū abstractarū. D. d. & quæ nō mouetur &c. & intēdit ꝙ res immo-biles necesse est vt sint æternæ: magis quā æternæ mobiles diuinæ scīti-cet corpora cælestia. Sunt enī causæ istorū scilicet qd' substātia abstra-cta est causa corporū cælestiū. D. d. modi igit̄ phylosophiæ &c. id est manifestū est igit̄ ex hoc sermone qd' modi phylosophiæ speculatiuæ sunt tres scilicet scīētia rerū mathematicarū & naturaliū, & diuinarū scī licet substātiarū: in quarū diffinitiōe accipit deus, & intēdebat qd' quē admodū naturalia sunt ista in quorū diffinitiōe accipit̄ natura: ita diui-na sunt in illa quorū diffinitione accipit̄ deus, & voluntaria sunt illa in quorū diffinitiōe accipit̄ volūtas. D. d. nullus enim ignorat &c. id est. nō enī latet aliquē qd' est scīētia diuina quin sit in tali natura: scilicet ab-stracta. D. d. & scīētia nobilis &c. id est, & cū manifestū est per se qd' scīētia nobilior est generis nobilioris, & scīētia diuina est scīētia nobi-lior, ergo est nobilioris. Omnes enī scīētiæ licet sint nobiles: tamē scien-tia dei est nobilior illius cuius subiectū est nobilius omnibus subiectis.

Quare dixe-rit quædā. Vide. 12. me-ta. cō. 44. Et pri. met. 19. Et. 2. cq. 37. &. 2. ph. 18.

4

In diffinitio-nē diuino-rū sumit dē & naturaliū natura, & volūtariorū voluntas.

Si nō essent substātiæ ab-stractæ natu-ralis esset prima phy-losophia.

Dubitat enim vtiq; aliquis: vtrū prima phylosophia sit vni-uersalis: aut circa aliquod genus, & naturā vnā. Nō enim idem modus nec in mathematicis: quia geometria & astrologia cir-ca aliquā naturā sunt. Illa vero vniuersaliter est omniū cōmu-nis. Siquidē ergo nō est aliqua altera substātia præter naturas cōsistētes: physica vtiq; erit prima scīētia. Sed si est aliqua sub-stātia immobilis: hæc prior: & phylosophia prima & vniuer-salis sic. Et dignum est quærere vtrum prima phylosophia sit vniuersalis: aut alicuius generis: aut vnius naturæ. Nō enim est vna species: neque in scientijs mathematicis etiam: sed geo-metria: aut astrologia sunt alicuius naturæ. Et scientia vniuer-

salis



salis est cōmunis omnibus. Si igit̄ nō fuerit substantia aliqua alia a substātijs existētib⁹ a natura: tunc prima scientia est na-turalis. Et si aliqua substātia immobilis fuerit illa erit primū: & scientia eius erit prima philosophia vniuersalis et iam.

Id est. & rectum est quærere postquā declarauit talem scientiam esse quæ dicitur prima philosophia: vtrū ista scientia sit vniuersalis plurib⁹ generib⁹: aut eiusdē generis aut eiusdē naturæ. Deinde dixit, non est enim vna species id est apparet enim quod mathematica non est vnius generis: sed diuersorum generum. Geometria enim est naturæ diuersæ a natura cui⁹ est astrologia: & vtraq; est mathematica. Deinde dixit, & scientia vniuersalis communis est omnibus: id est si scientia illa fue-rit dignius est vt sit communis omnibus entibus. Deinde dixit, si igi-tur non fuerit &c. id est & manifestum est quod si non esset hæc alia substantia a sensibili: quia non esset scientia prior naturali. Deinde di-xit, & si aliqua substantia mobilis &c. id est & manifestum est etiam ꝙ si aliqua substantia immobilis est quod ista substantia est prima: & qd' scientia istius est scientia vniuersalis & philosophia prima. Et dixit in esse a quia ordo addiscendi istam scientiam est posterius: & ideo discimus eam post physicam.

3

a Scīētia di-uina est po-sterior via doctrinæ: sed est prima se-cundū natu-rā. Vide pro hoc. 4. met. cō. 4. &. 7. huj⁹. c. 19.

## CAPVT. II.

T quia prima de ente inquātū ens: huj⁹ vtiq; erit spe-cularis: tunc etiā & quid est: & quæ sunt inquātū ens. Sed qm̄ ens dictū simpliciter dicit̄ multipliciter: quorū vnū est qdē qd' secūdū accidēs & aliud qd' vt verū. Et nō ens est falsum. Præter hæc aūt sunt figuræ cathegoricæ: vt quid: quale: quārū: vbi: qñ. & si quid aliud significat hoc modo. Amplius præter hæc oīa quod potestate: & quod actu: qñ itaq; multipliciter dicī ens: primū de eo quod secūdū acci-dēs est dicēdū: ꝙ nulla est circa illud speculatio. Signū aūt: nul-la scientia eñ neq; actiua: neq; factiua studiosa est de eo: neq; theorica. Nō eñ faciēs domū facit quæcūq; accidūt domū face-re. Infinita eñ sunt: his quidē eñ voluptuosam: illis nociuam: alijs autem vtilē nihil prohibet esse factiuā: & altera vt est dice-re ab omnibus entibus: quorū nullius est ædificatiua factiua. Eodē autem modo nec geometria speculatur sic accidentia fi-guris: nec si alterū est trigonum: & trigonum: duos rectos ha-bens: & hoc ratiōabiliter accidit: quemadmodum enim solum nomine accidens est. vnde Plato modo quodam non male fos-phisticam circa non ens ordinauit. Sunt enim sophisticarum rationes circa accidens: vt est dicere maxime omniū: vtrū idem aut diuersum musicū & grammaticū: & musicus coriscus: & coriscus. Et si omne quod est: & nō semper: factū est. Quare si

F

Nō male fe-cit Plato in ordinādo so-phisticā cir-cā non ens

musicus

Universidad de Deusto
Biblioteca



musicus ens grammaticus est factus: & grāmaticus ens musicus:& quæcunq; aliæ tales rationum sunt. Videtur enim accidens propinquum quidem non enti. Palam autem & ex hac iusmodi rationibus. Nam alio modo entium generatio & corruptio. Eorum verō quæ sunt secundum accidens non est. Et quia habet considerationē de ente secundū q̄ est ens & qd sit. Sed ens quod dicit simpliciter dicit multis modis: quorū vnus vt diximus dicit p accidēs:& vnus dicit quasi verū. Et non ens quasi falsum:& alijs modis ab istis modis figurarum prædicamentorū. Verbi gratia, hoc:& quātū:& vbi:& qñ; & etiā præter ista oīa quod dicitur potētia & actu. Et cū ens dicit multis modis:dicam⁹ primo de illo quod dicit p accidēs. Nulla enim scientia speculatiua vtit tali modo:& hui⁹ est signū:quod nulla scientia perscrutat de hoc:neq; actiua:neq; artificialis. Aedificator enim nō facit oīa quæ accidūt cū artificio domus quę sunt infinita. Nō enim facit vt domus adiuuet vni:& noceat alij:& vniuersaliter vt sit alijs modis:q nō sunt facti a nobis. Et similiter geometria etiā nō considerat de rebus quæ accidūt figuris tali modo:neq; sit triangulus alius: & triangulus habet duos rectos angulos alios:& si nō conueniant in diffinitiōe. Accidēs enim est & quasi aliquod nomen tantū. Et ideo non male fecit Plato quoquomodo quādo ordinauit sophisticū sub eo quod non est. Sermones enim sophistici in maiori parte sunt in eo quod conueniunt accidēti:sicut illud quod dicitur quod est oīa & non est. Musicus enim & grāmaticus sunt idē: & nauta & musicus sunt idē:& omne quod est nō secundū quod dicit de eo. Sicut ille qui fuit musicus & fit grāmaticus:aut ille qui fuit grammaticus & fit musicus: & omnes alij sermones similes istis. Accidens enim videtur prope illud quod nō est quoquomodo.& hoc manifestū est ex sermonibus exemplarib⁹. Res enim quę sunt alio modo habent generationē & corruptionē quæ autem sunt modo accidentali non habent hoc.

4 Dominꝰ iustus scientię debet considerare de ente.

ID est quia declaratū est quod ista scientia habet cōsiderare de ente secundum quod est ens.s. quid sit & quæ sunt res existentes in eo secundū quod est ens manifestum est quod dñs huius scientiæ debet primo incipere & scire de ente. D.d.sed cū ens quod dicit &c. iam declaratū est quod ens simpliciter diuiditur in prima diuisione de ente per accidēs:& ente per se. Prima enim diuisio est talis:aut esse:aut non esse:quod est falsum:& possibile:aut essentialiter aut accidentaliter:quod aūt est essentialiter diuiditur in decē prædicamenta. Deinde incæpit numerare decem genera prædicamentorum: & dixit sicut hoc



mo &c. i. V.g. quod dicit de substātia:& quāto:& quali:& vbi: & qñ: & alijs prædicamentis. Et intendit q̄ hoc nomen ens dicit de oībus: oportet artificem huius scientiæ considerare de omnibus & attribuere illa primū ens:quod est causa in omnibus entibus. D.d.& etiā præter ista &c. i.& ens etiā diuidit præter istā diuisionē in potētiā & actū. D.d.& cū entia dicantur &c. D.d.causam propter quam incæpit cōsiderare de ente qđ est per accidēs:& dixit nulla enim est scientia &c. id est & incipiemus loqui de hoc ente ad demonstrandū quod ista scientia non considerat de illo nisi ne noceat in cognitione entis quod est essentialiter:& tale debet præponi vt præmuniatur homo ab illo. Deinde dixit, & signum eius &c. id est & signum quod artifex huius artis non habet considerare de ente per accidens est quod nulla ars considerat de illo:neq; speculatiua neq; operatiua. Aedificator enim cum facit domū non considerat facere in ea omnia accidētia infinita. Verbi gratia, vt sit domus fortunata habitatoris & vtilis:hæc enim accidunt casu:nec etiā vt sit infortunata & nocens:hic accidunt malo casu:& alia similia infinita. Quod enim est infinitum nō est determinatum. Deinde dixit, & vniuersaliter &c. id est & vniuersaliter ædificator non facit domū vtilem aut nocentem:aut alijs modis rerum cōtingentium domui:& similiter geometer non considerat de rebus quæ existunt in figuris per accidens:non enim considerat in figura habente tres angulos:vtrum accidat illi vt in ea sint tres alij anguli:neq; etiam considerat vtrum accidat illi vt in ea sint anguli a tribus æqualibus duobus rectis: & tres æquales duobus rectis. & hoc accidit triangulis secundum quod sunt ex ligno & cupro:aut aliqua alia materia. Deinde dixit, & si cōueniant in diffinitione. Potest intelligi sic:& si anguli accidentes triangulo conueniant in diffinitione cum angulis qui sunt essentialiter in triangulo in essendo æquales duobus rectis. Et potest intelligi sic:& si illud quod per accidens conuenit cum eo quod est essentialiter in diffinitione: & ideo dixit, post accidens enim est quasi aliquod nomen tantum, id est quod enim est per accidens in rei veritate est nomen sine re, id est sine aliqua significatione. Deinde dixit, & ideo non male fecit &c. id est cum Plato posuit sermonem sophisticum in eo quod est non ens non male fecit:& non posuit ipsum in ente:& causa fuit in hoc quod sermo sophistæ in maiori parte est per accidens. Deinde dixit, sicut illud quod dicitur &c. id est quoniam illud quod dicitur esse idem per accidens est illud quod recipit quodlibet:& suum diuersum vno modo:sicut accidit homini vt recipiat albedinem & musicam:& nauigatoriam & alia infinita:talia enim dicuntur idem per accidens:dicut dicimus qđ musicus est albus:& est nauigator. Et hoc intendebat cum dixit musicus enim & grammaticus, id est. Verbi gratia vt aliquis homo fit musicus & grammaticus:dicetur enim quod grammaticus & musicus idē sunt:sed per accidens. Et similiter nauigator & musicus dicuntur idem per accidens:quando aliquis homo fuerit nauigator & musicus. Et similiter dicit q̄ homo qui recipit nauigatoriā qđ est idem cū nauigatore:sed per accidēs. D.d.omne quod ens &c. i.& omne qđ dicit esse idē per accidēs:nō dicit semp neq; in maiori parte:sicut dicit q̄ grāmaticꝰ est musicus:aut efficitur musicus:aut musicus est grammaticus:aut musicus

diuiditur in ens p se & in ens p accidens. Idē. 5. meta. tx. 2

Quod est ista nitū non est determinatum. Idē. 2. phy. 40. & 50. Et. 5. me. com. vltimo.

3

Vide primo phy. 21.

Idē secūdo phy. 48.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Illud qđ̃ est p accidẽs, p pevidetur ei qđ̃ non est ideo.

Plato po/ suit illud in non ente.

G

Vide p hoc 2. phy. 56. &. 53.

a Nulla species inuenit per accidẽs. Idẽ. 7. met. c. 22.

Quod nec semper nec secundũ magis: hoc accidens dicimus esse.

ficus efficit grãmaticus. D. d. & oẽs sermones &c. idest & sic oẽ prædicabile accidẽtale. Plato eñ posuit eñ in nõ ente: qa qđ̃ est propter accidẽs prope videt ei q̃ nõ est: cũ raro accidat: & cũ hoc intẽdebat cõtra. accidens eñ videt prope &c. i. illi q̃ est nõ ens aliq̃ modo. D. & hoc manifestũ est &c. i. & nũerare ea quæ sunt p accidẽs sub non ente: apparet ex rebus quæ inducunt. Existentes eñ res essentialiter sunt illæ quæ habent aliquã speciem in quarũ individuis existet generatio & corruptio. Illa autẽ quæ sunt p accidẽs nullã habent speciem: vnde neq; fit ratione neq; corruptionẽ: & intẽdebat q̃ nulla spẽs a inuenif p accidẽs.

Attamen dicẽdũ est amplius de accidente: inquãtũ conuenit quæ eius natura: & propter quã causam est. Simul enim forsan palã erit & quare eius non erit scientia. Quoniã igitur sunt entibus: hæc quidẽ semp; sic̃ se habẽtia: & ex necessitate nõ secũdũ vindicta sed sẽdm qđ̃ dicimus in nõ cõtingere aliter. Illa vero ex necessitate quidem nõ sunt nec semper: sed quasi secũdum magis. Hoc principium & hæc causa est eius quod est accidens esse. Quod enim nec semper: nec quasi secundum magis est hoc dicimus accidens esse vt si sub cane fuerit hyems. & frigus hoc accidere dicimus: sed nõ si æstuatio & calor. Quia hoc qdẽ semp; aut sẽdm magis: illud vero nõ. & hominẽ albũ esse accidit: nec eñ semp; nec sẽdm magis. Aĩal vero nõ sẽdm accidẽs. & ædificatorẽ sanitatẽ facere sẽdm accidẽs est: qa nõ est hoc natus facere ædificator sed medicus: sed accidit medicũ ædificatorẽ esse. Et cocus voluptatẽ cõcitãs: facit vtiq; alicui salubres sed non secundum pulmentariam. Quapropter accidens dicimus: & est vbi facit: simpliciter autem non. aliorum autẽ aliæ quandoq; potentiæ factiuæ sunt: horum nec vlla ars: nec potentia determinata. Nam secundum accidens entium aut factorũ causa est secundum accidens. Quare quoniam quidem non ofa sunt ex necessitate: & semper: aut entia: aut quæ fiunt: sed plurima secundum magis. Necesse esse quod secundum accidens est ens: vt nec semper nec sẽdm magis: albus musicus est. Quoniam vero sit aliquando secundum accidẽs erit. Si autem non omnia ex necessitate erunt. Quare materia erit causa cõtingẽs præterquam vt in pluribus aliter accidentis. Principium autẽ hoc oportet sumere vtrum nihil est nec semper nec secundum magis: aut hoc impossibile. Est igitur aliud præter hoc q̃ vtrũ q̃ contingit: & secũdũ accidens: sed vtrũ hoc quidẽ vt in pluribus: & quod semper nulli insunt aut sunt quædam sempiterna. De his quidem igitur posterius perscrutandum est. Sed eñ loquamur de accidẽte secundũ q̃ posse est in sua natura & qua de



de causa sit. & videt quod cũ hoc declarabitur quare nõ habet scientiam fixam, cum in rebus sunt quædam quæ semper sunt in eadem dispositione, & sunt necessariæ etiam, non illa quæ dicuntur violente. sed quæ dicuntur de illis quæ impossibile est vt sint alio modo, & quædam non sunt necessaria neq; semper, sed sunt in maiori parte, & hoc est initium, & causa essendi per accidens. Quod enim est non semper, neq; in maiori parte vocetur accidẽs, sicut pluuia apud ascẽsum canis, hoc enim accidit quia nunquam fuit, neq; in maiori parte, & accidit vt hõ sit albꝰ, sed nõ semp, neq; in maiori parte. & ædificator & medicus curat nõ in eo quod ædificator, sed per accidẽs, & cocꝰ potest facere ferculum vtile, sed non est scientia coquendi. & ideo dicitur quod accidit. Secũdũ igitur hãc dispositionẽ forte virtutes agentes erunt aliq̃, & ista non habent artem neq; virtutem terminatam. Causa enim eorũ quæ sunt aut erunt per accidẽs, est etiã per accidẽs. & cum non omnia sunt necessario semper sed pluries & in maiori parte. Tunc necesse vt illud quod est p accidens sit sicut albũ. Non enim semper est musicus, neq; in maiori parte, & si est in aliquo tempore erunt per accidens, & si non omnia erunt necessaria, & tunc accidens habebit aliquã causam in maiori parte, & possibilitatem alio modo. Et oꝛ portet illud inueniri primo si aliud non fuerit album nigredo, principium eorum æternum. De istis perscrutabitur post.

Dicit. & licet illud quod est per accidẽs nõ contineat sub cognitione, tamẽ loquamur de eo secũdum q̃ est posse in sua natura, & notificemus causam ꝓpter quã est. Videt enim q̃ in hoc ex hoc declarabit quare non continetur sub cognitione, & quare nulla ars perscrutatur de causa eius. D. incepit loqui in eo &c. d. & cum in rebus &c. i. & cũ in rebus sint aliqua quæ semper sunt in eadem dispositione. f. necessaria et non necessaria quæ dicuntur de rebus patientibus violẽtiam, sed quæ dicunt de rebus quæ impossibile est vt sint alio modo ab eo quo sunt.

Deinde. d. & quædam non sunt necessaria &c. i. & cum rerum quędã non sunt necessaria in esse, & quædã habent esse in maiori parte tempo ris, & tẽc istud genus est causa eius quod est per accidens. Quãdo eñ in eis quæ sunt in maiori parte non ñat illud quod innatũ est fieri in maiori parte: fiet illud quod est per accidens. Et ideo si ofa essent necessaria nihil esset per accidens. Et cũ narrauit q̃ causa eius quod est per accidens est aliqua esse in maiori parte. qñ si aliqua fuerint in maiori parte aliqua erunt in minori. D. illud enim quod non est semper &c. & dicit hoc, qa ex ascensu canis sequitur absẽsio pluviæ essentialiter, & hoc non esset, necessarium, vt si esset pluuia in eo in maiori tẽpore neq; in minori spe. & ideo q̃ nõ cõcedit aliqđ esse p accñs cõtingat ei vt ofa facta sint necessaria in ꝑtẽdo. D. d. & accidit vt homo fuit albꝰ, &c. id est &

Si ofa essent necessaria nihil esset p accidens.

est & ex hoc accidit homini quod fuit albū, & ꝙ non fuit, & ꝙ album fuit multa infinita. Verbi gratia, musicus & ædificator, & medicus & alia. Deinde.d.& ædificator medicus &c.id est, Verbi gratia, ꝙ accidit ædificatori medicari non in eo quod ædificator, sed quia accidit ei qđ fuit medicus. Et similiter cocus potest facere ferculum vtile, sed tamen per accidens, cocus enim facit delectabile ferculum, medicus autem vtile. D.d.secundum igitur hanc dispositionem &c.id est, secūdum igitur hunc modum virtutes actiuæ & artes habentes alias operationes ab eis propter quas sunt. Deinde.d.& ista non habent artem &c.i.& ista quæ sunt per accidens non habent artem agentem neque virtutem determinatam a qua proueniant. Causæ enim eorum quæ fiunt per accidens

Causæ eorū quæ fiūt per accidens & infinite. Idē 2.physi.50. 52.& 53.

sunt etiam per accidens scilicet quæcunqꝫ causa sit. immo causæ infinitæ. Deinde dicit, & cum non omnia &c.id est.& cum manifestum est quod non omnia sunt necessaria, sed plura sint in maiori parte, necesse est vt illa quæ fiunt per accidens sint in maiori parte ex quo illa quæ sunt in maiori parte sunt necessaria, & si non omnia essent necessaria, & ista sunt sicut album esse musicum, accidit enim albo quod fuit musico non necessario neqꝫ in maiori parte. D.d.& cum sit in aliquo tempore &c.id est, & si illud quod est per accidens non fuerit, tunc omnia entia erunt necessaria, & tunc quod fit per accidens habebit causam aliā a causa possibili quod est in maiori parte. Et dixit hoc, quia eius causa quod est per accidens est causa possibilis qđ est in maiori parte quādo ex ea non prouenit actio habenda naturaliter, sed alia actio, vt dicta est in physicis. Deinde dicit. & oportet accipere hoc primo &c.id

Causa rerū quæ sunt ꝙ accidens est causa rerum

est, oportet accipere quod causa eius quod est per accidens est causa rerum quæ sunt in maiori parte. Nulla enim est alia causa quæ potest accipi pro causa eius quod est per accidens præter istam.

H

quæ sunt in maiori parte, & nulla alia. Vide.2. phy.cō.48.

Quod aūt scientia nō est accidentis palā. Scientia nāqꝫ omnis, aut est eius quod semper, aut eius quod secūdum magis. Eterū quomodo quispiam docebitur aut docebit alium. Oportebit enim diffiniri, aut per se, aut per magis, vt quia vtile melliceratum febricitanti vt secūdam magis. Quod autem præter hoc nō habebit docere, quando puta noua luna, aut enim semper, aut in pluribus, & quod noua luna. Accidēs autem præter hoc.

De ente per accidens nō est scientia.

Quoniam autem accidens non habet scientiam permanentem manifestum est. Omnis enim scientia permanens, aut est illius quod est semper aut illiꝰ quod est in maiori parte. Quomodo enim potest doceri, aut addisci quod non est ita, qm̄ quod determinatur oportet aut vt sit semper, aut in maiori parte. Verbi gratia, quod sirupus talis adiuuat febricitantes in maiori parte, & impossibile est vt aliud dicatur in alio tēpore, aut nouitas mensis quæ est semper, aut in maiori parte.

6 1 Scientia non

Cum declarauit ꝙ illud qđ est per accidēs nō habet naturam determinatā cū nō habeat causam determinatā, incepit declarare ꝙ non habet etiā scientiā. Et.d.qm̄ aūt &c.&.d.scientiā permanētē, ꝙ illud qđ



est per accidēs scitur qm̄ accidit sed non permanēter. Quia scientia nō est permanēs in scito nisi per causam, & dicere est permanentiā indicare, ꝙ ea causa fuerit erit causatū, aut de necessitate aut i maiori parte. & ideo in hoc gne impossibile est aliquā cognitionē esse. Et hoc qđ.d.qđ scientia pmanēs nō est nisi rerū necessitarū, aut earū quæ sunt in maiori parte, manifestū est p se. Et ꝙ impoſe est addisci, aut sciri qđ nō est alterius istarū duarū dispōnū, qm̄ sicut dixit, oē qđ diffinit aut disponitur aliqua dispōne, aut ista dispō erit ei necessaria, aut in maiori parte, sicut dicim⁹ ꝙ syrupꝰ acetosus adiuuat febricitātes, qa adiuuat eos in maiori parte, & si cōtingenter adiuuerit eos, aut in minori parte, non habere inde scientiā permanētē in eo. D.d.& impossibile est vt dicaē &.c.ita accidit in luna & intēdit ꝙ nouitas mēsis est necessaria non in maiori parte, sed illud qđ est per accidēs neqꝫ est necessariū neqꝫ in maiori parte.

permanēs scito nisi p causam. Idē.1.poste. textu.cō.11.

Quod quidē igit est accidēs, & ꝓpter quā causam, & quia scientia nō est eiꝰ dictū est. Quod aūt sint principia & causæ generabilia & corruptibilia sine generari & corrūpi palā. Si eīm nō hæc oīa ex necessitate erūt: si eiꝰ quod fit & cōsūpit nō secundū accidēs causam aliquā necesse est esse. Vtrū eīm erit hoc, aut nō, si hoc fiat erit, si aūt non non. Hoc aūt si aliud erit. Et ita manifestū ꝙa semꝑ tꝑe ablato a finito tꝑe veniet vsqꝫ ad nūc. ꝑe hic morit infirmitate aut vi, si exit hoc, aut si facit, sed hoc si aliud & itaveniet ad quod nūc est aut i factorū aliqd, vt si sit, hoc quidē si comedit mordicantia. Sed hoc aut est, aut non quare ex necessitate morietur aut nō morietur. Similiter aut & si superfiliat aliqs ad facta eadē ratio. Jam eīm est hoc in aliquo. Dico aūt factū. Ex necessitate, ergo oīa erunt quæ sunt futura, vt moriturū fore viuētē. Iam eīm factū est aliquid vt contraria in eodem corpore. Sed si infirmitate aut vi, nondum nisi hoc factum fuerit. Palam ergo quia vsqꝫ ad aliquod vadit principium hoc autem non ab hoc ad aliud. Erit ergo eius vtcunqꝫ euenit ipsum, & causa generationis ipsius nulla, sed ad principium quale, & causam qualem reductio talis.

Dictū est igitur quid est accidens, & quid causa accidētis, et ꝙ nullā habet scientiā permanentē. Quoniā aūt principia & causæ sunt generabilia & corruptibilia etiā absqꝫ eo ꝙ generentur aut corrūpant. Manifestū est ꝙ si hoc nō fuerit, tunc oīa erunt aut corrūpant. Manifestū est ꝙ si hoc nō fuerit, tunc oīa erunt necessario. Quoniam si illa quæ generant & corrumpuntur non habuerint aliquam causam modo accidentali, tūc erūt necessario, sicut dicimus vtrum erit hoc aut non erit, hoc erit enim si erit hoc, & si non, non. & hoc si fuerit aliquid, & secundū hāc dispōnē. Et manifestū est ꝙ semꝑ diminuitur tempus,

Universidad de Deusto
Biblioteca



ex tempore finito.et similiter peruenit ad illud quod est in ista
nti,sicut dicimus ꝙ si Sor.exierit morietur aut infirmitate,
aut violentia.& hoc erit si aliud fuerit, & sic peruenietur ad il
lud quod est instans, aut ad aliquid eorum quæ fuerint, vt tale
comestum inducit sitim.Et hoc si comederit calida,& hoc aut
erit,aut non,ergo morietur necessario.Et similiter si aliquis or
dinauerit & dixerit illa quę iam facta sunt sermo de eis erit in
lis.& habent existentem essentiam.Dico illa quæ iam fuerint
essentia eorum,& cognitio eorum, & generatio eorum, ergo
erunt necessario omnia generabilia,sicut mors viui, quia iam
præcesit & sit idem.Sicut cõtraria sunt eadẽ,quia sunt eiusdẽ,
sed non sine infirmitate,aut violentia nisi hoc sit. Manifestum
est igitur quod accedit ad aliquod principium ,& hoc nõ acce
dit ad aliud,& accedit ad illud quod comprehenditur casu , &
non est causa motus omnino.Sed finis qui est talis,erit ad prin
cipium habens qualitatem,& causam habentem qualitatem.

7 Id est,qñ aut oportet ex hoc hic esse causas quæ generantur,deinde
corrumpuntur absq; eo ꝙ generent alia,aut alia corrũpant manifestum
est. D.d.causam in hoc &.d.qñ si hoc non fuerit &c.id est, qñ si fue
rit necessarium vt omnis causa generabilis sit generans aut corrumpẽs,
cõtinget vt omnia sint necessaria. D.d.qñ si illud quod generatur &c.
id est,qñ si illud quod est generandum nõ habuit causam accidentalẽ,
sed omnem causam sequitur causatũ necessario, tunc omnia quæ fiunt,
fiunt necessario,& sic auferetur natura possibilitatis. D.d. sicut dici
mus vtrũ erit &c.i.qñ si oñia fuerint necessario,tũc cõtinget vt sermo
dicẽtis,vtrum hoc erit in futuro,aut non erit,alterũ eorum erit necessa
rium & alterum impossibile, & continget vt causa illius generandi fie
ri sit necessario.& cum fuerit erit creatũ necessario, & hoc intende
bat cum.d.ꝙ erit hoc si fuerit hoc & si non,nõ. D.d.& hoc si fuerit ali
quid,& secundum hanc dispositionem,id est,& continget etiã vt a caus
a eius sit causatũ necessario si fuerint generata, vt si secũdũ hãc dispo
sitionem, scilicet vt sit necessario a sua causa,& sua causa ab alia.& hoc
perueniet necessario ad aliã causam necessariã in esse,tales enim causæ pro
cedunt in infinitũ. Deinde dixit.& manifestũ est ꝙ semp diminuit
&c.i.ꝙ tẽpus in quo fit causa rei factæ in tempore terminato futuro di
minuit ex illo tempore & diminuitur etiã ex tempore residuo tẽpus in
quo fit causa causæ donec perueniatur ad instans præsens in quo est pri
ma causa eius quod est fiendũ. D.d.exemplũ in hoc &.d.sicut dicimus
ꝙ si Sor.exierit &c.id est, Verbi gratia,ꝙ si fuerit necessariũ quod Sor
moriatur si vulneretur vt si infirmetur ꝙ moriatur,& si hoc fuerit ne
cessario necessario donec perueniatur ad causam existentem in præsen
ti. Verbi gratia,ꝙ si patiatur sitim, patietur calorem necessario, & si pa
tiatur calorẽ patietur febrẽ, & si frigus patietur morietur,. & si materia
exierit, patietur sitim necessario. D.d.& tale comestũ &c.i.& si pa
tiat sitim necessario, comedit aliqd calidũ, & sic comedere illud calidũ



erit necessariũ:& illa consequẽtia erunt necessario.contingeret etiam ex
ponere eorum quæ fiunt in futuro esse necessario.s.alterũ ducrũ opposi
torũ vt sint etiam facta necessario:& vt cõsecutio eorũ admirẽ sit necessa
ria. D.d.& hoc aut erit,aut nõ & innuit aut cãm , aut causatũ. s.ꝙ
verumꝙ erit necessario . D.d. ergo morieꝛ necessario .i.& si istæ causæ
fuerint huius dispositionis necesse est vt exeat : & moriatur necessario.

D.d.& similiter si aliquis ordinauerit &c.i.& similiter continget vt
omne qd̃ fiat antequam fiat quod fuit necessarium vt fieret:ita quod oña
futura & omnia præterita fuerint necessaria.& hoc est contra intellectũ
& sensum. D.d.& habent essentia existentẽ ex quo cõtinget vt oña fu
tura habeãt essentiã aliquã existentẽ ex quo cõtinget exitus eorũ in actũ
necessario:vt dicitur in exemplis legalibus:quia omnia fienda sunt scri
pta in tabula:& quod est scriptum in illa tabula exibit in actũ: & ideo
exposuit hoc & dicit dico illa &c.idest contenget vt nature rerum fa
ciant eas generari necessario:quemadmodum natura generabilium facit
eas corrumpi:& ideo d.erũ igitur omnia generabilia &c.i.cõtinget igit
hanc positionẽ vt naturæ & substantiæ rerũ ex quibus generabilia gene
rantur faciant eas generari:quemadmodũ cũ generauẽrit facilit eas corrum
pi vt vinus corrũpti.D.d.sit eñ idẽ &c.i.& est necesse vt gñatũ corrũ
patur necessario qd̃ antequã corrũpatur sint necessariũ vt cõponeretur
& fieret idẽ ex contrarijs:& fuit idẽ quia contraria sunt in eo.s.formæ:
& sic necessario corrumpitur.sed nõ sine infirmitate & violẽtia:sed cor
rumpitur si aliqua infirmitas fuerit:aut violenta:quarũ altera.s. infirmi
tas est naturaliter & de necessitate: & altera per accidens.s. violentia.

L. Corruptio sit de necessitate:nõ autem gñatio.

D.d.manifestũ est igitur &c.i.declaratum est igitur ex hoc qd̃ omne
quod generatur & corrumpitur habet causas: & quod illæ causæ per
manent ad primam causam. Sed tamẽ differunt:quia corruptio fit de
necessitate:generatio autem nõ:& si hoc esset:omnia essent accidẽtia ne
cessario.& si hoc esset:tunc generatio esset in substantia rerũ in quibus
est generatio:sicut corruptio existit in substantijs eorũ. D.d.aut acci
detur ad illud quod comprehenditur casu.i.quod autem ex istis causis
provenit ad illud quod fit casu non est causa alicuius motus naturalis
omnino.idest quod omne quod fit casu non est causa alicuius speciei en
tium. Deinde dixit sed finis qui est &c.idest sed quod fit casu fit a prin
cipio habente naturam terminatam & causam terminatam: quod enim
est accidentaliter accidit illi quod est essentialiter.

Vtrum vt ad materiam:aut ad quod cuius gratia: aut vt ad
mouens maxime perscrutandum.Ergo de ente secundum acci
dens pratermittatur:determinatum est enim sufficienter. Qd̃ Solet addu
autem vt verum ens:& non ens vt falsum:quoniam secundum ci.
compositionem & diuisionem : totaliter vero circa partitio
nem contradictionis.Verum quidem enim affirmationem in
cõposito habet:negationẽ vero in disiuncto.Sed falsum habet
partitiõis cõtradictionẽ.Quomodo aũt qd̃ simul:aut qd̃ sepa
ratim intelligere accidit alius sermo.Dico aũt qd̃ simul : & qd
separatim:vt nõ in quod cõsequenter:sed in vnum aliquod fie

Universidad de Deusto
Biblioteca



Non est verū & falsum in rebus sed in mente.

M ri. Non enim est verum & falsum in rebus: vt quod quid verū bonum: quod autem malum falsum: sed in mente. Circa vero simplicia: & quod est: nec in mente est. Ergo quæcūq; oportet speculari circa sic ens: & non ens posterius perscrutandū. Quoniam autem complexio & diuisio est in mente & nō in rebus. Quod aūt ita ens alterū ens à proprijs: aut quia quid est: aut qa quale: aut quia quantum: aut si quod aliud copulet aut diuidat mens: qđ quidem vt accidens: & qđ vt verū ens prætermittēdū. Causa enim huius quidē indefinita. Illius vero mentis aliqua passio: & vtraq; circa reliquum genus entis & nō extra ostendunt ente aliquam naturā entis. Quapropter ea quidē prætermittantur. Perscrutande vero sunt ipsius entis causæ & principia inquātū ens. Palā aūt in qbus determinauimus de quotiēs vnūquodq; dicit: quia multipliciter dicitur ens: significat ēm hoc quod quid est. Et oportet nos perscrutari multū: vtrū sit quasi perueniens ad materiā: aut ad aliud propter qđ: aut ad illud cuius est motus. Dimittamus igitur loqui de ente accidētali imā sufficeit qđ determinatum est de eis: & loquamur de vero ente: qđ nō est sicut falsum. Est enim in compositione & diuisione: & vniuersaliter in diuisione cōtradictoriorū: qa habet affirmatiuā secundū qđ est verū: & secundū q̄ est cōpositū habet negationē aliquā: & secundū q̄ est diuisum habet falsitatē istius diuisionis quæ est contradictoria. Quomodo aūt cōtingit intelligi simul: & prius: habet alū sermonē. Et dico simul & prius ne aliquid sit post aliquid: sed vt sit idē. Falsum enim & verū non sunt in rebus sicut bonū & malū: vt verū sit sicut bonū: & falsum sicut malū: sed sunt in cognitione. Et nulla cognitio est de simplicibus: aut de illo qđ est. Ōia igit quæ perscrutāda sunt de ente quod est huiusmodi: & de eo qđ nō est: dicenda sunt post. Et cū in cognitione est: aut compositio: aut diuisio: nō in rebus. quod est aliud secundū hunc modum. Ex rebus enim quæ sunt in rei veritate est illud quod significat: aut quid aut quale: aut quātū: aut quod copulatur cum alio: & cognitio diuidit illud. Dimittamus igitur ens quod est quasi accidēs: & quod est quasi verū. Causa ēm cuius corū nō habet diffinitionē: & causa alterius est cognitio: & vtrūq; est in genere diminuto gñerū entis: & nō sunt ex eis quæ significāt esse entis. Et ideo dimittat & pscrutet albū. Iam declarauimus vbi diximus q̄ vnaquæq; p verū dicitur multis modis. Quoddā ēm significat quid albū.



Modo narrat quid perscrutandū est de causa ad quā ascendūt oēs causæ quæ sunt accidētales: aut essentiales. Et d. & oportet nos &c. i. & oportet nos multū perscrutari de causa accidētali: vtrū reducafad causam materialē vel finalē vel agētē: & ipse iam declarauit in secūdo physicorū q̄ reducit ad causam agētē: & forte propter hoc dimisit hic loqui de illo. Et cū declarauit q̄ in hoc ente q̄ est per accidēs nō cōsiderat ista ars: & d. dimittamus igit & c. i. qa iam determinauimus de natura eius quod sufficit. D. d. & loquamur de vero ente. i. & cū iam locuti fuerimus de ente accidentali: loquamur de ente veridicanti secundū q̄ est veridicans. & hoc est illud qđ est in anima. hic enim entia facta sunt ab intellectu quando diuidit entia abinuicē: aut componit ea adinuicē: hoc igit ens est vnū genus generū entiū: & est vniuersaliter illud ens tantū in affirmatione aut negatiōe. D. d. qa habet affirmationē & c. i. vera enim affirmatiua significat compositionē in entibus: & vera negatiua diuisionē. Et quia idē ens impossibile est q̄ sit compositū & diuisum insimul: ideo si affirmatiua fuerit vera: negatiua erit falsa & c. q. d. affirmatiua autē quia est vera: est ens in compositione quasi haberet negatiuā, cuius falsitas existit in diuisiōe. Quoniā cū affirmatiua est vera per cōpositionē: negatiua est falsa per diuisionē. & similiter quando negatiua est vera per diuisionem: affirmatiua est falsa per compositionem. Deinde d. quomodo autem accidit simul & c. & intendebat per hunc sermonem declarare diuersitatem duorum entium. s. entis quod est in intellectu: & entis quod est extra intellectum. Quod enim est in anima cōtingit vt recipiat duo opposita insimul. Quod autem est extra animam non: & q. d. quomodo: aut accidit q̄ anima intelligit duo opposita insimul qđ non potest esse extra animā: quia materia recipit cōtraria successiue loquendum est de eo in alio loco: & innuit librū de anima. D. d. in hoc causam. & d. verum enim & falsum & c. i. & causa in hoc q̄ intellectus cōprehendit insimul duo opposita etiam quia natura primorū oppositorū in intellectu. s. veri & falsi nō est natura primorū oppositorum extra animā. s. boni & mali. Veritamen verū & falsum sunt in cognitione: & bonū & malū est in materia: & nullū a entium quæ sunt in cognitione dicitur esse simpliciter secundū qđ est extra animam. D. d. omnia igitur perscrutanda & c. idest & omnia perscrutanda vtrū sint de ente in cognitione: aut de ente extra animam dicenda sunt vbi b perscrutat de vniuersalibus: & numeris: & aliis similibus. D. d. & cum in cognitione & c. i. & cū illud qđ est in cognitione ex hoc ente: est compositio aut diuisio: absq; eo q̄ sit extra animam ens quod differt ab isto qđ est in re est illud qđ significat: aut quid: aut quale: aut q̄tū: aut aliqđ continuum cū alio & hæc sunt cætera prædicamenta. D. d. & cogitatio diuisit illud & c. & forte intendit per hoc illud qđ est præter prædicamēta substantiæ: & forte intēdit prædicamēta quæ communiter habent cōpositionē: ista enim existimantur q̄ nisi anima esset: nō essent. D. d. mittamus ergo ens & c. i. dimittamus igitur perscrutari perscrutatione de ente qđ est per accidēs: & de ente qđ est veridicans. s. q̄ est in aīa. Ens enim qđ est per accidēs non habet causam terminatā: & qđ est veridicans nō habet entia causam nisi animā: & ideo vtrūq; numeratur in genere entis diminuti: & ideo pscrutādū est de ente perfecto qđ est ens extra animā. D. d. iam

Secūdo phy. tex. cō. 48. & com. 51.

Tertio de anima tex. com. 21.

Quod est in anima cōtinet vt recipiat duo opposita simul. Sed huius op. vi. 4. huius tex. cō. 9. Verū & falsum sunt in cognitione & bonū & malū est in materia. Vide oppositū. 3. de aīa 34. vbi dicitur q̄ ens in intellectu est bonum simpliciter: & ens extra animā est bonum in respectu. a Idem. 1. de aīa. 38. 39. b 7. met. 46. 47. & 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca



7. met. t. com. 14.

iam declarauim⁹ &c. i. & determinauim⁹ vbi locuti sum⁹ a quæst de eis quæ significãt multis modis ꝙ ens dicit multis modis. Quoddã eñ dicit secundũ ꝙ scilicet de substantia: quoddam de qualitate: quoddam de quantitate: quoddam de copulationibus istorum cum aliis.

Explicit liber sextus Aristo. primæ philosophiæ.

## Aristo. Liber septimus primæ philosophiæ incipit.

IN isto tractatu pscrutat de specieb⁹ entis de qb⁹ intẽdit pscrutari in hac scientia. Ista eñ scientia diuidit in tres partes primas. Prima est de diuisiõe entis in substãtiã & accidẽs. Secũda de diuisiõe entis in potẽtiã & actũ. Tertia de diuisiõe entis in vnũ & multa. Et iste tractat⁹ est prim⁹ eorũ in qb⁹ pscrutat de substãtia. & quia substãtia alia est separabilis & abstracta: alia inseparabilis: pscrutat in hoc tractatu & in sequẽti de substãtijs inseparabilib⁹ & nõ de numero eorũ. D. I nono tractatu pscrutat de potẽtia & actu. D. I decimo de vno & pluri. Et post ĩ tractatu vndecimo de substãtijs separabilib⁹: & cuiusmodi esse habẽt & quot sunt. De in duodecimo & tertiodecimo perscrutabitur de eis quæ dixerũt antiqui de natura separabiliũ substantiarum. Tractatus autem præcedentes hunc tractatum sunt quasi præparatorij ad hoc quod intendit dicere in istis. & incepit in hoc tractatu dicere ens dicitur multis modis &c.

In Septimo metaphysicæ habentur duæ summæ philosophales.

In prima docet quod ad determinãdum de ente oportet de sola substantia disputare a tex. 1. vsq; ad. 7.

Secũda determinat copiose de substantia a tex. 7. vsq; in finem libri.

## CAPVT. I.

A ENs multipliciter dicitur: sicut diuisimus in his quæ de quotiens. Significat enim hoc quod quid est: & hoc aliquid. Illud verò quod quale: aut quãtum: aut aliorum vnumquodq; sic prædicamentorum.

ENs dicitur multis modis vt prius diximus in sermone in quo diximus quot modis dicit aliquid. Quoddam eñ significat qd est aliqd: & ꝙ hoc. Et quoddã significat quod hoc est quale: aut quantum: aut aliud eorum quæ prædicantur in sermone secundum hunc modum.

1 DIcit & cũ sit declaratum ꝙ hoc nomen ens dicitur multis modis: vt dictũ est in tractatu in quo declarauimus nomina vsitata in hac scientia. Illic enim distinguimus ꝙ hoc nomen ens quandoq; significat quidditatem substantiæ demonstratæ: & quandoq; ipsam substantiam demonstratam: & quandoq; aliquod accidens in istis substantijs: aut quantitatem: aut qualitatem: aut aliud eorum quæ prædicantur de substãtijs nõ prædicatione declarante substantias eorum: nec in responsione ad quid est hæc substantia demonstrata. Et hoc intẽdebat cum dicit & quoddam significat &c. id est & hoc nomen ens quãdoq; significat in substãtijs qualitatem: aut quantitatem: aut aliud accidentium prædicabilium de eis: non ita quod declarant substantiam. sed prædicantur secundum qua-



le: aut quantum: aut vbi: aut quando: aut alio modo.

Totiẽs aũt ente dicto pala: quia horũ primũ ens est quodqd est ꝙ significat substãtiã. Nã qñ dicim⁹ quale quid hoc aut bonũ dicimus aut malũ: sed nõ tricubitũ aut hoiem. Q ñ verò qd est: nec albũ: nec calidũ: nec tricubitũ: sed hominẽ: aut deũ. Alia vero dicũtur entia: eo ꝙ taliter entis: hæc quidẽ qualitates esse: illa vero quãtitates: alia passiones: alia aliud quid tale.

Et cũ ens dicitur multis modis: manifestũ est quod primũ ens istorũ est illud quod significat quid, & hoc est illud quod significat substantiã. Quãdo enim dicimus de aliquo: quale est dicimus: aut bonũ aut malũ, & nõ dicimus homo. Et cũ interrogatur quid est nõ dicimus album: aut tricubitum: sed homo aut deus. Et alia dicũtur entia: quia sunt entis quod est huiusmodi: quædã igitur sunt quãtitates, & quædam qualitates, & quædam passiua, & quædam aliud tale. I B

Cum declarauit qd hoc nomẽ ens significat substantiã & accidẽtia quæ sunt. ix. prædicamẽta: intendit declarare quod hoc nomen ens principaliter & simpliciter significat prædicamẽtũ substantiæ secundario & determinate scilicet relative ad substantiam alia prædicamenta accidentium quæ non dicuntur esse: nisi quia accidunt enti quod est ens per se scilicet substantiæ. Et. d. &, cũ ens dicitur &c. id est, & cum declaratũ est quod hoc nomẽ ens dicitur de generibus prædicamẽtorũ: manifestũ est quod primũ de quo dicitur hoc nomẽ simpliciter & principaliter est illud qd dicitur in responsione ad quid est hoc individuum demõstratũ per se existens, & ista interrogatio est de substãtia. Deinde incepit declarare hoc ex modo interrogandi & respondendi, &. d. quoniã cum dicimus de aliquo &c. id est, & signũ eius qd illud de quo interrogatur per hoc nomen quid in individuis substantiæ est dignius hoc nomine ens est: quoniã si interrogatur per alia nomina interrogantia de individuis substantiæ: non respondetur per aliquid determinans quidditatẽ eius. Verbi gratia, quoniã quãdo interrogatur quale est istud demõstratũ: aut eius modi: respõdemus bonũ: aut malũ: calidũ: aut frigidum, & nõ respõdemus ipsum esse hominẽ: aut orbem: qd intendebat per deũ. Et cũ hoc interrogatur quid est illud individuũ existens qd dicitur substãtia: nõ respõdemus ad hoc per aliquid extra essentiã eius. Verbi gratia, albũ: aut calidũ: aut tricubitũ: sed homo: aut orbis. Et intẽdebat per hoc ꝙ prædicabilia q declarãt quidditatẽ individui substantiæ demonstratæ sunt digniora hoc nomine ens quam prædicabilia aliorũ accidentiũ: cum nunquã notificent quidditatẽ substantiæ, & ideo quod declarat quidditatẽ individui substãtiæ est substantia. In hoc ergo capitulo incẽdit declarare quod quiditas individui substãtiæ est prior in esse quiditatibus accidentium. Individuum enim substantiæ quod prius est alijs individuis accidentium manifestum est per se. Et scien-

Primũ documentum. Individuum substantiæ prior est alijs individuis accidentiũ. Idẽ, infra. t. c. 4. &. 47. Secundum.

dum est quod ista declaratio est logica, & plures demonstrationes in hac scientia sunt logicæ scilicet quoniam propositiones eius sunt

Dialectica vſitatur dupliciter, vide idē, id est phy. cō. 35. & 9. ph. 70 & 2. me. cō. 35. & 1. eth. ca. 3.

accepte a dialectica. Dialectica enim vſitatur duobus modis, vno modo secundū qđ est instrumentū, & sic vſitatur in scitijs alijs, & alio modo vt accipitur illud quod declaratū est in illa in alijs scientijs secundum quod accipitur: & secundū quod accipitur illud quod declaratū est in aliqua scientia speculatiua ad aliā scitiā est: cum ista considerat de ente simpliciter, & propositiones dialecticæ sunt entis simpliciter: sicut; diffinitiones & descriptiones, & alia dicta in eis.

Vnde & dubitabit aliquis vtrū vadere, & sanare, & sedere vnūquodq; ipsorū sit ens: aut nō ens. Similiter autē & in alijs talibus: nihil em̄ ipsorū est: nec secundū se aptū natū: nec separari posſibile à substantia. Sed magis siquidē vadens entiū aliquid est, & sedens & sanans. Hæc aūt magis apparēt entia quia est aliquid subiectū ipsis determinatū. Hæc autem est substātia & vnūquodq; q̄ quidem in cathegoria tali apparet. Bonum enim aut sedens nō sine hoc dicitur. Palam ergo quia propter eam & illorum singula sunt.

Et ideo quæret aliquis forte vtrū ambulatio & sanitas & sessio quælibet significat ens: aut nō ens, & similiter in vnoquoq; taliū. Quoniā nullū eorū est existens per se: nec potest separari à substantia. Sed si ambulans fuerit de entibus, & sedens, & sanus: ista sunt digniora: vt sint entia vt videtur: quoniā subiectū eorū est aliquod terminatum, & hoc est de substātijs quæ sunt vniuscuiusq; particulariū, & hæc significant cathegoricæ quæ sunt tales. Sedens enim, & stans nō dicuntur sine hoc. Manifestum est igitur quod hæc est causa essentię cuiuslibet illorum, & illa sunt propter illud.

2 Vide p hoc pri. phy. 22. 23.

Cū posuit qđ ens in rei veritate est substantia, & in hoc conueniunt omnes antiqui quorū plures, ppter hoc q̄ opinabant quod substātia est ens in rei veritate dubitabit vtrū accidētia sint entia aut nō. Et d. & ideo quæret &c. id est, & ideo dignū ē vt qui opinatur hoc de substātia dubiter in omnibus accidētibus. V. g. ambulatione, & sanitate & sessione: vtrū dicitur esse simpliciter: aut nō, & hoc dignū est dubitare cū nullū eorū existat per se: aut possit separari a substātia. & qđ ens est illud quod per se est. D. d. sed si ambulās &c. id est, sed si cōcesserimus q̄ hoc nomē ens significat substātiā substātia est dignior vt significetur hoc nomine ens secundū qđ apparet sensui scilicet qūi est manifestior apud

2 sensum. D. d. causam in hoc &c. d. subiectū em̄ &c. id est, qūi substātia quidditatū substātiarū & vniuersaliorū earū sunt; indiuidua; substantiæ quæ sunt terminatæ per se scilicet quoniā sunt terminatæ a locis & superficiebus, & quidditas istius substātiæ est pars quæ sunt indiuidua substantiarū particulariū, & secundā hæc duo dicitur prædicamentum substantiæ, & d. quoniā subiectum eorum &c. intendebat a quidditate substātiarū vniuersaliorū earū. Et cū d. est aliquod terminatū &c. intendebat indiuidua substātiæ quæ sunt terminata: quia sunt corpora existentia



per se. D. d. & hoc est de substātijs &c. innuit p hoc qđitates &c. q. d. & ista sunt substātiæ: q̄a sunt partes substātiarū quæ sunt substātiæ in rei veritate scilicet particulariū. D. d. & hæc significāt &c. id est, & ista vniuersalia quæ sunt substātiæ significāt prædicamētū substātiæ. D. dicit sedēs em̄ & stans &c. id est, & causa in hoc est: qm̄ accidētia. V. g. stans & sedēs nō dicūtur esse entia sine istis, & accepit hoc nomē denominatiū pro accidēte tantū. D. d. manifestū est igitur &c. & cū hoc declaratū sit de substātijs manifestū est qđ substātiæ sunt causæ essentiæ accidentiū, & accidētia nō sunt niū propter substātias, & hoc necessariū est: qm̄ cū declaratū est qđ nomē ens dicitur de decē prædicamentis, & dignius de substātijs, & est declaratū qđ cū plura cōmunicant in eodē nomine & quoddā dignius quibusdā: illud qđ est dignius illo nomine est causa exterorū, & dispositio exterorū ad, causalitatē, est sicut dispositio istorū in illo nomine. Ex istis igitur propositionibus concluditur qđ substātia est causa exterorum prædicamentorum.

3 Cū primus municāt in vno nole & quoddā est dignius, quibusdā dignius est semper cā exterorū vide idē. 2. me. t. c. 4. & hic infra. te. ca. 7. & 6. C meta. cō. 7. a Substātia omniū primū rōne notitiæ tpe & natura. b Scire tūc maxime, putamus quando qđ singulā sit cognoscimus magis quam cū quale aut q̄tum.

Quare primū ens, & nō aliquid ens: sed ens simpliciter substātia vtiq; erit. Multipliciter quidē igitur dicitur ipsum primū. Sed substātia a omniū primū, ratione, & notitia, & tempore, & natura. Aliorū enim cathegoremarū nullum est separabile hæc autē sola separabilis est. Et ratione hoc primū. Necesse enim in vniuscuiusq; ratione substātiæ, rationem esse. Scire b autē tūc singula maxime putamus quando quid est homo cognoscimus: aut ignis: magis quā eum quale: aut quātū aut vbi. Quoniam tūc horum eorūdem singula scimus quādo quid est ipsum quale: aut quātum scimus.

Ens igitur quod est principale non illud q̄ est aliquod ens: sed ens quod est simpliciter est substātia. Et principale dicitur multis modis. Sed substātia est prima omnium rerū diffinitione, & cognitione & tēpore. Nullū enim aliorū prædicabilium est separabile, & istud solū est separabile. Et, est etiam prima secundū diffinitionē. Necessariū est enim vt diffinitio substātiæ accipiatur in diffinitione cuiuslibet rei. Et videmus etiā quod nos scimus quodlibet magis quādo scimus ipsum quid sit. Vere gratia, quando scimus hominem esse ignem magis quam cum scimus ipsum esse quale: aut quantum: aut vbi. Et etiam vnumquodq; istorum non scitur nisi quando scitur quid est: aut quale: aut quantum.

4 Et cū sit declaratū q̄ quidditates accidētiū posteriorātur quidditatibus substātiarū secūdū q̄ causata posteriorātur causatis: manifestū est q̄ ens qđ est principale q̄ est prius, & simpliciter est substātia, & nō est illud qđ est aliqđ ens, id est, nō simpliciter nec principaliter. Et hoc intēde hīc cū d. ens igit q̄ est &c. id est, ens ergo q̄ principaliter & simpliciter hīc cū d. ens igit q̄ est &c. id est, ens ergo q̄ principaliter & simpliciter nec eā ens est substātia: nō illud q̄ est aliqđ ens, id est nec principaliter nec

simpliciter,& est inverbis eius ordo posterior. Et cum narrauit quod substãtia est prior cæteris prædicamẽtis,& hoc intẽdebat per principiũ,& primũ dicit multis modis:incepit declarare quot modis precedat. Et.d.& primũ dicit multis modis,id est,& primũ qđ est prius dicit multipliciter,& substãtia est primũ omniũ secundũ diffinitionẽ & cognitionẽ:secũdũ tẽpus. D.dedit causam in hoc &.d.nullũ eũ prædicamẽtũ &c.id est,& substãtia est prior his trib⁹mo dis:qñ nullũ accidẽtiũ est separabile & ipsa sola est separabilis,& hoc intẽdebat cũ.d.id est,de substãtia. Et dixit hoc ꝙ declarauũ est qꝫ uniuersalia accidẽtiũ sunt illa quæ dicũtur in subiecto. Et cũ dixit eam esse primã secũdũ diffinitionẽ dedit modũ &.d.& est etiã prima secũdũ diffinitionẽ &c.id est,& dixemus qđ substãtia est prior diffinitione cuiuslibet accidẽtiũ qñ necesse est vt substãtia accipiãt in diffinitiõe cuiuslibet accidẽtiũ qñ partes diffinitionũ sunt illa per quę cõstituit res,& quia accidẽtia cõstituũtur ꝑ substãtias:necesse fuit vt accipiãtur in diffinitiõib⁹,& in diffinitiõib⁹ substãtiarũ nõ accipiãt illud extra suã naturã:cũ causæ suæ accipiãtur in suis diffinitiõib⁹ quæ sunt substãtiæ.

Et cũ narrauit qđ substãtia est prior alijs accidẽtibus cognitiõe dedit modũ,&.d.& nos videmus &c.id est,& signũ eius ꝙ substãtia apud nos est manifestior accidẽtibus scilicet vniuersalia substãtiæ quã vniuersalia accidẽtiũ est scilicet qđ scire indiuiduũ substãtiæ per sua vniuersalia est perfectius quã scire illud per vniuersalia accidẽtiũ. V.g.ꝙ cũ uolumus scire hominẽ & sciuerimus ipsum esse aliquã naturã substãtialẽ.V.g.scire ipsum ignẽ per hoc prædicabile substãtiale erit perfectius quã scire ipsum esse:quãtũ:aut quale:aut vbi:aut aliud prædicabiliũ accidẽtiũ. Et intẽdebat qđ nõ sunt accidẽtia quæsita per se:sed secũdũ qđ sunt dispositiões substãtiæ demõstratæ,& primũ quæsitũ est substãtia demõstrata. Et quia scire substãtiã hãc per suas dispositiões substãtiales est perfectius quã scire eã per suas dispositiões accidẽtales necesse est vt dispositiões substãtiales sint manifestiores dispositiõibus accidẽtalib⁹. D.dat.iij modũ ex quo declaratur qđ scire aliquid per quid est manifesti⁹ quã scire ipsum per aliquid cõsequẽs:siue fuerit substãtia:siue accidẽs,&.d.& etiã vnũquodq̃ istorũ nõ scitur &c.id est,& signũ eius qđ scire indiuidua substãtiæ per quid est manifestius quã scire ipsa per æquale:aut ꝙtũ est qđ nos videmus qđ nõ scimus vnũquodq̃ ꝙ suorũ accidentiũ:donec scimus illud accidens quid sit:aut quale:aut quantũ. Et substãtia est prior tẽpore:quoniã si accidens sit post corpus in quo est:manifestũ est quod illud corpus præcedit ipsum secundũ tempus,& si fuerit ex accidentibus inseparabilibus a re in qua sit:tunc substãtia subiecta ad illam rem præcedit illam rem & accidentia consequentia ipsam.Verbi gratia,quoniã subiectũ ex quo generatur ignis est prius forma & calore ignis.

Et ꝙ olim,& quod nũc,& quod semper quæsitũ & semper dubitatũ est quid ens:hoc est quæ substãtia.Hoc enim hi quidẽ vnum esse dicunt:illi vero plura quam vnum,& hi quidem finita:illi vero infinita.Quapropter nobis maxime,& primũ, & solum:vt est dicere de sic ente speculandum quid est.

Capu.

Nullũ prædicamẽtum est separabile preter substãtiã.Idem phy.7.de phisic. 14.39.

D

Partes diffinitiõis,sunt illa per quæ cõstituitur res.Idẽ phisphy.cõ.28. &pri.de anima.cõ.5.

Documentum.

E

Quomodo substãtia tẽpore precedit accidẽtia precedit.



CAPVT. II.

Videt aũt substãtia inexistere manifestissime quidẽ corporib⁹.Vnde aũalia: & plantas:& eorum partes substãtias esse dicim⁹:& naturalia corpora: vt ignẽ & aquã:& terram:& taliũ singula:& quæcũq;aut partes eorũ:aut ex his sunt:aut partib⁹:aut ossib⁹: vt cælum & partes eius: vt astra & luna:& sol.Vtrũ verò hæ sole substãtiæ sunt:aut & aliæ:aut horũ qdẽ nulla:altere aũt quædã perscrutandũ. Vident aũt quibusdã corporis termini:vt superficies:& linea:& pũctus:& vnitas esse substãtiæ magis ꝙ corpus & solidũ.Amplio⁹ præter sensibilia. hi quidẽ nõ opinãtur esse aliquid taliũ.Illi verò plura:& magis entia sempiterna:vt Plato species ipsas:& mathematicas:duas substãtias. Tertiam verò sensibiliũ corporũ substantiã.Sed Pseusippus plures substãtias ab vno inchoans:& principia cuiuslibet substantiæ esse dixit:aliud quidẽ numerorũ: aliud magnitudinũ: deinde animæ:& hoc modo protendit substãtias.Quidã verò species & numeros eandẽ dicũt habere naturã.Alia verò lineas & superficies vsq; ad primã cæli substantiã:& sensibilia secũdas attulerũt substãtias esse. Et etiã illud quod semper fuit quæsitũ a longo tẽpore:& modo est quæsitũ & semp faciet errorẽ in quidita te entis.hoc est:qñ substãtia.Quidã igitur dixerũt ipsam esse vnam:& quidam plures:& quidã finitas:& quidam infinitas. Et ideo nos primo considerabimus ex eo quod est huiusmodi magis:& est primũ:& vnũ:& dicemus quid sit.Existimaẽ igitur ꝙ esse substãtiæ est manifestũ in corporib⁹. Vnde dicimus quod aũalia & vegetabilia sunt substãtię & corpora naturalia. Verbi gratia,ignis & aqua:& terra:& aer:& oẽs partes istorũ & quæ sunt ex eis:aut ex suis partib⁹:aut ex suis vniuersalib⁹. Verbi gratia,cælũ & partes ei⁹:& corpora stellarũ: & luna & sol. Perscrutemur igitur de istis vtrum sint substãtiæ tantum: aut sint aliæ substantiæ ꝙ ista:aut quædã ista:aut quædã alia: aut nullũ istorũ:sed alia.Quidam enim existimauerunt ꝙ vltima corporis vt superficies:& linea:& pũctus:& vnũ sunt magis substãtiæ quã solidũ & ꝙ corp⁹:& etiam magis ꝙ sensibilis.Et quidam non opinabantur quod tale sit omnino:& dicebãt quidã plura entia esse æterna vt Plato:q dicebat quod formæ & mathematica sunt duæ substãtiæ:& quod tertiæ substãtiæ sunt corporum sensibilium.Pseusippus autem dicebat plu-

ra

res substantias esse. Et incepit exvno & plura principia esse. Et vnaquæq; substantiarū habet primū: & quod substantia & primū numerorū est aliud: & magnitudinum aliud: & posita anima secundū hunc modū multiplicantur substantiæ. Et quidam dixerunt quod formæ & numeri habent eandem naturam: & quod aliæ res sequuntur ea sicut lineæ & superficies: quousq; perueniāt ad substantiam cæli: & similiter sensibilia.

5 CVm declarauit q̄ quiditates substātiarū sunt priores alijs entibus: & causa eorū incæpit quærere quæ sunt quiditates substātiarū sensibiliū. Et dixit, quod antiqui semp perscrutari sunt de hoc: & quod quo ad suū tēpus nihil demōstratiue fuit dictū in hoc. & dixit, & etiā illud q̄ semp &c.i. & cū declaratū sit q̄ substāntia est peior alijs accidētib⁹: quærendū est de substātia illud q̄ semper fuit quæsitū vsq; ad tps: in quo nullus dixit aliquid demōstratiue: & est qd est illud q̄ est quiditas huiꝰ substātiæ. Et augmētauit hāc quæstionē: q̄m cū fuerit scitū illud q̄ est quiditas istius substantiæ: tūc erit scitū prima causa oīm entiū. Et quia ista quæstio semp fuit desiderata ab oīb⁹ naturaliter est valde difficilis: incæpit notificare opiniones antiquorū in ea. Et dixit, q̄m substantia quidam dixerunt &c.i. Et ista eadē opiniones dixit: cū pscrutatus fuit de principijs substantiæ mobilis scilicet substantiæ naturalis. sed illic scilicet in physico audim⁹ fuit perscrutatus alio modo ab isto. Illic em̄ perscrutatus est de principijs corporis secundū quod est naturale. i. secēdum q̄ quiescit: aut mouetur hic aūt perscrutatus est de eis secundū qd̄ est substātia tantū. Prima em̄ diuisio secundū quā diuidit ens est secundū qd̄ est in substātia & accidens. & ista quæstio differt ab illa quæ est in scientia naturali. q̄m ista quæstio inducit ad sciendū primā formā omniū entiū & vltimū finem & prima quæstio quam incæpit in scientia naturali: inducit ad sciendum primā materiā: & formas naturales & primū motorē. Et dixit, quidam igitur dixerunt &c. forte innuit Parmenidem & Melissum dicentes vnum esse ens. Isti enim dicebant quod illud quod est præter substātiam nihil est: & dicebant quod substantia simplex est non composita & forte innuit eos qui concedunt compositionem: & ponunt elementum etiam vnum quatuor: aut medium inter illa. Isti enim concedunt multitudinem prouenientem a compositione: & ponunt alia esse accidentia præter illud principium vnum. D.d. & quidam dixerunt plura entia vno: & innuit dicentes q̄ principia substantiæ sunt partes indiuisibiles: & dicentes eas esse partes cōsimiles: vt Anaxago. & dicentes ea esse plura vno elemento: vt Empedoc. & quia istorum quidam dicebant has esse infinitas: & quidam infinitas dixit & quidā dixerūt eas esse finitas &c. & videtur mihi quod oēs isti quos narrauit, sunt illi qui nō percipiunt de causis nisi materialem tantū. Deinde dixit, & ideo non considerabimus &c. id est propter hanc diuersitatem accidentem inter antiquos. oportet prius nos ponere principium considerationis in principio substantiæ quam omnes homines concedunt esse principium & vnum: & dicere quid sit. Et innuit principium indiuiduj substantiæ &

Primo phy li. a. t. cō. 6. vsq; ad. 41. Differentia cōsideratiōis naturalis a considerātiōe diuina vide p hoc infra cō. 9. Vide primo phyli. 8. ;. 54.

G Omnes isti quos narrauit nō percepерunt nisi cām materialem. vide opp. de ana. pri. phy. 39. & pri. de anima. 80. & 8. phyli. 37. qa ponit intellectum &



& ideo dixit existimatur em̄ quod esse substantiæ &c.i. & posuimus principiū cōsiderationis in principio indiuidui substātiæ: q̄m oēs hoies cōueniūt in hoc qd̄ indiuidua corporū existētiū p se sunt substātiæ: & qd̄ in eis est principiū: & hoc intēdebat cū dicebat existimat em̄ qd̄ esse substātiæ &c. id est oēs em̄ opinātur qd̄ natura substātiæ est manifesta in corporib⁹ demōstratis: & ista substātia de qua dicit se perscrutandū est illa de qua declarabitur esse formā: & dixit ipsam esse primam quia est causa substantiæ demonstratæ: & substantiæ a demonstratæ nō sunt substantiæ nisi per illā & dixit esse vnam ipsam: quia substātia demonstrata nō est vna nisi per hāc substantiā & per hāc naturā quæ dicit forma. D.d. & ideo diximus qd̄ a alia &c.i. & quia natura eiꝰ est manifesta p se in indiuiduis existētib⁹ p se ideo oēs cōcedunt qd̄ alia demonstrata p se & vegetabilia & suæ partes & vniuersaliter cōposita sunt substantiæ. & corruptibilia simplicia: vt ignis & aqua & terra & aer ex qb⁹ nūt cōposita: & omne qd̄ numerat in istis substantijs: aut in illis quæ sunt partes cōtentæ: aut in illis quæ sunt cōtinētia: vt cælum: aut ex partib⁹ istorū: vt stellæ & luna & sol & omne q̄ generat existit primo & sunt consimiliū partiū. D.d. pscrutemur igit̄ &c.i. pscrutemur igif vtrū ista sint substātiæ tantū. s. dispositiones indiuiduorū, substātiarū: aut sunt hæc dispositiones substātiarū aliæ ab istis aut quædā istarum dispositionū quæ dicunt in resp̄ōsione ad qd̄ sint substātiæ: & quædā nō sunt substātiæ: aut nulla istarū dispositionū est substātia: & hic latet eos. Quoniā aūt indiuidua substātiæ sunt substātiæ: manifestū est: & nullus dubitat in hoc: & hoc intēdebat cū dixit & quædā ista & quædā alia. D.d. aut nullū istorū: sed alia. i. aut nulla dispositionū existentiū in indiuiduis sensibilib⁹ sit substātia: sed substātiæ istorū sunt aliæ.

D.d. quidā igit̄ existimauerūt &c.i. quidā igitur existimauerūt quod vltima corporū sicut superficies & linea: & punctus: & vnū sint substātiæ magis q̄ corpus: qa sunt principia: & ideo cōtingit q̄ ista sint substātiæ magis q̄ substantiæ sensibiles demōstratæ. Et dixit hoc: quia quidā opinabant q̄ puncta sunt priora lineis: & lineæ superficiebus: & superficies corporibus: & dicebant q̄ indiuidua istorū sunt priora indiuiduis corporis sensibilis: & vniuersalia eorū vniuersalioribus corporis: & ideo dixit magis quā solidū & corp⁹: & etiā magis q̄ res sensibiles. & dixit solidū & corpus: q̄m iste habet duas opiniones in corpore: qdā em̄ dicūt q̄ tres dimensiones sunt forma substātialis corporis & isti dicūt corp⁹. Qui aūt dicūt q̄ corpus sit ad cōsumationē superficierū adiuicē dignius est dici ab eis corporeū: & secundū vtrūq; sermonē seqfvt superficies & lineæ & puncta sunt substantiæ magis q̄ corpora & priora eis: aut secundū qd̄ forma est prior cōposito ex materia & forma secundā priorē sermonē: aut secundū q̄ partes sui cōpositi sunt priores cōposito secundū sermonē. Deinde dixit & quidā nō dicūt &c.i. & quidam non opinantur q̄ aliquod lineārū & superficierum & punctorū sit substātia: aut vnū numerale. Et quidā nō solūmodo opinant q̄ magnitudines & numeri. s. mathematica sunt substātiæ: sed opinant cū hoc q̄ formæ rerū sunt substātiæ abstractæ: & opinabant cū hoc tertiā substātiā. s. indiuidua substātiæ sensibilis. Et q opinabant q̄ mathematica sunt substātiæ: qdā ponebāt ea esse alia a formis: & quidē ponebāt numeros

pri. phy. 41. &. 8. phy. 2. H Empe, posuit litem & amicitiam.

a Substātię demōstratæ sunt per formā. Idem. 2. de aia. 2. 7. 8. &. 9. Et 8. met. 7. & 2. phy. 4. & pri. de aia. 90.

Opinio ponētium sola mathematica principia. vide pri. met. 20.

Vide. 3. cæli. 60.

Opinio ponentiū substātiā vna cū mathematicis esse principium.

meros & formas esse eiusdem naturæ: vt post dicet: & isti sunt qui pene perunt causam formalem propriam: & intendebant dare substãtias proprias rebus ex formis vniuersalibus. s. quia ponebant ea esse principia substãtiarũ sensibilium. Deinde. d. Leucippus aũt &c. i. Leucippus aũt dixit plures substãtias esse: quia substãtiæ sunt diuersæ. V. g. grauitas & magnitudo & alia: ideo principia substãtiarũ sunt diuersa. Principiũ enim numeri qd est vnũ est aliud a principio magnitudinũ: & a principio animæ: secundũ hoc multiplicantur species quæ sunt post secundũ numerũ naturarũ diuersarũ, propter suas causas diuersas: &. d. ve mihi videtur: & incœpit ex vno: quia videt quod numeri sunt priores substãtiis alijs: quia vnũ quod est principiũ eorũ est prius principijs substantiarum diuersarũ. Deinde. d. & quidã dicũt &c. i. & quidam homines nõ dicebant ꝙ numeri: & formæ sunt duæ naturæ: sed dicebant quod formæ & numeri sunt eiusdẽ naturæ: & qd istæ sunt causæ linearũ & superficierũ: & qd lineæ & superficies sunt causæ corporũ cæli & aliorũ sensibiliũ.

Opinio Leucippi.

Opinio ponẽtiũ numerũ esse substãtiam vide pro hoc primo. me. 35.

1 De his igitur quid dicitur bene: aut nõ bene: & quæ sunt substantiæ. Et vtrum aliquæ sunt præter sensibiles: aut non sunt: & istæ quomodo sunt. Et vtrum est aliqua substantia separabilis: & quare: & quomodo: aut nulla præter sensibiles.

Perscrutemur igitur de istis: & qui sermones fuerunt dicti bene: & qui econtrario: & quæ substantia est. Et vtrum substantiæ aliquę aliæ a sensibilibus sint: aut nõ: & istæ quomodo sint. Et vtrum substantia aliqua sit separabilis: & quare: & quomodo: aut nulla est præter sensibilia.

6 Cum compleuit numerare opiniones antiquorũ de substãtijs incœpit numerare quæstiones cõsiderãs hic de substãtia. Et. d. perscrutemur &c. i. perscrutemur igitur de istis omnibus opinionibus: & declaremus quæ earũ fuerint dictæ bene: & quæ nõ fuerint dictæ bene: cũ non oẽs fuerint dictæ bene. D. d. & quæ substantia est &c. i. & debemus perscrutari de ꝙditate substãtiarũ quæ manifeste sunt substãtiæ. s. diuidua exĩtia p se. D. d. & vtrũ sint hic aliquæ substãtię &c. i. & vtrũ sint hic aliquæ substãtiæ separabiles atię a substãtijs sensibilib? quę sunt causæ substãtiarũ sensibiliũ: vt dicũt dicẽtes formas mathematicas esse: aut nihil tale: vt si sint ꝙo sunt substãtiæ istarũ substãtiarũ sensibiliũ. D. d. & vtrũ aliqua substãtia sit separabilis &c. i. & vt oporteat perscrutari vtrũ sit hic aliqua substãtia separabilis a sensibilib?. & si est quare est: & quomodo: aut nulla substantia est hic præter substantias sensibiles.

## CAPVT. III.

PErscrutandum cũ descripserimus prius substãtiam quid est. Dicitur autem substantia si non multipliciux de quatuor. maxime etenim quod quid erat esse & vniuersale: & genus substantia videtur esse cuiusq; & quarũ horũ subiectũ. Subiectũ vero est de quo alia dicuntur. & illud ipsum nõ adhuc de alio: propter quod primũ de



de hoc determinandum est. Maxime namq; videtur esse substantia subiectum primum. Tale verò modo quodam materia dicitur. Et alio modo forma. Tertio verò quod ex his. Dico autem materiam quidem ęs. Formam autem figuram speciei. Quod autem ex his statuam totam. Quare si species materia est prior, & magis ens, & ipso quod ex vtrisque prior erit propter eandem rationem. Nec quidem igitur tipo dictũ est qd est substãtia: qa est id quod nõ de subiecto, sed de quo alia.

Et oportet ante distinguere substãtiã. Substãtia enĩ & si dicitur multis modis tamẽ quatuor. Existimatur enim quod est essentia: & vniuersalis etiã, & genus existimatur esse substãtię cuiuslibet, & quartum istorum est primũ subiectũ, et subiectũ est illud de quo dicitur aliud: ipsum aũt non dicitur de alio. Et ideo perscrutandũ est primo de hoc. Primum enĩ subiectũ existimatur esse substãtia, magis quã aliud. Et dicit tale quoquomodo materia, & alio modo forma, & tertio mõ illud quod est ex eis, & dico vt cuprũ materiã, & formã vt figurã statuæ, & quod est ex eis statuam. Si igitur forma est ante materiã, & magis ens, erit etiã ante illud quod est ex vtroq; propter hunc sermonem. Distinctum est igitur modo qd sit substantia, & quod est nõ illud quod est de subiecto, sed illud de cũ est aliud.

ID est, & oportet prius distinguere secundũ quot modos dicitur substantia. & considerare quis istorum est causa substantiæ quælitæ. D. al. quũ substantia ũ dicitur ꝙ &c. id est, substantia enim & si dicitur multis modis, tamen concluduntur in quatuor modis famosis. Hoc nomen enim substantia dicitur de quiditate rei. Et dicitur de vniuersali & quod est ex eis statuam. Si igitur forma est ante materiã, & magis ens, erit etiã ante illud quod est ex vtroq; propter hunc sermonem. Distinctum est igitur modo qd sit substantia, & quod est nõ illud quod est de subiecto, sed illud de cũ est aliud. 7 M

prædicabilię de aliquo secundum quid. & similiter existimatur ꝙ genus propinquum prædicabile de aliquo sit substantia. Et forte dixit hoc, quia antiqui diuersabantur in hoc. & quidam dicebãt ꝙ vniuersale cõmune est dignius hoc nomine substãtia quãvniuersale, ꝓpinquũ, & ista est sententia Platonis. D. d. & quartũ istorũ est subiectũ. i. indiuiduũ substantiæ. Et ideo induxit suã diffinitionẽ qua diffiniuit ipsam in lib. cathegoricorũ. & d. & subiectũ est illud &c. i. & est, illud de quo prædicatur alia. sed de nihilo prædicatur. D. d. & ideo primo pscrutemur de hac substãtia. i. & ideo primũ pscrutãdũ est de causa istiꝰ substantiæ quæ est subiectũ, qñ subiectũ aliarũ rerũ cõceditur esse substantia magis quã aliud. D. d. & dicit tale quoquomodo &c. i. & substãtia dicitur de materia quoquomodo, & de forma etiã alio mõ, & de cõpositis ex eis tertio modo, & d. quoquomodo materiã, et alio mõ formã, quia materia est substãtia secũdũ ꝙ subsistat formæ, & forma est substãtia secũdã ꝙ cõstituit, & cõpositũ ex eis est substãtia secũdũ ꝙ cõpositũ est ex eis. D. d. exẽplũ &. d. & dico mãm &c. i. er itelligo p mãm cuprũ subiectũ statuę, et p formã figurã statuę, & p cõpositũ statuã. D. d. si igit forma fue-

Subiectum aliarũ rerũ cõceditur esse substantia magis quã aliud. Idem 2. phy. 8. & 9. Idem hic cõ. sequẽti

Vide idē.8. me.c.17.&.2 phy.c.4.& 2. de anima com.7.

ma fuerit ante materiā &c.id est, si igitur forma fuerit prior in esse quā materia & magis ens propter hoc quod materia est in potentia, & forma est in actu, erit etiam necessario prior composito ex ambobus. Compositum enim ex ambobus non est in actu nisi propter formam, & hoc intendebat cum dixit eadem ratione, id est, quod modus secundū quem forma est prior materia est idem cum eo secundum quem est prior composito. Et intendebat quod cum forma sit prior composito ex materia & forma, & compositum est substātia, sequitur quod forma sit magis substantia quam compositum. D.d.distinctum est igitur mō &c. id est, iā igit descripsimus substātiā primā de qua loquimur. ita ꝙ est illud quod non prædicatur de aliquo, & de quo prædicant omnia alia.

N Oportet aūt non solū ita. Nō em̄ sufficiēs. Ipsum em̄ hoc manifestū. Et adhuc materia substātia sit, si enim non ipsa, ipsa substātia quæ est alia dissugit. Alīs enim sublatis nihil præter ipsam apparet remanēs. Nā alia qdē corporū sunt passiones, et factiones, & potentiæ. Longitudo vero & latitudo & ꝓfundītas quātitates quædā sunt, sed nō substātiæ. Quantitas em̄ non substātia, sed magis cui insunt hæc ipsa primū, illud est substātia. At vero ablata longitudine, latitudine, & profundo, nihil videmus remanēr nisi quid est determinatū ab his. Quare materiā necesse videri solā substātiā sic intendentibus.

Solet ad, duci.

Dico aūt̄ materiā quæ est secūdū se nullatenus, neq; quid, neq; quantitas, neq; aliquid aliud eorū dicitur quib⁹ ens est determinatū. Est enim quoddam de quo prædicatur horum quodlibet cui est esse alterum, & cathegoricarum vnicuiq. Alia nāq; de substantia prædicantur, hæc vero de materia. Quare quod est vltimum secundum se, neque quid, neque quantitas, neq; aliud aliquid est, neque negationes. Etenim hæc erunt secundum accidens. ex his ergo speculantibus accidit substantiam esse materiā. Sed impossibile. etenim separabile, & hoc aliquid ineſſe videt maxime substātiæ. Quapropter species & quod ex amborobus substantia videtur esse magis quam materia.

Et oportet quod distinctio nō sit tali modo tantū, nō enim sufficit, qm̄ hoc non est manifestū. & eti ām materia est substātia, quoniā si non fuerit substātia, substātia nō erit aliud, & si non substantia erit ignorata à nobis. Quoniā cū alia fuerint abstracta nihil videmus permanere & alia passiua corporū, & actiones, & virtutes, & etiam longitudo, & latitudo, & profundū, sunt quantitates, & non substantiæ. Quantitas em̄ nō est substantia sed illud cuius sunt ista primo modo est substātia. & cū longitudo, & latitudo, & profundū fuerint abstracta nihil videtur permanere præter illud, si fuerit aliquid quod est per sua





diffinitionē. Necesse est igitur vt solā materiā videant esse substantiā illi qui perscrutantur hac perscrutatione. & dico materiam illud quod per se non dicitur quale, nec quantum, nec alia quod eorū per quæ terminatur ens, est enim aliud de quo dicitur vnūquodq; istorū, & essentia illius est alia ab essentia cuiuslibet prædicabilis. Alia enim dicuntur de substantia, & hæc de materia. ergo subiectum vltimum quod est per se, non est illud quod dicitur quale, aut quantū, aut aliud omnino, neque negatio. Ista enim sunt accidentaliter ex istis igitur accidit vt substātia sit materia, sed hoc est impossibile. existimatur em̄ quod separabilia & quæ significant essentiam secundū rationē istius rei sint substātiæ magis. Et ideo existimatur ꝙ forma et illud quod est vtroq; sint substantiæ magis quam materia.

8 O Prima ratio ad ꝓbandū materiā esse magis substantiam.

Dicit. & oportet vt nos simus cōtenti hac distinctione, tantum sine perscrutatiōe & diuisione. s. substātiæ in materiā & formā, qm̄ nō sufficit nec est manifestū per se. s. formā esse substātiā. Et d. hoc, quia materia est manifestior in substātialitate quā forma in primo aspectu. & ideo induxit post sermones ex quibus apparet ꝙ sola materia est substātia, & ꝙ est causa in hoc demōstratū esse substātiā &.d. & etiā materia est substātia &c. i. materia aūt videtur esse substātia magis quā alia. Potest enim aliquis dicere ꝙ si substātia non ponit materia nihil erit hoc quod dicatur substātia. & tunc substātia erit nō ens, & hoc intēde hæc cum. d. & si non, substātia erit ignorata. Et forte innuit per hoc quod dixit. & oportet vt distinctio &c. i. ad descriptionē substātiæ formosum quæ est, qm̄ substātia est illud de quo prædicātur alia & ipsum de nihilo. & tūc dixit hoc, quia ex hac descriptione sequitur ꝙ materia sit magis substātia quā forma, & ideo incepit inducere post rationes ex quibus sequitur quod materia sola est causa substantiæ demonstratæ. Et d. & etiam materia &c. id est, D. d. qm̄ cum aliqua fuerint abstracta &c. id est, & ratiocinatio super hoc quod materia est causa individui substantiæ sensibilis tantū est quod cum abstraxerimus in intellectu ea quæ sunt præter materiā ex rebus abstractis in individuo demonstrato nihil remanebit nisi materia scilicet qm̄ materia non auferet per ablationē illorū & auferuntur illa per ablationem materiæ. D. d. & passiua &c. id est, & virtutes passiuæ & actiuæ & actiones proueniēs ab eis videntur quod cū auferunt remanet materia. &. d. hoc ad declarandum quod formæ conueniunt in hoc cū accidentibus, & ex hoc existimauerunt plures formas esse accidentia. D. d. & etiā longitudo, & latitudo, & profundū &c. id est, & etiam longitudo, & latitudo, & profundū quæ existimantur esse substantiæ corporis videnť esse quātū & nō substātia, qm̄ quantū nō est substantia. Et intendebat quod cū cōcesserim⁹ corpora esse substātias, & quod longitudo, & latitudo, & profundū per quā distinim⁹ corpus sint quātū. & nō substātia. nō remanebit in corpore aliud qd̄ dicat substātia nisi materia, qm̄ cū nō fuerit substātia per tres dimēsiones quæ existimant esse substātia magis quā

P Secunda ratio qd̄ materia sit magis substantia.

alia, qm̃ cũ auferunt a corpore auferunt alia residua, sequit̃ q substãtia sit necessario per materiã. Necesse est em̃ vt individuũ substantiæ sit substãtia per aliqd existẽs in eo q̃ sit substãtia, si nõ fuerit per oẽs partes eius. D.d. sed illud cuius sunt istæ. &c.i. & cũ ista quæ sunt existẽtia in materia nõ fuerint substãtiæ, necessario erit vt illa in quibus existunt ista primitus & sine medio sint substantiæ, & hæc est materia. D.d. sed cum longitudo & latitudo &c.i. & cum sõgitudo & latitudo & profundum fuerint abstracta a corporibus quæ accipiuntur in diffinitionibus eorum nihil remanebit ex corpore nisi illud quod diffinitur a longitudine & latitudine & profundo. & hæc est materia, & ista est alia ratiocinatio a prædicta. Et cum dedit ratiocinationes ex quibus sequitur q̃ materia est substãtia. s. dicentem materiam esse substantiam propter hoc q̃ ablatis aliis non auferetur, & ipsa ablata auferũtur alia, & ratiocinationem dicentem q̃ corpus est substantia & nihil aliud est quam tres dimensiones in materia, & dimensiones non sunt substantiæ rerum quod corpus sit substantia per materiam, & illud per quod substantia sit substantia est substantia. Et cum induxit has duas ratiocinationes sicut diximus, d. necessarium est igitur &c. id est, & cum ista sit necesse est vt illi qui perscrutantur hac perscrutatione. & concedunt has propositiones, opinantur q̃ sola est materia substantiæ individui substantiæ demonstratæ. D. incepit declarare qualis materia est ista &c.d. & dico materiam &c.i. & intelligo per materiã illud quod est existens per se, quod est nec quale, nec quantũ, nec aliquod aliorũ prædicamentorum, qm̃ est in potentia omnia ista. s. decem prædicamenta, vt declarabitur est in physicis. D.d. est em̃ aliud &c.i. declaratũ est enim subiectũ esse in omnibus prædicamentis decem, & q̃ suum esse est aliud ab esse cuiuslibet eorũ. Prædicamenta enim accidentia dicuntur de prædicamento substãtiæ, & prædicamentũ substantiæ dicit de hoc quod est materia. D.d. vltimũ igit &c.i. subiectũ igit vltimũ qd̃ est subiectũ per se. & primo, nõ est illud in quo dicitur quale, nec aliud prædicamentorum decẽ nec priuatio istorum entium, qm̃ hoc est ei per accidens, & intendit subiectũ. igitur vltimũ quod per substantiã suam est aliud ab vnoquoq̃ prædicamentorũ, & a suis priuationibus. cum omnia ista sint ei per accidens. Et dixit hoc. qm̃ si aliqua forma, aut aliqua priuatio esset essentialiter in materia non reciperet oẽs formas. Et cum induxit ratiocinationes ex quibus apparet q̃ materia est magis substantia &c.d. sed hoc est impossibile &c.id est, sed impossibile est vt materia sola sit substantia cum opinatur quod intentiones separabiles intellectu. s. quæ non intelliguntur in respectu aliorum sicut est in materia. sed quæ intelliguntur per se sunt magis substantiæ, & ideo existimatur quod forma sit etiam substantia cum sit quidditas quam significat diffinito, & congregatum etiam ex forma & materia est substantia, & quod hæc duo magis sunt substantia quam materia. Et isti sermones quos induxit hic sunt logici famosi, & ideo induxit eos ad destruendum & ad confirmandum formam esse substantiam dicit perscrutabitur de hoc perscrutatione demonstratiua.

1.phy.69.

Si aliqua forma vel priuatio esset essentialiter in materia non reciperet oẽs formas. Idẽ 1.phy.63. & 69. & 79. & 1.cæ. de substãtia orbis. Vide

Attamen cã quæ nunc ex ambobus substantiam. Dico antẽ eam



eam quæ ex materia & forma dimittendum. Posterior enim est & aperta. Manifesta autẽ est aliqualiter & materia. Itaq; de tertia autem perscrutandum est. hæc namq; maxime dubitabilis. Confitentur autem substantias esse sensibilium quidã: quare in his quærendum prius. Dimittamus igitur nunc loqui de substãtia quæ est ex ambobus. s. ex materia: & exẽplari: quia est vltima substãtia: & manifesta etiã: & materia quoquo modo: & pscrutemur de tertia. Est em̃ in ea maximus error. Et cõcessum ẽ aliqs substãtias esse sensibiles. Quæram⁹ ergo de istis.

Idest: & dimittamus igitur perscrutationẽ de substãtia composita ex materia q̃ forma: quia est posterior duabus substãtijs ex quibus componit: & pscrutari hoc nõ est nisi de causis nõ de causatis. Et est etiã manifestũ per seipsam esse substãtiã. D.d. & materia quoquomodo. i. cõcessum est ab omnibus materiam esse substãtiam: & d. quoquomodo: quia antiqui diuersanf in materia. Quidã em̃ dicũt partes indiuisibiles esse: & quidã corpora consimiliũ partiũ: & alia numerata in naturali bus. Et quia omnes antiqui cõcedũt materiã esse: sed differũt in ea dicẽdo quoquomodo notãdo q̃ conuenit in ea secundũ genus tantũ: & non simpler. Et fortasse dixit quoquo modo quia est substantia diminuta: quia est in potentia. D.d. & perscrutemur igit de tertia. i. de forma. D. d. & cõcessum est &c. & quia manifestũ est p se q̃ individua substantiæ sunt substãtiæ oportet vt primo quæramus de substãtia quæ est prima substãtia istarũ substãtiarũ & cã earũ. i. sine medio. Et scidum est q̃ ista pscrutatio differt ab ea quæ est in primo phy. qm̃ illic qz est pscrutatio naturalis nõ pscrutat nisi ad declarandũ primã materiã esse secũdũ q̃ est materia: nõ secũdũ q̃ est substãtia: & ad declarandũ formas naturales esse tm̃: nõ primã oẽm sensibiliũ rerum: nec formã secũdũ q̃ est substãtia, & ideo cõsideratio de formis naturalibus secũdũ q̃ sunt naturalibus secundũ q̃ sunt naturales nõ inducit ad primã formã. Cõsideratio em̃ de forma inducẽs ad primã formã est cõsideratio de ea secũdũ q̃ est substãtia: & scia naturalis nõ cõsiderat de reb⁹ secũdũ q̃ sunt substantiæ. De prima autẽ materia cõsiderat vtraq; sciæ: sed naturalis considerat de illa secũdũ q̃ est principiũ trãsmutationis: philosophus aũt cõsiderat de illa secũdũ q̃ est substãtia in potẽtia. Et quia Ar. cõsiderauit de illa in naturalibus ideo cõtẽtus fuit illa cõsideratione: & nõ iterauit cõsideratio. nẽ in hac scia: cũ illa ex ij quæ uit ad cognitionẽ essentiæ rerum ingeneratæ & incorruptibilis earũ. p prias. & actio materiæ est trãsmutatio. Formæ vero quæ sunt plures & nõ hñt eãdẽ actionẽ cõem: ideo nõ potuit declarare de suis actionibus scia naturali primã formã. Sed illud q̃ de illis fuit illic declarandũ est ex hoc q̃ actiones formarũ pueniũt ad actionẽ primæ formæ: quæ nõ est in materia & est prima motor & nõ fuit declaratũ de actione istius formæ vtrũ est substãtia aut nõ. Et in hac scia quærit de principio primæ substãtiæ: & ideo posuit principiũ pscrutationis & hoc de principijs substãtiarũ sensibiliũ. Et cũ fuerit ei hoc declaratũ qd̃ principia substãtiarũ sensibiliũ. s. formæ sunt substãtiæ: & est declaratũ in scientia naturali hoc esse corpus sensibile qd̃ est causa in alijs substantijs sensibilibus:



infra. 19. & 4. phy. 3. & primo phy. 52. & 3. ph. 56. & primo cœli. 85.

9

Prima expositio supra quoquomodo. Secũda expositio ad idẽ. Documentum siue digressio quæ ostendit diuersitas cõsiderationis naturalis & diuinæ scie vide cõsimile. 2. phy. 4. & 21. & primo me. c. 15 19. & 4. me. c. 1. & 6. me. c. 1. & 8. me. com. 4. & 12. me. 1. 5. & 6. Idem hic supra. c. 5. & infra cõ. 36. vide

phyloso/phū. in. ii. me. ca. 3.

& prior eis declarabit q̄ forma istius corporis est principium vltimæ substantiæ quæ est prior aliis substantijs: & q̄ ipsum est illud quod dat aliis substantias & formas substantiales generales & corruptibiles.

## CAPVT IIII.

Essentiæ rerum ignotæ cognoscunt ex actionibus earū. p. prijs vide. j. de ala. t. cō. 11. &. 2. de ala. 33. & 42.

QVoniam aūt in principio diuisimus quot modis determinauimus substantiā. Et horū vnū videtur esse quod quid erat esse speculādum est de ipso. Prēpere enim trāseūdum ad quod notius. Disciplina ēm ita fit omnibus per minus nota naturæ ad nota magis. Et hoc opus est. Quemadmodū in actibus: facere ex vniuscuiusq; bonis totaliter bona singulis bona. Sic ex ipsis notioribus quæ naturæ quidē nota ipsi nota. Quæ autem singulis nota & primæ multotiens debiliter nota: & parum aut nihil entis habent. Attamē ex male quidē noscibilibus: ipsi autem noscibilibus: quæ omnino noscibilia nosce tentandum: procedentes sicut dictum est per hæc eadem. Et cum prius distinxerimus secūdū quot modos diffinitur substantia: inuenimus substantiam. Et existimatur quod vna illarum est illud quod significat essentiam rei. Consideremus primo de illa vna: ex principijs enim operationum transfertur ad illa quæ sunt manifestiora. Et similiter est doctrina in vnaquaque rerum quæ sunt minoris cognitionis ab illa quæ sunt maioris cognitionis. Et similiter est in operatione etiam. Operationes enim non sunt nisi ad agēdum ex illo quod est aliquod bonū: & bonum singulis rebus: ad aliquid quod est bonum vniuersale: & bonum cuiuslibet. Et similiter ex eis quæ sunt cognita singulis rebus: ad vniuersalia quæ sunt cognita per naturam: & cognita cuilibet. Et quæ sunt cognita cuilibet in maiori parte sunt paucæ cognitionis: aut parum: aut nihil est in eo de cognitione entis. Sed tamen necesse est vt sciamus ex istis quæ sunt malæ cognitionis: sed habent cognitionem particularem: quæ cognoscuntur modo vniuersali transferendo vt dictum est de istis eisdem.

Disciplina ita fit omnibus per minus nota naturæ ad nota magis.

10 Idest. & cū distinxerimus prius secūdum quot modos dicitur substantia: & dixerimus q̄ vna illarū est illud qđ inducit in respōsione ad qđ est hoc individuū demonstratū: cōsideremus de hac substātia quā significat diffinitio quid sit. D. d. causam propter quā incæpit perscrutari de hac substātia quæ est principiū istarū sensibiliū. &. d. cōsideremus in eo &c. i. quoniā ita est de cognitione speculativa in istis rebus sicut de operativa: quia quemadmodū artificia quæ primo facta sunt transferre assuetum est ab eis ad artificiata quæ sunt manifestiora apud artificiū: cum ipsa sint manifestiora apud nos: ita est de cognitione speculativa. Et hoc intendebat cum dixit. & similiter erit de doctrina: & similiter est processus doctrinæ



doctrinæ in omnibus scientijs præterquam in mathematicis. s. qđ in eis procedit ex eis quæ sunt maioris cognitionis apud nos: & minoris cognitionis apud naturam: ad illa quæ sunt maioris cognitionis apud naturam: & ab hoc incæpit librū suū in physicis. D. d. & similiter in operatione &c. i. & substātia in operationibus humanis. s. artificijs actibus vt in arte regiminis ciuitatū: & in arte medicandi. Ista ēm non inueniunt bonū vniuersale nisi ex rebus quæ sunt bonæ vnicuiq; hominū: cū illæ sunt manifestiores apud nos. D. d. & similiter ex eis quæ sunt cognita &c. i. & similiter trāsferūtur de cognitione singularium rerum quæ sunt manifestiores apud nos ad vniuersalia quæ sunt manifestiora apud naturam. D. d. & erūt cognita cuilibet. i. & in postremo erunt vna cognita cuilibet: quia particularia sunt cognita cuilibet. D. d. & illa quæ sunt cognita cuilibet &c. i. & illa quæ sunt cognita cuilibet sunt paucæ & paruæ cognitionis in respectū eorū quæ sunt cognita apud naturam. D. d. aut nihil est in eis de cognitione entis. i. & in eis quæ sunt prima cognita a nobis: aut nihil est de cognitione entis: aut modicum. s. ex eis puenit ad cognitionē perfecti entis. D. d. sed tū necesse est &c. i. sed tū cū impossibile sit aliud ab hoc necesse scire ex eis q̄ sunt malæ cognitiōis qa hāt cognitionē particularē ad illa quæ cognoscunt p̄ cognitio nē vniuersalē trāsferēdo de cognitiōe naturaliū istarū substātiarū sensibiliū ad substātiā simplicē quę cognoscit modo vniuersali. s. quę cōtinet oēs substātias.

Primo phi. t. c. 2.

R Singularia sunt notiora apud nos quā magis vnia. vide opp. pri. ph. 4. &. 5. & 57. com.

Et primo dicemus quærēdā de ipso logicæ: quid est quodquid erat esse vnūquodq; quod dicitur secundū se. Non enim est tibi esse musicum esse. Non enim secundū teipsum es musicus. Q̄d ergo dicitur secundū teipsum: nec etiā hoc omne. Non enim p̄ ita secundū se vt superficiei album. Quia nō est superficiei esse album esse. At vero nec; quod est: est vtriusq; vt superficiei albæ esse. Quare quia adest ei hoc. In qua igitur non inerit ratione ipsum dicentem ipsum: hæc ratio eius quod quid erat esse singulis. Quare si superficiei albe esse est superficiei esse semper. Albo & leni esse idem erit & vnum. Et iam diximus prius hoc in quibusdam nostris sermonibus sermone logico: quid est illud quod significatur per essentiam rei. Et est illud quod dicitur per se. Aliquid enim esse in loco non est ipsum esse musicum. Musicus enim & vbi nō sunt idem per se. Nec hoc est vniuersale: nec illud quod est per se secundum hunc modum: vt album superficiei. Essentia enim superficiei non est essentia albedinis: & etiam non est illud quod est ex vtroq; i. superficies alba. Et hoc propter additionem quæ est in diffinitione eius. Diffinitio igitur in qua dicens non habet quid est diffinitio quæ est rei per suam essentiam in quolibet. ergo si essentia superficiei albæ est essentia superficiei lenis: tunc albedo & lenitas sunt idem.

VI Com. 1. in hoc. 7.

Quia sicut diximus perscrutat hic in maiori parte de ꝓpositionibus dialecticis quarū vna est ꝙ substātia rei est illud qđ dicit in rēspōsione ad qđ est: & hoc est indiuiduū substātiæ: ideo dixit: & iā diximus &c. & iā descripsimus hāc substantiā alibi dialectica descriptione ꝙ est illud qđ significat sermo q dat essentiā rei quę est diffinitio. D.d. & est illud qđ dicit per se. i. qđ prædicat essentialiter: & innuit primū modū prædicabilis essentialis. f. diffinitionē. declaratū est em ꝙ ista prædicabilia a sunt tria. f. genus: & differētia: & diffinitio: quæ cōponit ex eis quæ diffinitio est idē cū substātia rei: & vniuersaliter prædicabilia substātialia sunt ista quæ adunātur cū subiecto: & adunātur adinuicē. & accidentalia econuerso. Et cū declarauit ꝙ illa substātia est illud qđ significāt diffinitiones & partes diffinitionum: & ꝙ prædicabilia ex qb⁹ cōponunt diffinitiones sunt illa quæ adunātur cū diffinito & adunātur adinuicē: incæpit declarare quare sermones q demonstrant aliqđ extrinsecū quod nō inducitur ad interrogationem de quiditate: ꝙ nec sunt diffinitiones nec partes diffinitionū. D.d. aliqđ em in loco &c. i. & necesse est vt illa quæ demōstrantur per aliqđ extrinsecū. i. per aliqđ accidēs nō sint diffinitiones: quū si essent: cōtingeret vt accidētia prædicabilia de aliquo essent eiusdē naturæ: idē em videtur disponi per plura accidētia: sed illud qđ cōgregatur ex eis nō est vnū nisi p accidēs: & diffinitio declarat substātiam rei: & illud quod congregatur ex eis est vnum essentialiter. Si igitur diuersa accidētia existētia in aliquo declarant substantiā illius erunt eiusdē rei: & naturæ. Et hoc intendebat cum dixit. aliquid enim esse in loco &c. id est & si aliquis interrogauit quid est hoc demonstratum: & responderit quis ꝙ est hoc in loco pro diffinitione: & aliquis responderit quod est musicus pro diffinitiōe etiā tunc esset possibile vt natura musici & vbi esset idem quod non est: & vniuersaliter ex hac positiōe. ix. prædicamenta essent eiusdem naturæ, id est naturæ substātiæ: quoniā secundū hoc erūt differētiæ substantiales: & ideo dixit aliquid enim esse in loco &c. D.d. & etiā vniuersale & c. id est nec ista prædicabilia qñ prædicantur de substātia sunt prædicabilia vniuersalia quę describunt in analecticis posteriorib⁹: aut intēdit ꝙ nō sunt vniuersalia substātialia: vt dictū est in libro prædicamētorū: & qa sermones cōpositi ex accidētib⁹ cōpositiōe ligata qdā sunt cōiūcti p accidēs & qdā p se. f. per secundū modū essentialiū prædicabiliū quæ enumerata sunt in posteriorib⁹. f. in quib⁹ subiectū accipitur in substātia prædicati. Et cum declarauit ꝙ illud ꝙ significat illa quæ sunt per accidēs nō est substantia: incæpit declarare ꝙ neq; etiā sermones compositi ex accidentibus essentialibus significant hoc quod est quiditas substantiarum talibilium: & dixit: nec illud quod est per se &c. nec illud quod significat diffinitio substantiæ: & est illud quod existit p se est licet illud qđ significāt hæc verba superficies alba. D.d. essentia em superficiei &c. i. albedo em nō est quiditas superficiei qñ dicimus ꝙ superficies est alba sicut rationabilitas est quiditatis alterius: qñ dicim⁹ aial rationale. D.d. & etiā nō est illud qđ est ex ambob⁹ &c. i. nec illud qđ demonstrat iste sermo est aliqđ cōpositū vnū ex ambob⁹ sicut illud quod significat aial ratiōe. f. homo. D.d. propter additionem quæ est in sua diffinitione, id est quoniā compositū ex duobus diffinit

a Prædicabilia essentialiter sunt tria. Idē. 7. poste. ca. de per se.

S

T Sermones cōpositi ex accidētibus cōpositiōe ligata qdam sunt p se: & quidam per accidēs. Idē. 4. me. t. cō. 14.



itur cōposite ex duabus diffinitionibus illorū duorum, & ideo sequitur vt diffinitio albi sit cōpositā ex diffinitione albedinis, & diffinitione subiecti albedinis. Et quia in diffinitione albedinis accipitur diffinitio subiecti: contingit quod in diffinitione albi accipiatur diffinitio subiecti bis, ista igitur est additio quæ accipitur in diffinitione albi. & hoc nō accidit ex cōpositis ex substātijs. Verbi gratia, quoniā diffinitio hominis cōponitur ex anima & corpore & rationalitate, & nō accidit ex hoc ire ratio quæ accidit in cōpositō ex substātia & accidente. D.d. diffinitio igitur &c. id est, diffinitio perfecta est sermo: qui cū cōpletur nō remanebit in eo aliquod ens in actu de quo interrogatur per quid: cum in eo sit data quiditas qđ est esse illius rei, & non est in eo ens additū suo enti. Et ista est differētia inter diffinitiones substantiarū & diffinitiones accidentium. Et. q. d. sermo igitur in quo nō inuenitur ens de quo interrogatur per quid est diffinitio perfecta quæ dat causam rei quę est quiditas in vnaquaque rerū. Deinde dicit post quoniā si essentia superficiei albedinis &c. id est, & si aliquis posuit quod quiditas superficiei est albatio: aut quiditas albedinis est superficies: disponitur per plures dispositiones diuersas: cōtinget vt omnes aliæ dispositiones sint eædē. & qđ cōgregatū ex eis sit idem, & sic albedo lenitas & aliæ dispositiones quibus dispōnitur superficies essent eædē. & ecōtrario in prædicabilibus substātialibus. Rationalitas enim est differentia substantialis existens in quiditate anima'is rationalis.

V Cōpositum ex duobus diffinit. cōposite ex duabus diffinitionibus illorū duorum.

X Quoniam vero sunt & secundū alias cathegorias cōposita. Est em aliquod subiectū cuiq; vt qualitati, & quātitati, & quā do & vbi, & motui. Perscrutādū ergo si est ratio ipsius quodquid erat esse cuiusq; ipsorū esse, & inest his ipsum quodquid erat esse: vt albo homini qđquid erat albo homini, sit nāq; nomē ipsi vestis, quid est vesti esse. At vero neq; hoc est ex eorum numero quæ per se esse dicūtur: aut ipsum nō secundū se, dupliciter dicitur, & hui⁹ est aliud quidē ex additiōe, aliud vero nō. Hoc quidē em ex eo dicitur id ꝙ diffinit quia ipsum alij adhāc tur: vt si albo esse diffinies dicat albi hominis rationē. Hoc autē eo quod aliud ipsius significat vestis albū hominem: diffiniat vestē vt albū. Albus itaq; homo est quid albū. Nō tamē quodquiderat esse albo esse sed vesti esse. Ergo est quodquiderat esse aliquid: aut totaliter: aut nō. Quod quidē em quid erat esse est illud quod aliquid erat esse. Quādo vero aliud de alio dicitur nō est quod quidē aliquid hoc aliquid: vt albus homo: non est quod vere hoc aliquid. Siquidem hoc substātijs inest solū. Et cūsint composita ex alijs prædicamtis: etiā aliquid est subiectum cuilibet. V. g. quātitati, & qualitati, & quando, & vbi, & motus. Perscrutemur igitur vtrum sit diffinitio cuiuslibet istorum. Erit igitur istis etiā illud quod significat essentiam rei vt

homonibus. Sit igitur ita quod habeat hoc nomẽ vestis: si igi-
tur dicatur quid est? dicetur vestis: sed nõ ex eo quod est per se.
Nec hoc est aliquid ex eo quod est per se sed modo simplici, &
quoddã ex additione, & quoddam nõ. Quoddam enim diffini
tur per diffinitionẽ alterius: sicut qui diffinit essentiã albedinis,
& dicit diffinitionẽ hominis albi, & quoddã per aliã diffinitio
nem vt vestis: si significat hominẽ album, & ipse diffinit vestẽ
tãquã album. Homo enim albus est albũ: sed diffinitio eius nõ
est diffinitio albi & quia est vestis habet diffinitionẽ quæ signi
ficat essentiã eius quod est, & diffinitio rei est illud quod signi
ficat quid est essentia rei, & cũ aliud dicitur de alio nõ est illud
quod est istud. Verbi gratia, homo albus: quoniam non est, hoc
enim nõ est nisi substantiarum tantum.

12 Intendit in hoc capitulo declarare quod cõposita ex accidẽtibus &
substantiis nõ habent diffinitionẽ sicut diffinitiones cõpositorũ ex ma-
teria & forma, & quod accidẽtia propter hoc nõ sunt dispositiones ac-
cidẽtales. Et dixit cũ cõposita &c. id est, & cũ sint hæc aliqua cõpo-
sita ex substãtia, & aliis prædicamẽtis: substãtia est subiectũ vniuscuius
que accidẽtis. V.g. quãtitatis & qualitatis. Perscrutemur igitur vtrum
ista cõposita habeãt diffinitiones sicut substãtiæ cõpositæ, & sic erit in
istis etiã substantia quæ significat diffinitionem, & est illa quæ notificat
essentiã rei. Et dixit hoc: quia substãtiæ cõpositæ manifestũ est ipsas
habere diffinitiones & nomina æqualia suis diffinitiõibus. Sed prædican
tur de individuis substãtiæ secũdã quid: aut diffinitiones aut notã æqua-
lia illis diffinitiõibus scilicet illa quæ cõgregatæ significãt illud quod
diffinitiones significãt distincte. In hoc igitur capitulo vult perscrutari
verũ cõposita ex substãtia & accidẽtibus habeãt tales diffinitiones & sic
accidẽtia erũt differẽtiæ substãtiarũ: aut nõ habeãt diffinitionẽ omnino
aut habeãt diffinitiones quæ dicãtur secundario in respectu diffinitionũ
substãtiarũ, & ideo induxit exẽplũ cõpositũ ex substãtia & accidẽte, &
dixit. V.g. homo albus, id est, si igitur aliq̃d istorũ cõpositorũ habuerit
diffinitionẽ: sit igitur q̃d homo albus habeat diffinitionẽ quã admodũ
homo habet diffinitionẽ. D.d. sit igitur ita q̃d habeat hoc nomen ve
stis, id est, & ũ homo albus habeat diffinitionẽ necesse est vt habeat nõ
mẽ æquale ei in significatione: ita q̃d illud q̃ cõgregatur de homine &
albo sit vnũ in actu, & duo in potẽtia, & homo erit genus, & albũ diffe
rẽtia, & sit illud nomẽ vestis. Cũ igit quæritur de aliquib⁹ nominib⁹ cõ-
positis ex substãtia & accidẽte. V.g. de hoc albo q̃ quid cõtingit respõ
dere cõgregate: est vestis, & distincte p diffinitionẽ declarantẽ quiditatẽ
ei⁹: sicut accidit cũ aliquis interrogauerit p quid de aliquo cõposito ex
duab⁹ substãtiis: vt de hoc qui cõponit ex alitiate & rõnalitate. De-
bemus cũ rndere ad hæc p diffinitionẽ declarantẽ quiditatẽ & essentiã
hois. D.d. sed nõ est ex eo q̃ dicit ex eo &c. i. sed illud q̃ significat hoc
nomẽ vestis scilicet album hominẽ nõ est ex rebus quæ existunt per se:
sed ex rebus existẽtibus tantũ, & hoc intẽdebat cũ d. sed modo simplici
id est

Y Substãtiæ compositæ manifestum est ipsas ha-bere diffini tiões. Idem 8. me. cõ. vl. sed. vide q̃ op positum hi-infra cõ. 37. Z

Diffinitum est vnum in actu & duo in potentia: sed vide q̃ op positũ infra 43. vbi dicitur diffinitũ p. se vnũ esse propter habe re vnũ in ac tu & aliud in potentia: ergo nõ duo in potentia.



id est, q̃d homo albus secundũ q̃d est albus nõ existit per se: sed est ens
tantũ nõ ens per se: nec pars entis per se: q̃d est individuum substantiæ.
Et cũ narrauit q̃d iste sermo cõpositus nõ est diffinitio: quoniã non
cõponitur ex prædicabilibus essentialibus declarãtib⁹ substãtiã vnius
rei simplicis in actu sicut significãt diffinitiones: sed significant aliquod
cõpositũ ex duobus scilicet homine & albedine: narrauit etiã q̃d hæc
duo sunt in hoc sermone ex duabus naturis diuersis & partes sermonis
diffiniti sunt eiusdẽ naturæ, &c. d. & quoddã est ex additione & quoddã
nõ, id est, duæ partes istius sermonis sunt diuersæ. In diffinitione enim
albedinis additur subiectũ secundũ q̃d est accidens. In diffinitione ve-
ro hominis qui accipitur in hoc sermone tãquã genus nihil additur ex
tra ipsum cũ nõ existat in subiecto sicut albatio. Deinde incepit de-
clarare quomodo additio existit in altera duarũ partiũ istius sermonis
& nõ in reliqua, & dixit: quoddã diffinitur &c. id est. V.g. q̃d vult diffi
nire quiditatẽ albedinis existẽtis in homine accipit in diffinitione eius
diffinitionẽ hominis albi: cũ albedo existens in homine nõ cõstituatur
nisi per hominẽ & albũ. Deinde dicit & quoddã per aliã diffinitio-
nõ &c. id est, & necesse est q̃d illud q̃d significat hoc nomen vestis dif-
finitur duabus diffinitionibus scilicet diffinitione hominis, & diffini-
tione albedinis: cũ hoc nomẽ vestis significet verũq; scilicet & hominẽ
& albedinẽ. D.d. & ipse diffiniuit vestẽ tãquam albũ, id est, & neces-
se est vt diffinitio vestis sit cõpolita ex duabus diffinitionibus duorũ: si-
cut diffinitio alicuius albi cõponitur ex duabus diffinitionibus duorũ
scilicet albedinis & sui subiecti. D.d. homo enim albus &c. id est, &
diffinitio albedinis nõ prædicatur de homine: ita q̃d dicatur q̃d homo
est albedo, id est, ita q̃d prædicatur hoc nomẽ nõ secundũ diffinitionẽ
sicut dixit in cathegoriis, & q̃d propter hoc non habet diffinitionem.
D.d. & quia est vestis &c. id est, sed secũdũ q̃d ponimus q̃ hoc no-
mẽ vestis est nomẽ hominis albi: omne habens nomen habet sermonẽ si
gnificantẽ suã essentiã: cũ illud q̃d significat nomen est determinatum.
D.d. & vniuersalitas rei &c. id est, sed iste diffinitiones nõ habẽt vni
uersalitatẽ. id est, nõ est totũ vniuersaliter, id est, vnũ: sed diffinitio quæ
declarat quiditatẽ rei est rerũ quæ sunt totũ & vnũ, id est, q̃d albus nõ
est totũ & vnũ: sed est congregatũ ex homine & albedine. D.d. & cũ
fuerit dictũ aliud de alio &c. id est, & cũ aliquod cõmune fuerit dictũ in
alio proprio aut alterũ fuerit prædicatũ de altero nõ erit natura alterius
natura secũdi, & cõgregatũ erit totũ: cũ nõ inueniatur nisi in dispo
sitionibus substãtialibus, & hoc est declaratũ in dialectica.

A Diffinitio-nes quæ de-clarãt quidi tatẽ rei sunt rerũ quę sũt totũ & vnũ. B

Quare quodquid erat esse est quorũcũq; ratio est diffinitio.
Diffinitio vero est non si nomẽ rationi idem significet omnes
enim rationes essent vtiq; diffinitiones. Erit enim nomẽ quod
cuilibet rationi idem. Quare & illas diffinitio erit: sed si primi
alicuius fuerit. Talia vero sunt quæcunq; dicuntur non eo
quod aliud de alio dicatur. Nõ erit igitur quicquã non generis
specierũ existens quodquid erat esse, sed his solum. Hæ namq;
videntur non secundum participationem dici & passionem:

nec vt accidens.

Ergo quid est per essentiã est idem omnibus rebus: quarum sermo est diffinitio. Et diffinitio nõ est eius cuius nomen & sermo significant eadẽ, & si non: tunc omnes sermones erunt diffinitiones. Omnis enim sermo habet nomẽ. Ergo metrum albarũ erit diffinitio. Sed cũ fuerit alicuius primo. Et talia sunt nomina quæ dicũtur nõ per illud quod dicitur aliud. Illud igi tur quod est secundũ essentiã non est aliqua formarũ carentiũ genere: sed illarũ tantum. Existimatur enim quod non dicun tur modo communi, & passiuo: neq; sicut per accidens.

11 C Diffinitio non est ois sermo signi ficans illud qd' signifi, cat nomẽ vi de oppositũ 4. met. tex. com. 28.

Dicit ergo quiditas quæ dat essentiã rei est omniũ rerũ quarũ sermo significans eas est diffinitio, & diffinitio nõ est omnis sermo significans illud qd' significat nomẽ rei: sed necesse est cũ hoc qd' sermo cõueni no mini vt significet prædicabilia substãtialia per quæ cõstituitur. D.d. impossibile cõtingens ei qui ponit qd' sufficit in descriptione diffinitio nis vt sit sermo cõpositus cuius significatio est æqualis significatiõi no minis illius rei, & dixit, & si nõ omnes sermones essent diffinitiões, id est, & cõtingit ponẽtibus hoc: vt omnes sermones cõpositi habẽtes no mina sint diffinitiones: omnes enim sermones cõpositi habẽt aut possunt habere nomina. D.d. aut totũ metrũ &c. id est, & si hoc fuerit cõtin get vt omnes sermones quorũ sunt nomina essent diffinitiones, &. d. hoc quoniã omnia metra fere in eius idiomate habuerunt nomina propria.

D.d. sed cũ fuerint alicuius primi, id est, sed cũ nomina æquipollẽtia significatiõi sermonũ significãt rem, id est, essentiã rei. D. exposuit essen tiã, & dixit, & talia sunt nomina quæ dicũtur &c. id est, & talia nomi na sunt nomina quibus dicũtur aliqua nõ propter aliqua extrinseca ab ipsis: sicut ea quæ nominãtur a suis accidẽtibus. Nomina enim nõ signifi cant essentias eorũ prima significatione: sed si significãt mediãtibus illis accidẽtibus, & ideo illi sermões nõ debẽt esse diffinitiones. D.d. er go illud quod est secundũ essentiã &c. id est, ergo diffinitiões quæ signi ficant quiditates rerũ nõ sunt alicuius formarũ carentiũ genere scilicet formarũ quarũ subiectũ est eis genus, &. d. hoc: quoniã subiecta accidẽ tium sunt alia a naturis eorum, & ideo non sunt genera illorũ. Dein de dicit existimatur enim &c. id est, & formæ substãtiales solũmodo ha bent genus scilicet subiectum ex natura illarũ quia existimatur qd' non inuenitur per communicãtiã cum alijs sicut accidẽtia: neq; sunt, passio nes in alijs, id est, in eis in quibus existunt, & vniuersaliter non sunt de natura accidentium: quorum esse est in alio.

Sed ratio quidẽ erit cuiuslibet & aliorũ quid significat si est nomẽ: quia hoc huic inest: aut pro sermõe simplici certior. Dif finitio vero nõ erit nec quodquid erat esse. Aut & diffinitio & sicut quodquid est multipliciter dicitur. Etenim quodquid est vno qnidẽ modo significat substãtiã, & hoc aliquid. Alio vero modo quodcũq; prædicamentorum quãtitatẽ & qualitatem.



& alia quæcũq; talia. Sicut enim & ens existit in oĩbus: sed nõ simpliciter: sed huic quidẽ: primũ: illud verõ cõsequẽter. Ita & quod qd est simpliciter quidẽ substãtiæ: alio verõ modo alĩs. Etenim qualitatem dicemus vtiq; quid est. Quare & qualitas est eorũ quæ quid est: sed non simpliciter. Sed sicut de nõ ente logice dicũt quidã esse non ens non simpliciter: sed non ens: sic & qualitatem. Erit, igitur sermo cuiuslibet aliorum qui si gnificãt quid sit: aut nomen si fuerit quod significat q̃ hoc est. Huius aũt sermo simpliciter significat sermonẽ magis perscru tandũ. Diffinitionẽ autẽ non habet: nec illud q̃ est per essentiã. Diffinitio eñ dicit multis modis: sicut dicitur quiditas. Quidi tas eñ quoquo modo significat substantiã & hoc: & alio mo do vnũquodq; prædicamentorũ. V. g. & quãtitatem: & qualie tatẽm & alia talia. Quemadmodũ enim de substantia interro gatur per quid: similiter de quantitate. Quãtitas igit & quale sunt eorum quæ dicuntur per quid. Sed nõ vt modo simplici: sed vt quidã dixerunt modo logico in eo quod est non modo simplici: sed illud quod non est tale: & qualitas etiam.

D Quodquid est simplici ter est sub stantiarum.

14 Cum declarauit quod diffinitio simpliciter nõ inuenitur nisi in sub stantijs non in accidentibus: quia sunt compositæ ex substantia & acci dente: vult declarare quantum habent accidentia de intentione diffini tionis. Et dixit, ergo erit sermo, id est cum sit declaratũ quod in alijs prædicamentis non inuenitur sermo substantiæ, id est diffinitiõis eius: dicamus igitur quod in vnaquaq; rerum quæ sunt non substantiæ inue nitur sermo qui significat illud quod est in ipso non diffinitio simplici ter. Et similiter si fuerit positum in eis nomen: illud nomen significat quod hoc est huius, id est significabit sermonem compositum ex du bus intentionibus subiecto, scilicet & prædicato. Et dicit hoc: quo niam si iste sermo: homo albus habet nomen: illud nomen significat ho minem in quo est albedo. Deinde dixit, aut loco sermonis simplicis sermo maioris perscrutationis &c. id est aut dicamus loco eius quod diximus diffinitionem simpliciter sermonem maioris declarationis quã nomen: quoniam si habuerint sermonem aut diffinitionem: non habe bunt nisi illud quod est maioris declarationis quam nomen non diffi nitionem simpliciter. Deinde dixit, diffinitionem autem simpliciter non habebunt &c. id est diffinitionem simpliciter nõ habebũt nec qui dicatẽ simpliciter. i. dantẽ esse: & quasi dicit: & ista nõ habẽt diffinitio nem simpliciter: quia non habẽt quiditatẽ simpliciter. Et cũ declara uit q̃ ista habẽt diffinitiones quoquo modo declarauit q̃ ista nomina tio potest poni: quãdiffinitio dicit multipliciter nõ æquiuoce: & dixit: diffinitio eñ dicit &c. i. diffinitio eñ dicitur multis modis secundũ nu merũ eorũ quæ dicunt in interrogatiõe ad quid. D. incæpit numera re illos modos diuersæ quiditatis: & dixit illud eñ qd' dicit quoquo modo &c. i. illud qd' significat quiditatẽ est modo priori: & diffinitio substãtiq

Diffinitio de quiditate.

substãtiæ & huius demonstrati, scilicet existentis per se. D.d. & alio modo vnumquodq; prædicamẽtorũ. id est illud qđ' significat quiditatem cuiuslibet prædicamẽtorũ significat alio modo. & causa in hoc est: quia quiditas in substãtia inuenit alio modo ab eo quo inuenit in alijs prædicamẽtis. In substãtia em̃ inuenit simpliciter: & in alijs prædicamẽtis secundũ quid: & ideo talis dispositio diffinitionũ quæ significãt has duas quiditates. Proportio em̃ diffinitiõis ad diffinitionẽ debet esse sicut proportio quiditatis ad quiditatẽ. Et cõ dixit q̃ habẽt diffinitiones aliquas & quiditates aliquas: incæpit ratiocinari super hoc: & dixit quia quẽadmodũ interrogatur &c. i. signum eius q̃ alia accidentia habẽt quiditates est: quemadmodum interrogamus per quid de quiditatibus substantiarum simpliciter: similiter interrogamus per quid quoquo modo de alijs prædicamentis. Verbi gratia, quid est quantitas: & quid est qualitas. Deinde dixit, sed vt quidam dixerunt &c. id est quoniam nomen diffinitionis in eis nõ dicitur modo simplici: sed diffinitio est in eis secundum quod dictum est in diffinitione priuationis, scilicet quod est illud quod non est tale nec tale, id est illud quod est nõ esse alicuius non esse simpliciter. Et dixit hoc: quoniam hoc nõ est aliquid quod non est simpliciter: sed quoniam non est non esse simpliciter: sicut nec est esse simpliciter: sed non esse in respectu: cum non esse est non esse alicuius. Deinde dicit: & qualitas &c. & ita est de prædicamento qualitatis etiam in hoc sicut in alijs prædicamentis. Et appropriauit qualitatem vt mihi videtur: quoniam hoc nomen quale existimatur significare substãtiam cum quod interrogatur per ipsum in speciebus quæ significant substantias: & in individuis significat prædicamentum quod dicitur quale quod numeratur in accidentibus.

Proportio diffinitiõis ad diffinitionẽ est sicut proportio quiditatis ad quiditatẽ. Idem in sequenti. Priuatio nõ est non ens simplr̃ vide oppositũ. j. phy. cõ. 79.

F Oportet quidem igitur intendere: & quomodo oportet dicere circa vnumquodq;. Non tamen magis quã homo habet. Quapropter & nunc: quoniam quod dicitur est manifestũ: & quod quid erat esse similiter inerit. Primũ quidem & simpliciter substantiæ. Deinde alijs: quẽadmodum quid est. Non simpliciter quid erat esse sed qualitati: aut quãtitati quid erat esse. oportet em̃ aut æquiuoce hoc esse dicere entia: aut addẽtes: aut auferẽtes. Quẽadmodũ & quod nõ scibile scibile. Quoniã hoc quidẽ rectũ est: nec; æquiuoce dicere: nec eodẽ modo. Sed quẽadmodũ aliquid medicinale: eo quod ad idẽ quidẽ & vnũ: non idem autẽ & vnum. Attamen nõ æquiuocc. Nihil enim medicatiuũ corpus & opus & vas dicitur: nec æquiuoce: nec secũdũ vnum: sed ad vnum. Hoc quidem igitur quocunq; modo quis velit dicere differt nihil. Oportet igit̃ vt latitudo sermonis in vnaquaq; rerum si secũdum q̃ oportet: & vt sit in sermone magis: & ideo si iste sermo quem modo diximus fuerit manifestus: erit illud quod est in essentia tale. Etiã & erit primo modo & simplici substantiæ deinde alterius etiã sicut est nõ illud quod



quod est per essentiam modo simplici: oportet igitur vt entia non dicantur eodem modo æquiuocationis sed sicut magis & minus: Sicut illud quod nõ est notum etiã de noto & ignoto. Sermo enim verus qui non est modo æquiuoco: sed secundum similitudinem: sicut medicina quæ attribuit alicui: ita quod sit idem: non ita quod sit cum eo idem: nec modo æquiuoco etiã. Quoniã corpus medicinabile: & actio medicinabilis non dicuntur æquiuoce: nec vno modo: sed respectu vnius. Ista igitur sint dicta à dicente quocunq; modo voluerit. Quoniam inter ea non est differentia in sermone omnino.

15 G Qui dixerit accidẽtia habere diffinitiones dicit ea habere magis q̃ habẽt: & q̃ negat diffinitionẽ in accidẽtib⁹. dea hẽ minꝰ q̃ dicũt habere.

Oportet igit̃ vt sermo de vnaquaq; rerũ sit secundũ q̃ pertinet ad naturã illi⁹ rei: & nõ debet cõtinere magis q̃ illud qđ' pertinet ad suã naturã nec minus. Et d. hoc: quia qui dicit accidẽtia habere diffinitiones dicit ea habere magis q̃ habẽt: & sic̃ qui dicit q̃ nõ dicit de eis hoc nomen ens: & diffinitio: dicit ea nõ habere illud qđ' debẽt habere. Et dixit hoc: vt mihi videt: quia antiqui habebant in eis has duas opiniões: & ipse induxit mediã quæ est vera: & ideo dixit & ideo si iste sermo &c. i. & ideo si noster sermo de diffinitiõib⁹ est iustus: necesse est vt noster sermo de naturis quas significãt diffinitiones sit talis. Et dixit hoc quia posuit principiũ perscrutatiõis de istis naturis a diffinitionib⁹. D.d. & erit primo &c. i. & si noster sermo de diffinitionib⁹ fuerit verus: tũc diffinitiões erũt duob⁹ modis. Quorũ vnus primo & simplr̃ est diffinitio substãtiæ: & hoc nõ intẽdebat cũ dicit & erit primo modo & simpliciter substãtiæ. Secũd⁹ nõ prio mõ & simplicit: sed nõ cõuenienti nature rei cui⁹ est diffõ. Et hoc intẽdebat cũ dixit. d. alteri⁹ etiã sicut. i. diffõ erit primo mõ substãtiæ q̃a est ens simplr̃. d. erit accidẽtis etiã sicut est accidẽs in suo esse cũ nõ sit mõ simplici. D.d. oportet igit̃ vt nõ dicãtur entia &c. i. & cũ sit declaratũ q̃ illud qđ' est simplr̃ est substãtia: & qđ' ista habẽt alia entia: oportet vt hoc nomẽ ens nõ dicat̃ de eis æquoce pure sicut nosta quæ dicunt de affirmatiua & negatiua: & vtr̃ de oppositis: & hoc intẽdebat cũ. d. secũdũ magis & min⁹: qđ' em̃ addit affirmatiua diminuit negatiua: & ideo dixit sicut illud qđ' nõ est notũ: & verũ etiã, id est sicut illud qđ' dixit hoc nomẽ noto de noto & ignoto. Et forte intẽdit q̃ hoc q̃ hoc notũ dicit̃ de noto scientia vera: & de noto sophistice: & iste modus æquiuocationis debet numerari inter modos nominũ æquiuocorũ: & hoc multũ inuenit in idiomate arabico. V. g. cearã qđ' significat luce & obscuritatẽ: & aliũ quod significat magnũ & paruũ.

D.d. sermo em̃ verus &c. i. sermo em̃ verus de istis est q̃ hoc nomen ens dicit̃ de substãtia & de alijs prædicamẽtis nõ modo æquiuoco: sed secundũ q̃ alia attribuunt eidẽ: sicut plura attribuunt medicinæ: & nõ est idẽ in reb⁹ attributis: & hoc intẽdebat cũ dicit nõ quia nõ est idem cũ eis vnũ &c. i. & ista attribuuntur eidẽ: tamẽ illud idẽ nõ est in eis in oibus: sed in respectu. V. g. q̃m cũ dicimus herba medicinalis: & instrumentũ medicinale attribuunt eidẽ, id est medicinæ: sed non est eadẽ intentio medicinæ in instrumẽto sicut in herba: quoniã si ita esset: esset sermo in eis ipis esse medicinalia sicut sermo in reb⁹ multis viuis ipsa esse alilia.

animalia. D.d.neq; modo æquiuoco.i.& cũ ita sit hoc nomen ens nõ
H significat prædicamenta modo æquiuoco:neq; vniuoco. D.d.non eũ
Hoc nomẽ ens nõ significat prædicamẽta modo æquiuoco: nec vniuoco: vide 4. me.c. 2. & pri. phy. 13.2.de ala. 30.12. me. 21.22.&.5. met.14.
dicimus corpus medicabile &c.i.& hoc nomen ens non dicitur de eis æquiuoce neq; vniuoce:quia hoc nomẽ ens dicitur de accidentibus:sicut dicitur corpus medicinale & actio medicinalis:& ista non dicuntur æquiuoce neq; vniuoce. Et dicit hoc:quoniã dicere vnũquodq; prædicamentorum esse ens eo qd derivatur ab esse:sed esse non secundum vnam & eandem intẽtionem est in vnoquoq; eorum:quemãdmodũ herba & instrumentũ attribuuntur medicinæ:sed medicina nõ inuenitur in eis eadem omnibus modis:nisi inquantum quidem inducunt vnum finẽ: & prouenium ab eodem agente.s.medicina. D.d.ista igitur dicantur &c.i.& cũ ista intentio fuerit:intellecta per hoc nomen ens:tunc homo vocat omnes istos sermones fingentes naturas accidentium quomodocũq; voluerit diffinitiones:.& si voluerit descriptiones & diffinitiones sunt substantiæ tamen:& ideo dixit post.

Hinc sumitur qd non quælibet ratio notiũ cans rem fit diffinitio.

Illud autem palam quia quæ primo: & simplr diffinitio: & quodquid erat esse substantiarum est:& nõ solũ: sed etiam aliorum similiter est.verũtamẽ non primo. Nõ enim est necesse:si hoc ponimus huius diffinitionem esse quod vtiq; ratio ni idem significat:sed cuidam rationi.Hoc autem si vnius fuerit:non eo quod continuum:sicut illas:aut quæcũq; colligatione:sed si quotiens dicitur vnũ. Vnũ verò dicitur sicut ens. Ens autem hoc quidem hoc aliquid:aliud verò quãtitatem: aliud qualitatem significat.Quapropter erit albi hominis ratio & diffinitio.Alio verò modo: & albi: & substantiæ. Et hoc est manifestum quod diffinitio primo modo:& simpliciter:& qd est per essentiam:est substãtiæ:& est aliorum similiter etiã: sed nõ primo modo.Nõ enim est necesse si nos posuerimus aliqd subiectũ esse vt sua diffinitio quæ significat ipsum sic sicut si ergo sermonis: sed aliquis sermo. Et illud etiam quando fuerit vnum:nõ ita quod sit cõtinuum:sicut dictamẽ abah:& omnia quæ copulantur per aliquod ligamentum:sed cum fuerit vnũ ex eis modum secundum quos dicitur vnum.Ens igitur quod dam significat hanc substantiã:& quoddã quantitatẽ: & quod dam qualitatem.Et ideo homo albus habebit sermonẽ& diffinitionem:sed alio modo:& substantia alio modo.

16 Cum.d.qd nulla est differẽtia inter hoc qd homo vocat sermones significantes quiditates cuiuslibet prædicamenti:diffinitiones autem nõ scilicet qñ intellexerit naturã essendi in quolibet eorũ. D.sed hoc est manifestũ &c.i.declaratũ est igit ex hoc sermone cp diffinitio primo modo & simplr & qditas simplr ei significat diffinitio est substãtiarũ:& manifestũ est cp alia etiã habẽt diffinitiões sibi:sed nõ primo modo scilicet simpliciter:sed secũdario. D.d.nõ eũ est necesse &c.i.nõ eũ est necesse si posuerimus aliquid esse vt habeat diffinitionẽ significantem ipsum ad modum significationis diffinitionis simplicis, sed tantum est necesse cum non habuerit diffinitionem simplicem vt habeat aliquam diffinitionem. D.hoc ne aliquis dicat quod substantia est vna omnium rerum. Et cum.d.cp illa quæ habẽt diffinitiones debent esse vnum,excepit ex eis illa quæ dicuntur vnũ per ligationẽ & contactũ cũ ista non habeãt diffinitionẽ, neq; simpliciter, neq; secũdũ qd. &.d. & illud etiã &c.i.& est necesse vt aliquid habeat diffinitionem. qm̃ hoc nomẽ vnũ dicitur de eo, nõ sicut dicitur de aliquo dictamen esse vnũ, quia copulatur per conim̃tiones, aut quia est eiusdem intentionis,& vniuersaliter quia omnia dicuntur vnum per ligamenta & copulationẽ,sed cum dicitur vnũ aliquo modo vero eorũ secundum quosdicitur hoc nomẽ vnũ, dictũ est in tractatu in quo distincta sunt omnia. D.d.ens vero quoddam signidicat &c.i.& cũ hoc nomen ens significat substantiã hanc, & quoddã hanc quantitatẽ,& quoddã qualitatẽ, manifestũ est cp nõ eadẽ intentione est eis omnibus diffinitio & nomẽ. D.d. & ideo albus homo habebit sermonem &c.i.homo albus habebit etiã nomẽ & diffinitionem, & similiter vnũquodcp prædicamentorum,sed diffinitio & nomen est eis alio modo.& substantia alio modo.

Illa quę sũt vnũ per ligationẽ & cõtactũ nõ habent diffinitionem neq; simplr neq; secundũ qd. 5.met. text. com.7.

## CAPVT. V.

HAbet autẽ dubitationem si quis nõ dicat diffinitionẽ esse ex additiõe rõnẽ cuius, nã erit diffinitio ipsorũ nõ simpliciũ sed copulatorũ. Ex additione eñ necesse palam facere.Dico aũt vt est nasus,& cõcauitas,& simitas ex duobus dictũ, eo cp hoc in hoc est,& nõ secundũ accidẽs, neq; cõcauitas neq; simitas passio nasi:sed secũdũ se. Neq; vt albũ calliæ,aut homini,qa callias albus cui accidit hominẽ esse.Sed vt masculinũ animali & quãtitatiæquale,vt oĩa quæcũq; secũdum se dicuntur existere. Hæc aũt sunt in quibuscunq; existit, aut ratio,aut nomẽ,cuius hæc passio,& non cõtingit ostẽdere separatũ sicut albũ sine homine contingit, sed non femininũ sine animali.Quare horũ quod quid erat esse, & est diffinitio, aut non est alicuius, aut si est aliter est quẽadmodũ diximus.

L Hic sumit cp passiões ppriq; non possunt diffiniri sine subiecto.

Si igitur aliquis dixerit.sermo qui recipit additionẽ nõ est diffinitio,erit in hoc error,qm̃ si non fuerit, quid igitur est diffinitio eorum quæ non sunt simplicia, sed cõgregata insimul. Necesse est igit vt significentur,ita cp recipiant additamentũ. V.g.nasus & concauitas & simitas quæ dicitur ex vtroq;. hoc eñ est in hoc,& cõcauitas nõ est passio nasi modo accidẽtali, neq; simitas,sed p se.Et nõ sicut calliæ, aut homines qui est callias albus,qm̃ accidit ei cp sit homo,sed sicut masculinũ in animalibus,& æquale in quãtitate,& oĩa quæ dicunt per se sunt verũ.Et ista omnia quæ sunt in eis,aut diffinitio,aut nomẽ, cuius est

Universidad de Deusto
Biblioteca



ius est ista passio, & non potest significare sine ipso alio modo sicut albū potest sine homine, sed fœmina sine animali non potest. Ergo aut non est habitum ab istis illud quod est per essentiā, & diffinitio etiam, aut si fuerit erit alio mō sicut diximus.

17 Dixit Arist. si igit aliqs dixerit &c.i. si igit aliqs dixerit q̄ diffinitiones in qb⁹ addit natura alia a natura diffiniti nō sunt diffinitiones oīno, in hoc erit dubitatio. D.d. qm̄ si nō fuerit &c.i. sed huic positioni cōtinget improbabile, & est vt diffinitiones sint simpliciū & nō cōpositorū ex substātia & accidēte cōpositiōe essentiali, nō cōpositione accidētali, vt hō albus, & ideo d. necesse est igit &c.i. necesse igit dicere in diffinitionib⁹ quā significāt res cōpositas essentialiter ex substantia & accidēte eas recipere additionē. D.d. V.g. nasus &c.i. V.g. nasus & cōcauitas & simitas quę significāt nasum & cōcauitatē. D.d. Hoc em̄ in hoc &c.i. & est necesse vt diffinitio simitatis sit ex ambob⁹, quia simitas significat nasum & cōcauitatē, & cōcauitas nō est passio existens in naso per accidēs, sed per se. & etiam simitas nō est in naso sicut albedo in Sorte aut in homine. Simitas em̄ est in naso de accidentibus in essentialibus albedo aūt est in homine de accidētibus non essentialibus, & ideo nō necesse est vt homo accipiat in diffinitione albedinis, sicut est necesse vt nasus accipiat in diffinitione simitatis. Hoc em̄ nomē significat ambo. s. concauitatem & nasum. D. d. accidit enim ei &c.i. accidit enim albo q̄ sit Sortes aut homo. D.d. sed sicut masculinum &c.i. sed cōcauitas in naso est sicut masculinitas in animalib⁹. ꝯ̄ æqualitas in quantitate. Et intendit q̄ nasus diuiditur in simum & non simum, sicut animal in masculum & seminam, quantum in æquale & in inæquale. D.d. & ista sunt omnia &c.i. & ista accidētia sunt accidētia & passiones in quorū diffinitiōe accipitur, aut diffinitio rei cuius est ipsa passio, aut nomē eius. D.d. & non potest significare sine ipso. i. & nomē illius passionis, & diffinitio eius non possunt significare ipsum sine eo q̄ significant suum subiectū. sicut est possibile in albo & sua diffinitione. i. q̄ non indigent significare hominē, sed quēadmodū fœmina non potest significari a suo nomine, aut a sua significatione sine animali, ita simitas non potest intelligi sine naso. D. d. ergo aut non est habitum &c.i. ista ergo aut non habent quiditatē verā & diffinitionem veram, aut si habēt, habēt alio modo & secūdario. Et hoc est ita, quoniam subiecta talium accidentium non sunt sicut genera differētiarū sunt enim diuersa secūdū genus, & secūdū naturā, q̄ nō cōtingit in genere & differētia dictarum, nec̄ illud q̄ cōgregat ex eis & ex subiecto est vnū in actu, sicut illud quod congregatur ex differentia & genere, & ideo substātiæ sunt digniores diffinitionibus & quiditatibus.

Est aūt & alia dubitatio de eis. Si enim idem est simus nasus & concauus nasus, idem erit simum & concauum. Si verō non, quia impossibile est dicere simum sine re cuius est passio secundum se, & est simum concauitas in naso. Nasum simum dicere aut non est, aut bis idem erit dictum, nasus nasus concauus. Nasus enim simus nasus concauus erit. Propter quod inconueniens

In diffinitione accidentiū essentialiū ponit obiectū non in diffinitione accidētiū p accidens.



neniens est inesse talibus quod quid erat esse. si autem non in infinitum sunt. Naso namque nasi simum adhuc aliud inerit. Palam itaque quia solius substantiæ est diffinitio.

Et in istis rebus est alia dubitatio. Quoniam si idem est nasus simus, & nasus concauus idem est simum & concauorum curium. Et si non, quia impossibile est vt dicatur simus per se sine illo cuius est passio. Et si simus est concauitas in naso, aut impossibile est vt dicatur nasus simus, aut idem dicetur bis, aut erit nasus aut simus, & ideo talia non debent habere quod est per essentiam, & si non proceditur in infinitū. Nasus nasus itaq̄ post non erit aliud. Manifestum est igitur quod diffinitio est substantiarum tantum.

Cum declarauit q̄ ista diffinitio vera est substātiarū tm̄, quia habent genera & differentias & in suis diffinitionibus nō inuenit additio, & quod accidentia nō habent diffinitiones, qm̄ in suis diffinitionibus accipiuntur diffinitiones suorū subiectorū, quæ nō sunt genera eis, sed alię naturæ. Et accidētia sunt in subiectis duob⁹ modis, aut accidentaliter, vt albedo in homine, aut essentialiter vt simitas in naso, & masculinitas in animalibus, & primus modus istorū duorum non habent diffinitionem omnino. Diffinitio enim significat rei terminatas in diffinito, quia qui considerat ad istum modū accidētiū & non ad aliū, negat accidentia habere diffinitiones omnino, & qui cōsiderat etiā accidētia habentia subiecta essentialia affirmat eas habere diffinitiones simpliciter, ideo incepit declarare quod substātias habere diffinitiones est manifestum. & q̄ accidētia habēt aliquid de intētione diffinitionis, & quęrito contingens in hoc ex accidentibus quæ sunt in subiectis per accidens solutur ex hoc. s. qm̄ accipiuntur in suis subiectis essentialibus, quia tunc habebūt nomina quæ significant verūq̄ vt simitas. Et quia aliquis potest dicere in talibus accidentibus, quia habent diffinitionē substātiæ, & quæ sunt tanquam differentiæ suis subiectis, & sua subiecta tanquā genera, incepit & declarare impossibilia cōtingentia huic positioni. Et d. & in istis rebus &c.i. & est qūo est dicere quod simitas est dicta substātialis nasi, & q̄ illud q̄ cōgregat ex eis est vnū, sicut est dispositio in dicta cū genere. Cōtinget em̄ dicēti hoc vt nasus simus, & nasus concauus sint idem, qm̄ cōcauitas est differētia substātialis in naso, & sic nasus cōcauus erit idem cū naso simo, & ex hoc cōtingit q̄ crura cōcaua & nasus simus sunt idem. s. eiusdē speciei. qm̄ subiectū cōcauitatis est tanquā genus concauitatis, & concauitas tanquā dicta. & sic ola in quibus inuenitur concauitas sunt eiusdem speciei. quēadmodū omnia quæ cōstituuntur per eandē differentiam sunt eiusdem speciei. D.d. impossibile enim est vt simus sit per se. i. & contingit, quia impossibile est fingere q̄ simitas existat per se sine subiecto. D.d. & si simitas est cōcauitas in naso &c.i. & si simitas significat concauitatem in naso significat nomen significatę congregatū & dicta & genere, vt homo animal rōnale mortale, necesse est vt nasus nō disponat per simitatem dicēdo nasale mortale, necesse est vt nasus nō disponat per simitatem dicēdo nasale

18 N Accidentia sunt duob⁹ modis. Idē supra cō. 17 & j. ph. 29. O

Accidētia p accidens nō habēt diffinitionē oīno, sed oppositū videtur dicere supra. 14. & 5. com. 2.

Omnia quę cōstituūtur per eandem differentiā sunt eiusdē speciei.

Universidad de Deusto
Biblioteca



sus simus, qm̃ tunc aut dicetur idem bis .s. quod dicere nasus simus erit tanquam differentiæ nasus nasus, aut dicere animal homo, aut simus significat aliquod oppositum ei quod significat nasus, aut similtas existens quid existens per se sine naso. Et hoc intendebat cum .d. aut erit nasus aut simus, & hoc est necesse quando concauitas fuerit differētia substātialis, qm̃ nasus est ei tanquã genus. & sic hoc nomẽ similtas continet ipsum sicut genus continet speciem compositam ex genere & differentia. Et cum dicitur nasus est simus accidit nugatio quæ non accidit si concauitas est accidens in naso. Hæc enim similtas non consignificat nasum nisi per continentiam. Et si dicitur aperte non sequitur impossibile, scilicet quin dicitur nasus simus, cum profunditas sit in eo accidens erit in potentia. Et cum dicitur in actu non sequitur impossibile. Si autem profunditas esset substantia in naso, tunc hoc nomen similtas consignificaret nasum in actu, & tunc esset dicere nasus simus, sicut dicere nasus nasus. Et ideo .d. & ideo ista non habent aliquid quod est per essentiam &c. id est, & manifestum est igitur quod si illud haberet diffinitionem veram contingeret vt nasus haberet nasum, & nasus nasum, & sic in infinitum, ita quod impossibile esset inuenire nasum postquã non esset alius. Et cum declarauit quod sequitur ex his sermonibus talis nugatio. Deinde manifestum est igitur quod diffinitio est substantiarum tantum, id est, propter impossibile prædictum.

Hinc sumi solet q̃ aggregari per accidẽs non est diffinitio

P Nam si aliarum cathegoriarum necesse est ex additione esse vt æqualis & imparis, non enim est sine numero, nec quæ feminini est sine animali, ex additione verò dico in quibus accidit idem bis dicere, sicut in his. Si verò hoc verum non copulatorum erit vt numeri imparis, sed latet, quia non rectè dicuntur rationes, si verò sunt & horũ termini, aut alio modo sunt, aut quemadmodũ dictum est multipliciter oportet dicere esse diffinitionem & quod quid erat esse. Quare sic quidem nulli erit diffinitio, nec quod quid erat esse alicui inerit nisi substantijs, sic autem erit. Quod quidem igitur est diffinitio quæ quis dem ipsius quid erat esse ratio, & quid erat esse, aut solũ substantiarum est, & maxime & primum & simpliciter palam.

Dixit.& cum sit declaratum ꝙ partes substātiæ quoquo modo sunt diffinitionum,& diffinitio habet vnum sermonem,quia res diffinita est vna essentialiter,& post dicemus quomodo diffinitio est vna & habet partes. Et dixit quoquomodo,quia diffinitio est vnum cum diffinito secundum prædicationem,nō quia ipsa diffinitio quæ est forma est ipsum diffinitum quod est habens formam. Et cum peruenit ad hunc locū fecit rememorationem de declaratis, &. d.dictum est igitur &c. id est, declaratum est igitur quid est substantia quę est quiditas rei,quo modo ista substantia est prædicabilis de illo quod est substantia per se, & qd hoc est ei secundum ꝙ est vniuersalis. Et declaratum est etiam quare in quibusdam diffinitionibus omnes partes sunt partes diffiniti, et in quibusdam diffinitionibus non omnes partes sunt partes diffinitionū, sed diffiniti. D.d.& ꝙ partes quæ sunt per materiam non sunt in sermone substantiæ &c.id est,& declaratum est etiam quod partes rei quæ sunt per materiam & sunt ille quæ sunt per quātitatē nō accipiuntur in diffinitione substātiæ quæ est forma,qm ista substātia nō habet partes quātitatiuas,sed istæ partes sunt substātiæ cōgregatæ ex materia & forma,& est res demonstrata.& intendit sicut partes circuli,& partes rei. Deinde dicit,& ista habet diffinitionem &c.id est,declaratum est

quod substantia quæ est forma habet diffinitionem quoquomodo, & ponatur ipsam esse veram diffinitionem, quoniam in diffinitione istius substantiæ apparet aliud, & est subiectum, vera autem diffinitio in qua non apparet aliud, non est huiusmodi diffinitorum. Deinde dicit causam in hoc, &c.d. quoniam cum fuerit cum materia &c. id est, causa eius in hoc est quoniam res quæ sunt in istis non sunt diffinitæ per diffinitiones primarum substantiarum quæ non sunt in alijs. Anima enim quia est existens in alio non habet perfectam diffinitionem. Deinde dicit substantia enim est forma &c. id est, quoniam hæc substantia quę est forma in talibus rebus, & ex isto in quo est, scilicet materia erit diffinitio congregati ex eis, vt similtas quæ diffinitur per concauitatem quę est in hac diffinitione quasi forma, & subiecto cõcauitatis quod est nasus, & ideo accidit in talibus diffinitionibus dicere materiam bis. Necesse est enim vt diffinitio congregati componatur ex duabus diffinitionibus duarum partium ex quo sequitur materiam dici bis, vt declaratum est in principio istius tractatus.

A Anima quia est existẽs i alio non habet pfectam diffinitionẽ Vide causã 8.met.cõ.9 &.16.

In tota verò substantia, aut nasо simo, aut callia inest & materia, & quod quid erat esse, & vnumquodq; in quibusdã idẽ vt in primis substãtijs, vt curuitas & curuitati esse, si prima est. Dico autem primam quæ non dicitur per aliud in alio esse, vt subiecto, vel materia. Quæcumq; verò vt materia, aut concepta cum materia non idem, neq; secundum accidens vnum, vt Sortes & musicum. Hæc enim eadem secundum accidens.

In inceptis cũ materia nõ est idem qd' qdẽ cũ eo cuius est qd'quid est. Idẽ.7. de aiã.t.ca.9.&.8. met.& cõ. 8.&c.

In substantia verò congregata vt nasus ablatio in græco nõ est materia, & quod illud quod est per essentiam et singularia. In quibusdã verò sunt rerũ quæ sunt extẽ, sicut sunt in prima substãtia, vt reflexio & essentia reflexionis. Si igitur fuerit propriũ, & dico primũ illud per quod nõ dicitur aliud esse in alio vt in subiecto. Ossa aũt quæ sunt sicut materia, aut sicut congregata ex materia, nõ sunt idem neq; sunt vnum: nisi per accidens, vt Sor. & musicus. quoniam omnia ista sunt per accidens.

Dicit. compositũ vero ex materia & forma in actu vt congregatum ex naso & concauitate quod dicitur similtas substantia quæ est ex eis ex quam formam, non prædicatur de materia secundum modum secundum quem quiditas rei est ipsa res in prædicatione. & sunt res existentes per se. Deinde exposuit hoc. & dicit & simplicia in quibusdam rebus &c. id est, & res determinatæ in quibusdam vero quiditates sunt ipse id est, quiditates earum declarant suas essentias secundum quid, et sunt illa de quibus dicitur quod prædicatum est substantia subiecti, vt inuenitur in primis substantijs. Verbi gratia, reflexio & quiditas reflexionis, sed quia reflexio non est prima substantia in rei veritate, quia est in alio, sed tamen quando intellectus abstrahunt eam a subiecto, tunc ista habet se ad quiditatem sicut primæ substantiæ ad suas quiditates. d. & si fuerit primũ. Deinde exposuit primum, &.d. & dico primũ &c. i. & intelligo



intelligo per primã substãtiam illud quod nõ dicitur in subiecto: & ista sunt vlia substãtiarũ vt dictũ est in prædicamẽtis. D.d. omnia vero quæ sunt sicut materia &c. composita vero ex materia & forma etiã sunt, illa quæ inueniuntur in alijs essentialiter: licet quiditates eorũ nõ declarent essentias eorũ secundũ qd' quiditates primarũ substantiarũ declarãt essentias earũ. congregatũ ex duabus partibus in eis non est vnũ per accidẽs sicut est dispositio in rebus quæ sunt vnũ per accidens. Verbi gratia homo musicus: & homo albus. Et intẽdit q; differẽtia inter hominem & musicũ & nasum concauum quod dicitur similtas est: quia nasus similus est vnũ essentialiter & cõcauitas est inseparabilis ab eo: homo autem albus nõ est ita: quoniam albedo nõ est inseparabilis ab eo: & ideo homo albus est vnũ p accidẽs: & intẽdit q; nasus diuidit in cõcauum & nõ cõcauũ secundũ quod genus diuidit in suas differentias essentiales: & homo non diuiditur in album & nõ album nisi per accidens. Albedo enim inuenitur in pluribus speciebus alijs ab homine: & differentiæ nasorum quibus differunt non inueniuntur nisi in figuris: & ideo non est remotum vt aliquid in prædicamento qualitatis accipiatur in diffinitione eius quod est in prædicamento substantiæ: & Arist. perscrutabitur de hoc in tractatu sequenti.

Non est remotum vt aliquid in prædicamẽto qualitatis accipiat in diffinitione eius qd' est in prædicamẽto substantiæ. Vide idem. 8. me.t.c.5. & 4.cœli.6.& 26.&.18. ph.tx.&.1. de aĩa.tt. & 5.phy.com. 10.

## CAPVT XII.

NVnc autẽ dicamus primum inquantum in analecticis de diffinitione nõ dictum est: in illis enim dubitatio dicta prępopere rationibus de substãtia est. Dico autem hanc dubitationem quare quidẽ vnum est cuius rationẽ diffinitionẽ esse dicimus: vt hominis animal bipes: sic enim hoc ipsius ratio. quare igitur vtiq; hoc vnũ est: sed nõ multa aĩal: & bipes: in hoc namq; homo & albũ multa quidem sunt: cum alterũ non insit alteri. Vnum vero quãdo inest & patitur aliquid subiectũ homo: tunc enim vnũ fit & est albus homo. Hic autẽ non participat alterũ altero. Genus enim nõ videtur participare differẽtias: simul enim cõtrarijs idem participaret. Nã differẽtiæ contrariæ sunt: quibus differt genus si verò & participat eadẽ ratio si sunt differẽtiæ plures: vt gressiuũ bipes nõ alatũ: quare namq; hoc vnum sed non multa: non enim quia insunt unam sic ex ossibus erit vnum. Oportet autẽ vnum esse quæcumq; in diffinitione. Diffinitio enim ratio quædã est vna & substantia vna. quare vnius alicuius oportet ipsam esse rationem. Etenim substantia vnũ quidẽ & hoc aliquid significat: vt diximus. Dicam? igitur nunc primo de diffinitione cũ non sit dictũ in analecticis. Quæstio enim difficilis dicta in illis præcedit sermonem de substantia. Et dico de hac quæstione qua de causa est vnũ illud de quo dicimus qd' sermo eius est diffinitio vt sermo hoĩs ani-

B Differentiæ sunt contrariæ quibus differũt genus.

C Diffinitio est rationvna & substãtia vna.

mal bipes:& sit hic sermo eius quare est vnum:& non multa: scilicet animal:& bipes:quoniã in homine & albo est multũ. quoniã alterum nõ sit reliquum ablatio in græco:cum subiectum fuerit homo:tũc enim sit vnum:& est albus homo. Hoc vero alterum non est in reliquo:quoniam genus non existimatur congregare differentias. Et si non: tunc idem congregaret contraria insimul. Differẽtiæ igitur in quibus genus diuiditur sunt contrariæ:& etiam si vnus sermo congregat differẽtias & differẽtiæ sunt multæ. Verbi gratia ambulans:bipes:nõ pennatum:quia ista sunt vnum & non plura. Non enim sunt vnum: quia sunt in vno:quoniam secundum hoc erit vnum ex omnibus rebus. & non oportet vt sint vnum nisi omnia quæ sunt vnum numero. Quoniam diffinitio est vnus sermo de substantia:ergo debet esse sermo vnus. Substantia enim est vna & significat rem sicut diximus.

42 D Cõsiderare de diffinitionib⁹ est cõe logico & philosopho differenter tamẽ &c. Differentiæ quæ sunt ãs vltimã differentiã sunt existẽtes in diffinito in potentia cõ simile com. fe. & 8. me. te. cõ. 6.

Dicit. dicamus igitur nunc de diffinitione quare significat vnũ & habet partes: hoc enim nõ fuit dictũ in posterioribus analeticis: quoniã illic posuit hanc positionem & nõ dedit causam. Considerare enim de diffinitionibus est commune logico & philosopho: sed duobus modis diuersis. logicus enim cõsiderat de diffinitionibus secundum q̃ est instrumentũ q̃ inducit intellectũ ad intelligere quiditates rerũ. philosophus aũt secundũ q̃ significat naturas rerũ. & ideo dare causas de hoc magis est propriũ huic scientiæ. Causa eñ in hoc est: quoniã vltima differentia data in diffinitionib⁹ est differentia quæ cõtinet formã per quã ens est vnũ in actu: & ens in actu. Differentiæ eñ quæ sunt ante vltimã differentiã sunt existentes in diffinito potentia: & ideo diffinitũ nõ multiplicat per multiplicationẽ partiũ diffinitionis. Et cũ. d. q̃ intentio eius nunc est loqui de diffinitione: & dicere quæstionem quam dimisit in analeticis. Deinde q̃ eñ difficilis &c. i. ista eñ q̃ debet præcedere sermonẽ de substãtia. Ista eñ q̃ est de q̃ibus super quas fundatur scia de quiditate scientiæ. Deinde induxit q̃nã: & d. & dico hanc q̃nem &c. i. & iõ est quare dicimus vnũ in re de qua dicimus q̃ sermo q̃ significat illã est diffinitio. Verbi gratia cũ dicimus q̃ hõ est animal bipes. Deinde d. & sit hic sermo eius. i. & cũ diffinitio hois. Ver. gr. est animal bipes sit q̃ quomõ dicimus q̃ homo est vnũ: & nõ plura cũ accepimus in diffinitione plura. s. animal & bipes. Deinde d. in hoie vero & albo &c. i. dicere vero homo albus nõ significant vnũ: quoniã alterũ istorum nõ est reliquum essentialiter: & ideo homo & albedo nõ sunt idẽ nisi accidẽs. Deinde d. & cũ subiectũ fuerit hõ &c. i. & homo albus ẽ vnũ: quia subiectũ albedinis accidit ei q̃ fuit vnũ. & ideo est vnũ per accidẽs. Deinde d. hic aũt &c. i. & intendit q̃ bipes nõ est in alali sicut albedo in homine: nec diffinitio dicit esse vna hoc modo. Deinde d. causam huius: & d. genus eñ nõ existimat &c. i. vna eñ species: aut genus nõ existimatur q̃ in eo inueniant differentiæ cõtrariæ sicut inueniunt albedo & nigredo in hoie. Deinde d. & etiã si vnus sermo cõgregat differentias &c. i. & etiã quæret aliquis. & dicet. si vnus sermo qui est diffinitio cõgregat multas differẽtias. V. g. alatũ: ambulãs bipes: quæ existunt in diffinitiõe hois: quõ igit̃ dicit in istis quæ sunt vnũ & nõ multa. Deinde d. nõ eñ sunt vnũ: q̃a sunt in vno. d. illæ eñ differẽtiæ nõ dicunt q̃ accidẽs esse vnũ. s. q̃a sunt in vno: sed essentialiter. quõ si cõcesserim⁹ q̃ oĩa quæ sunt in vno sunt vnũ essentialiter: cõtingeret q̃ totus mund⁹ esset vnũ essentialiter: oĩa eñ sunt in cæto q̃ est vnũ. D. d. & oportet vt sint vnũ &c. i. & oportet vt illa quæ sunt vnũ per diffinitionẽ sunt vnũ numero: q̃a diffinitio est sermo vn⁹ q̃ significat substãtiã vnã. Omne eñ q̃ significat diffinitio est vna substantia: ergo necesse est vt diffinitio sit sermo vnius: q̃a significat in re vnã substãtiã. Et. d. hoc: q̃a iã prædixit quõ diffinitio est multa & est vnius: & ipse. d. ecõtrario. s. q̃ vna est res: q̃a habet vnam diffinitionem ad declarandum ex hoc q̃ diffinitio est vna.

Si oĩa quæ sunt in vno sunt vnũ essentialiter: tot⁹ mundus esset vnũ essentialiter.

Oportet autem primũ intendere de his quæ secundũ diuisiones diffinitionibus. Nihil enim aliud est in diffinitione quã primum dictum genus & differẽtiæ. Alia vero genera sunt primũ: & cum hoc comprehensæ differentiæ: vt primum animal habitum vero animal bipes: & iterum animal bipes non alatum. Similiter autem & si per plura dicãtur. omnino verò nihil differt per plura: aut per pauciora dici. quare nec per pauca: aut per pauca: aut per duo. Duorum verò hoc quidẽ differẽtia: illud verò genus: vt eius quod animal bipes: animal quidẽ genus. differentiæ autem alterum. Si ergo genus simpliciter non est præter eas quæ vt generis species: aut si equidem vt materia est vox enim genus & materia. Differentiæ autem species & elementa ex hac faciunt: palam q̃ diffinitio est ex differẽtijs ratio. At verò & oportet diuidi differentiæ differẽtiam vt animalis differentia est pedalitas. Item animalis habentis pedes differentiam scire oportet inquantum habens pedes. quare non est dicendum habentis pedes aliud alatum: aliud non alatum: sic quidem bene dicit: sed propter non posse facit hoc: sed si aliud habens scissos pedes: aliud nõ scissos pedes: hæ nam q̃ sunt differentiæ pedis. Nam scisio pedis pedalitas quædam est: & sic semper vult procedere donec vtiq̃ veniat ad non differentiã. Tunc autem erunt tot species pedis quot differentiæ: & pedes habentia animalia æqualia differentijs. si itaq̃ hæc se habẽt palam. quia finalis differentia substãtia rei erit & diffinitio: si nõ oportet multotiens eadem dicere in terminis superfluunt eñ accidit hoc dicentibus. Nam quando dicit animal habens pedes bipes: nihil aliud. d. quam animal pedes habens duos pedes habens: & si hoc diuidat propria diuisione multotiens

R Genus non est ꝑter generis spẽs aut si est vt materia est.

Finalis differentia substantia rei erit & diffinitio.

Universidad de Deusto
Biblioteca



dicet:& æqualiter differẽtijs: siqdẽ differẽtiæ differẽtia fiat: vna erit quæ finalis species & substãtia. Si verò secundũ accidẽs vt si diuidat habentis pedes:aliud albũ:aut nigrũ: tot quot vtiq; fecti ones fuerint.quare palã ꝙ diffinitio ratio est quæ est ex differẽtijs.Et harũ ex finali secundũ rectũ.Palã aũt erit si qs trãspo nat tales diffinitiones:vt eam quæ est hoïs dicẽs aïal bipes pedes habẽs superfluũ enim est habens pedes dicto bipede. Sed ordo non est in substantia. Quomodo nãq; oportet intelligere: hoc quidẽ posteri⁹:illud verò prius.De diffinitionib⁹ quidẽ igitur secundũ diuisiones tot dicant primũ: quales quædã sunt. Sed oportet vt pscrutatio post sit de diffinitionib⁹ quæ sunt secundum diuisionẽ.Nihil enim est aliud in diuisione præter genus: quod dicitur primũ & differentia.Alia aũt sunt genera vt prius:& differẽtiæ quæ existunt cũ eo: vt primũ animal quod recipit animal bipes:& etiã animal bipes:vt pennatũ.Et similiter etiã est si dicitur per plura.Et vniuersaliter nõ est differentia:siue dicaẽ per multa:siue per pauca. Ergo non est diuersitas in illis quæ dicunt per pauca:aut per duo:cũ dicunẽ:per duo genus.Aut sicut est illud quod est animal & animal est genus: & illud differẽtia albedo & nigredo.Aut gen⁹ nõ erit modo simplici aliud à forma quæ est sicut forma generis:aut æris.hoc est sicut materia.Q m̃ sonus est gen⁹ & materia:differẽtiæ verò ipsius formas literas ex sono.Manifestũ est igit quoniã diffinitio est sermo ex differẽtijs.sed oportet diuidere differẽtias differentiæ.V.g.ergo bipes nõ oportet dicere ꝙ bipes quoddã est pennatũ:& quoddã non pennatũ sed intendit bonus sermo: quoniã hoc non sit nisi impossibile diuisionis: sed diuisio bipedis esse debet.Talis bipedis:aliud est scissorum pedũ:& aliud non scissorum.Istæ enim sunt differentiæ pedũ:quoniã scissura pedũ est aliqua dispositio ,ppria:& ita ,pcedit semper donec perueniatur ad diuersa & tunc erit forma pedis secundũ differentiarũ numerũ.Et erũt afalia bipedia æqualia numero differentijs.ergo manifestũ est ꝙ vltima differẽtia erit substãtia solius rei.Et si nõ oportet dicere hos sermones in diffinitionib⁹ multotiens:q m̃ hoc est superfluũ in operatione.Et hoc accidit: quãdo cum dicitur animal bipes de quo prædicantur duo pedes nullus dicitur aïal præter animal habẽs duos pedes. Et sic diuidit hanc diuisione proprie:tunc dicet multotiens secundũ numerũ differentiarũ:aut si differẽtia fuerit differẽtiæ; tũc vltimum ad ultimum erit forma & substantia.

F In substãtia nõ est ordo.



Et si diuiditur accidentaliter.V.g.si bipes quoddã est albũ,& quoddã nigrũ:tũc erit secundũ numerum diuisionũ.Et cũ fuerit declaratũ ꝙ diffinito est sermo qui est ex differẽtijs,& ex suis partibus etiã:tũc erit manifestũ ꝙ si aliquis mutauerit diffinitiones tales vt est diffinitio hominis & dixit pfum esse animal bipes:de quo prædicantur duo pedes. Quoniã hoc verbũ de quo prædicatur duo pedes est superfluũ quonã cũ dicitur pes nõ erit ordo in substãtia:quoniã quomodo essentelligẽdũ ꝙ quædã est ante,& quædã post. Iste igitur primus sermo in diffinitionibus quæ sunt secundũ diuisionẽ.

Cum quæsiuit quomodo diffinitio est vna & habet multas partes,& quomodo diffinitũ est vnũ,& diffinitio habet multas partes:vult ponere principiũ perscrutationis de hoc a diffinitionibus quæ sunt secundũ diuisionẽ:vt ei appareat solutio quæstionis. Et d.sed perscrutãdum primo &c.id est,sed primo perscrutandũ est de diffinitionibus quæ fiunt per veram diuisionẽ.Apparet eñ ex diffinitionibus quæ sunt per veram diuisionẽ qd nõ cõtinẽt nisi duo scilicet genus ,ppinquũ.& differentiã essentialẽ illi generi,& vocat genus propinquũ primũ:quia in diffinitione ponitur primũ. D.d.alia vero &c.id est,illa autẽ quæ sunt post primũ genus scilicet genera & differentiæ illorũ generũ sunt in suo esse de natura:eius qd significat primũ genus præter differentiã æqualẽ diffinito. D.d.vt primũ animal qd recipit &c. id est,vt animal qd primo diuidit ur in animal bipes & multipes. D. bipes diuiditur in pennatum & nõ pennatũ omnia eñ illa sunt tanq genus. D.d.& similiter etiã est si dicitur per plura,id est,& similiter cõtingit in diffinitionibus quæ cõtinent differẽtias multas qñ nõ est differẽtia inter multitudinẽ differẽtiarũ in hoc,& paucitatẽ in hoc ꝙ sunt quasi genus,& hoc intendebat cũ d. & vniuersaliter nõ est diuersitas &c.id est,& diuersitas nõ est inter diffinitione: in hoc quod sunt quasi primũ genus secundũ hoc diffinitiones erũt compositæ necessario ex duabus naturis scilicet ex genere & differẽtia:siue int in ea multæ differẽtiæ:siue genus & differẽtia tãtũ. Quo & hoc inẽdebat cũ dixit:aut per illa quæ dicitur per duo,id est,& per genus & differentiã tantũ. D.d.genus vero &c.id est,sumitur igit qd differẽtia.D.d.post autẽ nõ erit genus modo simplici &c.id est,& cum sit declaratũ qd omnis diffinitio cõponitur ex genere & differentia,& genus cõponitur ex forma & materia:aut genus quod dicitur simpliciter non sit aliud a forma subiecti,formæ autẽ erit forma & subiectũ, & quomodocũq fuerit erit simile materiæ. Et forte intelligit per hoc q genus qd est vnum ex materia & forma:aut habet hoc nomen ex parte formæ aut materiæ,& quomodocũq fuerit simile est materiæ. Et intendebat per hoc quod genus in re nõ erit in actu sicut materia,& quod illud qd est in actu est vltima differẽtia:quia genera a diuersant:quædã eñ magis assimilantur formæ,& quædã magis materiæ. D.dicit exemplum &.d.sonus autem est genus & materia.id est,& genus quo

4

Illa quæ sũt inter primũ genus & vltimã differẽtiã sunt quasi genus.idẽ cõ.pcedẽti.

G

H

Genus inre nõ est i actu sicut materia.vide phi. me. c.17.& 8.met.5.& 6.& 12.meta.14.&.5. met.te.c.33.& 10.meta.24.

a Genera diuersant,quædam magis

assimilatur formæ, & q̃dam magis materiæ.

a Materia nõ prædicatur de re nomine principali, vide idẽ supra. c. 23. & quæ ibi.

b Genus apud Arist. est forma vniuersalis: & differẽtia est forma particularis.

Idẽ pri. me. c. 17. & 2. me. c. 6. & 2. phy. cõ. vltimo.

quodãmodo est genus, & quodãmodo est materia est sonus, sonæ enim quodãmodo assimilatur materiæ: quia est propinquius materiæ literarũ, & quodãmodo assimilatur formæ quæ prædicatur de literis secundũ quid. a Et materia nõ prædicat de re nomine principali. D.d. differẽtia autẽ &c. id est, potest intelligi: differẽtiæ autẽ percussionũ facit forma literarũ ex sono: videtur eũ q̃ intẽdit hic per forms literarũ syllabas prolatas, & per literas elemẽta. Et forte intẽdit: differẽtiæ autẽ acceptæ in diffinitiõibus literarũ sunt illa quæ faciũt formas literarũ, & literas esse ex sono, id est, faciũt eas esse ex natura soni. Et iste debet declarare secũdũ modũ quẽ genus hoc est materia. Et fate differẽtia inter sonũ in hoc q̃ est materia literarũ, & inter cuprũ in hoc q̃ est materia idoli est: quia sonus nõ denudatur a forma & percutitur scilicet ex aliquo simili syllabæ lõgæ & brevis. Et cuprũ denudatur a forma & figura omnino, & ideo cuprũ est materia pura, & sonus nõ est materia pura literarũ: sed est similis materiæ secundũ q̃d recipit literas & est similis generi secundũ q̃d nõ est extra modos sonorũ. Et cicompleuit hoc &c. d. manifestũ est igit q̃d diffinitio est sermo ex differentijs id est, & cũ declaratũ est ex quibus cõponũtur diffinitiões: manifestũ est q̃d diffinitio est sermo cõpositus ex differẽtijs, & nõ dixit ex differẽtijs & genere: quia b genus apud ipsum est forma vniuersalis, & differẽtia est particularis. Et cũ narrauit ex quibus cõponũtur diffinitiones incepit declarare q̃d diuisio est quæ largitur tales sermões. & d. sed oportet diuidere differẽtias differentiæ &c. id est, sed oportet diuidere diuisionẽ essentialẽ & primã genere diuisio scilicet q̃d primo diuidatur genus in primã differẽtiã & suã oppositã. d. illã differẽtiã in suã primã differẽtiã nõ vt primo diuidatur genus in differẽtiã suæ differẽtiæ. V. g. animal habẽs pedes: quonĩã primo debet diuidi in suas primas differẽtias. V. g. in bipes & multipes. d. bipes diuidatur per differẽtias essentiales ei per quas diuiditur prima diuisiõe: sicut genus diuiditur in suas primas differẽtias, & sic sint semper donec perueniatur ad illud cõgregatũ ex differẽtijs æquale diffinito. D. d. & etiã oportet &c. id est, & ideo oportet vt animal bipes diuidatur secũdũ q̃d est bipes, & nõ diuidatur in pẽnatũ, & nõ pennatũ, & hoc intẽdebat cũ d. ergo nõ oportet dicere q̃d q̃d dã bipes est pẽnatũ, & q̃d dã nõ pẽnatũ, qui em hoc facit nõ bene potest diuidere: sed intẽdit bonã diuisionẽ essentialẽ quæ largit diffinitionẽ essentialiter. D. narrauit quæ diuisionũ est essentialis isti differẽtiæ &. d. & oportet vt diuisio bipedis &c. id est, & intẽdit per istum pedẽ hominẽ, & intẽdit per propriã dispositionẽ formã propriã: pedibus em est vnũ eorũ per quæ perficitur actio pedis in quibusdã animalibus. D. d. & sic procedatur semper, id est, diuidẽs semper debet tenere istũ modũ in diuisione differẽtiarũ donec perueniat ad illa quæ sunt diuersa secũdũ individuũ scilicet vltimas species. D. d. hic igitur erit diuisio pedis &c. id est, & talis diuisio est in qua numerus specierũ bipedis est secundũ numerũ vltimarũ differẽtiarũ ad quas peruenit diuidens.

D. d. ergo manifestũ est &c. id est, & ista diuisio pertenit ad differẽtias quarũ numerus est secũdũ numerũ specierũ bipedis: manifestũ est q̃ vltima differẽtia est ex specie quę est substãtia illius speciei solius, & sola diffinitio eius, & q̃ illud q̃ est ante nõ est substãtia propria eius: neq; aliquid



aliquid existens extra animã in actu. Quoniã cũ illud per q̃ inuenitur species in actu sit vnũ: manifestũ est q̃ illud q̃ significat diffinitio est vnũ & q̃ diffinito est vna. Quoniã in ea nõ est aliquid in actu nisi vnũ, & multitudo quæ est in ea est in potẽtia, & cũ ita sit, dissoluetur quæstio. Et cũ d. q̃ qui diuidit hac diuisione non diuidit aliquid de substãtia diffiniti, & d. q̃ qui obuiat isti modo nõ intelligit substãtiã diffiniti. d. etiã q̃ si iterauerit eãdẽ differentiã erabit ac si diminuerit, & d. & si non oportet dicere istos sermones &c. id est, & hoc est præceptũ diffinitoris. Deinde induxit exẽplũ in quo accidit hoc in suo idiomate &. d. & hoc accidit &c. id est, quoniã cũ dixerimus in diffinitio hominis q̃ est animal bipes de quo prædicatur duo pedes: tunc significatio huius nominis est sicut significatio istorũ aliorũ vocabulorum: de quo prædicant duo pedes, & ideo d. nõ dicitur aliud animal præter animal habẽs duos pedes, id est, q̃ nihil aliud. d. nisi q̃ est animal habẽs duos pedes q̃ est nugatio. D. d. & si diuisit diuisione propria &c. id est, & cũ diuidens diuiserit rem per suas differẽtias proprias & vsus fuerit hoc additiõe: tũc numerus iterationis rei eiusdẽ erit secũdũ numerũ differẽtiarũ quas induxit in illa diffinitione: sed talis iteratio nõ vtitur in idiomate nostro. D. d. & si fuerit differẽtia differẽtiæ &c. id est, necesse est si diuiserit differentiã per differentiam essentialẽ, & illã per aliã & non iterauit neq; diminuerit tunc vltima differentia erit forma & substãtia illius speciei diffinitæ. & erit vnũ necessario. D. d. & si diuiserit per accidens &c. id est, & si diuiserit differentiã diuisione accidentali. V. g. bipes in albũ & nigrũ. & istas differẽtias accidẽtales, & istas accidẽtales in accidẽtales: tãc iste differẽtiæ erũt infinitæ, & infinitũ nõ largit scientiã. D. d. cũ ergo declaratũ est &c. id est, declaratũ est ergo q̃ diffinitio est sermo cõpositus ex differẽtijs, & q̃ diffinitũ est ens per differentiã vltimã, & hoc manifestũ est vtcũdo vera diffinitiõe, & hoc posito erit manifestũ q̃ si aliquis addiderit in diffinitionibus aliquã differentiam iterabit per aliã dictionẽ quod nugabitur: vt dicatur in diffinitione hominis quod est animal bipes de quo prædicantur duo pedes. Ista enim differentia est superflua. D. d. causam in hoc, &. d. cũ enim dicitur bipes &c. id est, & causa in hoc errore est: quia ponimus q̃d bipes non significat substãtiã similem substãtiæ quam significat illud de quo prædicantur duo pedes: ita q̃ quoddã ponatur ordinatũ ante quoddam: sicut debent poni partes diffinitionũ: cũ isti duo sermones significẽt idẽ. D. d. aste igitur sermo primus &c. id est, hic igitur est primũ eorũ quę debent dici in diffinitionibus quas largitur diuisio, & scitdo naturã ista rum diuisionum dissoluitur quæstio prædicta.

I Infinitũ nõ largitur scitiã. Idẽ prio physico. 33. Epilogus.

## CAPVT XIII.

QVONIAM vero de substãtia perscrutatio: iterum redeamus. Dicitur autẽ sicut subiectum substantia esse, & quodquid erat esse, & quod ex his, & vniuersale. De duobus quidẽ igitur dictũ est. Etenim de subiectum quodquid erat esse, et de subiecto: quia dupliciter subiici tur aut hoc aliquid ens vt alal passionib⁹ aut vt materia actui.

Substantia dicitur quatuor modis.

Et cū perscrutatio sit de substātia: reuertamur et iā: qm̄ quēadmodū subiectū dicitur esse i substātia, & quid est per essentiā etiā ita & istud quod est ex eis & eorū. Et dictū est de duobus. Dictū est enim quid est per essentiam, & dictum ꝓst de subiecto. Quoniam est subiectum duobus modis: aut est hoc sicut animal est subiectum passionum: aut sicut materia.

44 Cum in hac perscrutatione quæratur de principijs primarū substātiarū quæ non sunt in subiecto: neq; de subiecto: sed compositarū ex materia & forma, & est manifestum materiam esse substantiam: incipit perscrutari de forma vtrum sit substantia: aut non, & posuit principiō perscrutationis de hoc de eis quæ significant diffinitiones. Cum igitur declarauit quod illa quæ significāt diffinitiones sunt substātiæ rerū, & diffinitiones cōponūtur ex vniuersalibus quæ prædicātur de particularibus: incipit perscrutari de vniuersalibus vtrū sint substātiæ rerū: aut, nō sed tantū sunt substātiæ particularia de quibus prædicātur illa vniuersalia, & hoc est necessariū in declarādo qd̄ formæ indiuiduorū substātiā sunt substātiæ, & qd̄ in indiuiduo nō est substātia nisi materia & forma particularis ex quibus cōponitur. Et d. & cū perscrutatio sit de substātia &c. id est, & cū perscrutatio sit de formis substantiarum vtrum sint substātiæ: aut non, & iam prædiximus quod substantia dicitur famose quatuor modis, dicitur enim de subiecto quod est duobus modis: quorum vnus est materia. Et alius cōgregatū ex materia & forma. Et de eis quæ significāt diffinitiones quæ dant quiditates rerum. Et de toto, & est manifestum quod subiectū est substātia, & sint declaratum qd̄ quiditates rerum sunt substantiæ: dicendū est de vniuersalibus vtrūsint substantiæ: aut non. Et d. hoc: quia post perscrutationē de istis rebus declarabitur quod substantia quā significat diffinitio est forma rerum particularium. D. d. & dictū est de duobus, & d. hoc quia in hoc tractatu est dictum de substantia quæ est quiditas, & etiam dictum est subiectum esse substantiam, & intendit per subiectum passionum indiuiduum substantiæ, & per passiones accidentia.

In idiuiduo nō est substantia nisi materia & forma particularis ex q bus cōponitur. 2

Videtur autē & vniuersale causa quibusdā esse maxime, & esse principiū vniuersale. Vnde & de hoc tractemus. Videt enī impossibile esse substātiā esse quodcūq; vniuersaliter dictorū. Primū em̄ substātia quæ vniuscuiusq; propria vniuscuiusq; quæ nō ineſt alij. Vniuersale vero cōmune est. Dicit em̄ hic vniuersale ꝓ plurib⁹ ineſſe natū est. Cui⁹ ergo substātia hoc erit aut em̄ omniū: aut nulli⁹. Omniū autē nō est possibile. Vni⁹ autē si erit, & alia huius erūt: quorū em̄ vna substātia est & quod quid erat vnū, & ipsa vnū. Et existimat etiā ꝙ vniuersale est causa etiā rerū & ꝙ magis: quoniā vniuersalia sunt primæ causæ magis rerū. Reuertamur ergo ad hoc dicendū: qm̄ videtur quod impossibile est vt substātia alicuius sit quæ dicuntur vniuersalia. Substantia enim prima quæ est cuiuslibet: est propria cuiuslibet: & nō est alterius. Vniuersale autē est cōe. Nō em̄ dī vniuersale nisi illud qd̄ vniuersaliter est pluriū rerū. Quorū igit erit ista substātia: qm̄ aut erit oīm rerū: aut si fuerit vni⁹ rei: erūt alia illi⁹ rei: quoniā illa quorū substantia est vna & qd̄ est per essentiam eis erit eis vnum cum sit vnum per substātiam.

M Vniuersale est qd̄ aptū natū est pluribus ineſſe idē infra te. com. 57.

Metaphysicæ. 190

Dixit. & existimatur ꝙ vniuersale &c. i. quia existimatur ꝙ vniuersale est causa rerū magis ꝙ causæ particulares: & est prima causa causarum particulariū: & causæ substantiarum existimantur esse substantiæ: perscrutandū est vtrū vniuersale posit esse substantia aut non. Et dicit reuertamur igitur quoniam locutus fuit in hoc qd̄ vniuersalia non sunt causæ agentes particularia: sed hic quærit vtrum sint causæ formales. Deinde dixit videtur enim quod est impossibile &c. id est dicamus igitur qd̄ impossibile est vt aliquid eorum quæ dicuntur vniuersalia sit substantia alicuius rei: & si declararent substātias rerū. Deinde dixit rationē super hoc ꝙ vniuersale nō est pars substantiæ alicuius eorū quæ sunt substātiæ existētes per se: quia substantia cuiuslibet rei demonstratæ est ei propria. vniuersale autē est cōmune pluribus. ergo vniuersale nō est substantia propria. Deinde dixit quorū igitur est ista substantia &c. id est & si fuerit substantia omnium rerum erit substantia vnicuiq; eorum. ergo si fuerit substantia vni & cuilibet. Deinde dedit causam in hoc. & dixit. illa enim quorū substantia est vna. id est. & cum omnia indiuidua conueniunt in vna substātia numero: ergo sunt vnū numero. Et forte intendit ꝙ omnia erunt vnū specie: si dixerimus hoc esse aliquem sermonem vniuersalem continentem ipsa quæ sit substantia eorum. Verbi gratia ens: quoniam tunc oīa erunt vnum secundum diffinitionem: & quæ sunt vnum secundum diffinitionem: sunt vnum secundum speciem. Et forte intendit vtrumq;.

Amplius substantia dicit quæ nō de subiecto: & vniuersale de subiecto aliquo dicit semp: sed an sic quidē nō contingit: vt quodquid erat esse in ipso autē existit: vt aīal in hoīe & equo. Ergo palā quia quædā est ipsius ratio: differt aūt nihil: nec si nō omniū ratio est eorū quæ sunt in substantia. Nihil em̄ minus substantia erit hoc alicuius: vt homo hominis in quo existit: quare idē accidit iterū. Erit enim substantia in illius substātia: vt animal in quo est species: vt proprium existit. Vniuersale autē dicitur de aliquo subiecto: & si ita sit impossibile est vt nō sit sicut illud quod est per essentiā: sed est in hoc vt aīal in equo: & homine. Ergo manifestū est quod habet aliquem sermonē: & in hoc est diuersitas. Et si nō fuerit sermo omniū eorū quæ sunt in substantia etiam: & si non fuerit hæc est aliqua substantia non minus: vt homo hominis: etiam in quo est. Ergo accidit hoc idē vt animal in quo est dispositio quasi proprium.

45

Id est, vle aūt substātiale est illud qd̄ prædicat aliquo secundū quid & substātia

46

N Visibilia nō sunt min⁹ visibilia qñ dicūr cp qñ non vident.

& substantia in rei veritate est illud qđ nō prædicat de aliquo oīno: & cū ita sit: tūc vniuersale nō significat substantiā: misi substantiā quam significat pars sicut animal significat de substātia equi & hominis. s. naturam cōmunē & nō propriā. D.d. ergo declaratū est cp habet aliquem &c.i. ergo declaratū est cp substantia quā significat vniuersale habet aliquā diffinitionē: ergo diffinitiones quæ cōponunt ex vniuersalibus non sunt partes substantiarū sensibiliū. Quoniā substātiæ sensibiles non diuersant in suis substātijs qñ diffiniunt: & qñ nō diffiniuntur. s. qñ sunt substantiæ: licet nō diffiniantur etiā minus cp qñ diffiniuntur: sicut est dispositio in visibilibus: quoniā ipsa non sunt minus visibilia qñ videtur cp qñ non videntur. D.d. ergo accidit hoc idē &c. ad est ergo diffinitiones vniuersalium

a habebunt aliquam dispositionē substātiarum existentiū extra animā & qualitatē accidentē eis: vt animal qđ est vniuersale animali proprio, scilicet demōstrato in vnoquoq; animali.

a Vsia habent aliquā dispōnū substātiarū existētiū extra animam & qualitatem accidentem eis.

Amplius autem impossibile: & inconueniens hoc esse substantiam: si est ex aliquibus non ex substantijs esse. Nec ex eo cp hoc aliquid: sed ex quali. Prius enim erit non substantia: & qualis substantia: & ipso hoc quod est impossibile. Nec em̄ ratiōe nec tempore: nec generatione passiones possibile est prius esse substantia: erunt enim separabiles. Et etiam ex rebus quæ sunt impossibile: & non bonū vt sit substantia: & si est ex reb⁹ vt nō sit ex substātijs: neq; ex isto cp est hoc demōstratū: sed ex qualitate. Erit enim ex non substantia substātiæ: & qualitas ante substantiā: quod est impossibile. Impossibile em̄ est: neq; secundum diffinitionem: neq; secundum tempus: neq; secundum generationem passiones esse ante substantiam.

O 47 Impossē est qlitatē præcedere substantiā neq; secūdū diffinitionē: neq; secūdum tps: neq; secūdū gnationē. cōiūcte ſ. pra. t. c. 4. & primo phy. 14. vide q̄ modo hic sit intelligēdū primū ca. de substātia orbis.

Id est. & cum sit declaratū cp vniuersalia intellecta sunt dispositiōes substantiarū impossibile est vt ista sint partes substantiarū existētes per se. Impossibile enim est & turpe si posuerimus substantiam compositā vt non sit cōposita ex substātijs: sed ex qualitatibus. D.d. impossibile qđ sequit ex hoc. & dixit. erit enim ex nō substantia &c. t. contingere enim huic positiōi multa impossibilia. s. qđ substantia sit ex nō substātia: & vt qualitas præcedat substantiā: qđ est impossibile. Impossibile enim est qualitatē præcedere substantiā: neq; secundū diffinitionē: neq; secundū tempus: neq; secundū generationē: & vniuersaliter impossibile est vt passiones existentes in substantia præcedant substantiam.

Amplius Socrati inerit substantiæ substātia: quare duorum erit substantia. Totaliter verō accidit si est substātia homo: & quicūq; ita dicuntur. nihil eorū quæ in ratione esse nulli⁹ substantiā neq; sine ipsis existere: nec in alio. Dico autem non esse quoddā animal præter aliqua: nec aliud aliorum quæ in rationibus nullius. Ex his itaq; speculantib⁹ palam: quia nihil vniuersaliter existentiū est substātia. Et quia nullū cōiter prædicatorū significat hoc aliquid: sed tale. Sinautē alia quoq; multa accident:



accident: & tertius homo. Et etiā in Socrate est substātia cū sit substātiæ. ergo erit substātia duab⁹. & vniuersaliter accidit ablatio in græco: homo est substantia: & omnia quæ dicuntur hoc modo: vt nullum eorū sit aliud separatū. V. g. vt nō sit animal aliquod aliud à particularibus: neq; aliud ex illis quæ sunt ex vniuersalibus omnino. Ex istis igitur declarabitur considerāti quod nullum eorum quæ sunt vniuersalia est substantia. Et quia nullum eorum quæ prædicantur cōiter significat hoc: sed tale. Et si non acciderent olura alia: & tertius homo.

Id est. & si vniuersale est substantia existens in individuo demonstrato: & est substantia addita substantiæ: per quam individuum demōstratum est individuū substantiæ: & sic erunt in individuo duæ substātiæ: & quomodo erit hoc. Deinde dixit, & vniuersaliter accidit ablatio in græco homo est substantia &c. Forte intelligit: quoniā substātiæ quia sunt existentes per se: & vniuersale a est in capitulo ad aliqd: ergo vniuersale non est substantia separata omnino: separata enim sunt de genere rerum existentium per se: & nō de genere relatiuorū. & secundum hoc nō erit hæc substantia nō substantia particularis existens per se: aut in materia: aut non in materia. Deinde dixit neq; aliud aliorum quæ sunt in vniuersalibus &c. id est neq; vniuersale quod est vniuersaliter eorum quæ sunt rerum sensibilium: neq; aliud genus collocatorum sub hoc vniuersali quorū proportio aliud est: sicut proportio particularium ad vniuersale quod est magis particulare eorum quæ inueniunt in eodē genere. D.d. ex istis igitur declarabitur &c.i. qñ nullum vniuersaliū b prædicabiliū secundū qd de re demōstrata significat ea secundū qđ est demonstrata & individua: sed secundū cp in ea est scilicet natura cōis præter naturā ppriā vnicuiq; eorū. D.d. accidit em̄ &c.i. cōiungunt enim hanc sermoni multa impossibilia alia a prædictis. Contingit em̄ vt sit hic homo tertius: qñ si ex homine intellecto: homo tertius: & vniuersaliter omnis natura congregata ex duab⁹ naturis conuenientibus, necesse est vt sit de natura componentium.

a Vſe est in ca. ad aliqd. & entia separata sunt de gñe rerū p se existentiū. vide idē ſra. cō. 57.

b Vſe qđ prædicat in qđ de re nō significat eā vt est individua: sed vt est in ea natura ſibi ſis naturæ q est in quolibet ī diuiduorū. vide. 12. me. com. 4.

Amplius autem est ita manifestū: impossibile em̄ substantiā ex substātijs esse in existētib⁹? sic vt actu. Duo nāq; sic actu nunq; plū ex duobus dimidijs potestate. Nam actus separat: quare si substātia vnius: hō erit ex substātijs in existētib⁹? Et secundū hūc modū quidē dicit Democritus recte. Impossibile em̄ est esse ait ex duobus vnum, aut ex vno duo fieri. Magnitudines em̄ indiuisibiles substātias faciūt. sic igit manifestū: quia & in numero habebit: si est numerus cōpositio vnitatū: sicut dicit à qbusdā. Aut em̄ nō vnū dualitas: aut nō est vnitas in ipo actu. Et etiā hoc est manifestū hoc modo. Impossibile enim est vt substantia

Vſr omnis natura congregata ex duab⁹ naturis cōuenientib⁹ necesse est vt sit de natura com P ponentium

actus separat. Ex duobus actu existētibus nō fit ꝑ

se vnū idem 8. me. t. c. 15. & .2. de anima tex. com. 7.

stantia sit ex substantijs:cū sit vnum sicut illa quæ sunt in actu. Duo enim quæ sunt in actu secundū hunc modum non erunt in aliqua hora vnū in actu.Sed si fuerint duo in potentia erunt vnum sicut est duplex ex duobus in potentia.Actus enim diuidit substantiam.igitur non est vnum ex substantijs quæ sunt idem in actu.Et secundum hunc modum dixit Democritus sermonem verum.dixit enim quod impossibile est vnum esse ex duobus:& duo esse ex vno. Tunc enim essent substantiæ magnitudinum indiuisibilium:& est manifestum ꝙ similiter erit in numero:& si ista sunt vnitates: sicut dicunt quidam duo aut illa in quibus non est vnitas in actu.

49 Idest.& manifestum est alio modo declarationis qđ impossibile est vt vna substantia actu sit ex duabus substantijs in actu:& intendebat qđ hoc sequitur si vniuersale est pars substantiæ indiuidui demonstrati præter substantiam & propriū. Deinde.d.duo enim quæ sunt in actu &c. i.& causa in hoc est:quia impossibile est quod duo in actu sint ex quibus in aliqua hora sit vnum in actu existentibus illis duobus in actu in eo.

Deinde dicit.sed si fuerint duo in potētia &c.idest illud quod est possibile scilicet vnum in actu sit compositū ex duobus existētibus in ipso in potentia:vt linea quæ est vna in actu:& duplex duabus medietatibus quæ est in potentia medietas nō in actu. D.d.actus enī diuidit &c.i.& causa in hoc est:quia actus facit additū esse diuisum:& duo.& ideo impossibile est vt vnū sit ex duobus in actu:vnū enim est cōtinuū:& actus est discretū. D.d.ergo substātia &c.i.igitur declaratū est qđ substātia nō est vnū cū est cōposita ex substātijs existētibus in actu. D.induxit democritū testē.&.d.& secundō hūc modū.d.democritus &c.i.& intendit ꝙ democritus cōcedebat impossibile esse vnā substātiā cōponi ex duabus substātijs. D.causam in hoc qđ sermo eius in hoc est verus.& est qa ipse opinabat qđ entia cōposita sunt cōposita ex corporibus indiuisibilibus:& nō dicebat mixtionē p quā dicimus possibile esse vt ex pluribus substātijs fiat vna substātia.Et opinabat in substātijs naturalibus esse eas vnum in genere:non in actu:& negabat materiam continuitatis.

Et quia similiter cōtingit hoc eis qui cōponūt entia ex numeris.d.& est manifestū ꝙ sīr est in numero &c.i.& est sīr manifestū ꝙ contingit dicētibus ꝙ substātiæ demōstratæ sunt cōpositæ ex nūeris.s. quæ sunt vnū secūdā cōtinuationē.& eā dixit & si ista sunt vnitates innuit entitatis ista entia sicut qđā dicēt sunt cōposita ex vnitatibus. D.induxit illud ex quo sīngit entia cōponi:&.d.sicut qđā dicūt &c.i.sicut singūt qđā ꝙ nūerus est eorū ex qbus cōponit natura entiū in qbus nō est vnitas in actu est duo. Et innuebat ꝙ hoc qđ cōtingit etiā istis holibus aut dicere ꝙ entia quæ sunt secūdā gen⁹ nō sunt vnū in actu:aut dicere qđ vnitates ex qbus cōponūtur nō sunt vnitates in actu:& sic contingit eis vt numeri admisceant:& tūc gnabit ex eis vnū in actu:qđ est impossibile.

Habet autē qđ accidit dubitationē.Si enī neq; ex vnibus possibile est esse nec vnā substātiā;ppter tale aliqđ:sed nō est aliquid



quid hoc aliquid significare. Nec ex substantijs contingit actū esse neq; vnā substantiā, incōposita vtiq; erit substātia omnis, quare nec ratio vtiq; erit neq; vnius substantię,at verō videtur omnibus & dictum est dudum aut solum substātia esse termium aut maxime.Nūc autē neq; si huiusmodi.Nullus igit erit diffinitio.aut modo quodam erit.modo autem quodam non. Manifestum autem erit quod dicitur magis in posterioribus.

Et in hoc ꝙ accidit ex hoc est error,quoniam si est impossibile vt sit substantia omnino de substantijs in actu, ergo nulla compositio est alicuius substantiæ.] Sed omnes existimant ex prædictis quoniā diffinitio.aut est substantia tantum,aut est ei magis,& secūdū ꝙ dictum est tunc diffinitio non est substantiæ nec alterius rei oīno,vt dicat ex quodā mō est diffinitio, & quodam mō nō,& iste sermo erit de diffinitionib⁹ dictis post.

Dixit.sed accidit quod in eo quod dictū fuit.s. ꝙ impossibile est ꝙ vna substātia sit ex pluribus substātijs in actu. qm̄ si ita sit existimat ꝙ omnes substātiæ essent simplices,& ꝙ nulla substātia sit cōposita. D. d.sed oēs existimāt &c.id est,sed omnes existimāt ꝙ substātiæ sunt cōpositæ ex hoc ꝙ cōcedūt ꝙ diffinitiones significāt cōpositū,& ꝙ diffinitiones aut sunt substātiarū tantū,aut magis. D.d.sed secundum illud quod dictū est nūc &c.id est,& secūdum ꝙ sequit ex primo sermone.s. qm̄ substantiæ nō cōponunt,nulla substātia habebit diffinitionem nisi dicatur ꝙ quodā modo cōpositionis erunt diffinitiones, & quodā mō non.D.d.& iste sermo &c.id est,& post declarabit cuius modi cōpositorum sunt diffinitiones,& cuius modi non. Et intendit ꝙ diffinitiones significant substantias in potētia & vnā in actu & hoc tam declarauit,sed vult complere perscrutationem de illo post. & sunt compositæ ex partibus quæ sunt,secundum quantitatem. 50 Supra tex. cō. 43.

## CAPVT. XIIII.

Manifestū aūt ex his ipsis, quod euenit ideas ponētibus substātias & separabiles esse, & simul speciē ex genere facientibus & differētijs. Si enim sunt species,& animal in homine,& equo,aut vnum et idem numero sunt.aut alterum.Ratione nāq; palam quia vnū.eādem enim.d.rationem dicēs in vtroq;,ergo si est aliquis homo ipsum secūdā se hoc aliqd. & separatum, necesse est ex quibus vt asal & bipes, hoc aliqd significare,& esse separabilia,& substantias. quare & animal. Siquidē igit idē & in equo,sicut tu,in teipso,qūo in separatim existentibus vnū erit,& quare nō. & sine ipso erit & asal hoc.

Et ex hoc apparet qđ accidit dicētib⁹ formas.s.ideas esse substantias & separatas. & dicētib⁹ cū hoc ꝙ forma est ex ghe & differentijs. Quoniā si forma & asal est in hoīe & equo tūc aut sunt

Universidad de Deusto
Biblioteca



sunt vnū numero, aut diuisa, & est manifestū ꝙ ambo sunt vnū p diffinitionē. & si aliqd fuerit hō & est p hoc & est separatū etiā, necesse est & illa ex qbus est aīal, vt significēt hoc & vt separatū p substātiā. ergo & aīal etiā si est idē in equo, sicut non est idē quodā modo quo mō possunt ponere ipm separatū. & vt sit vnum, & quare non est separatum ab eo ipsum animal.

51 Id est, & ex prædicātis & ex eis quæ modo dicā apparet quid accidit de impossibili dicentib⁹ species esse ideas & substātias separatas, qui dicūt ꝙ species generant ex generibus & differentijs. D.d. illud impossibile &c. d. qm̄ si forma & animal &c. qm̄ si forma quæ est genus in speciebus est sicut animal in homine, & equo, tunc aut animalitas quæ est in eis est vna numero, aut ex quæ est in equis est alia ab ea quæ est in homine simplr, & vtrāq; est impossibile. ergo sequitur vt sit in eis vna secūdū diffinitionē & quiditatē. D.d. si igit aliquid fuerit homo &c. id est, si igit fuerit hic homo separatus vnus in numero & demonstrat⁹, qui est exēplar hominis generabilis & corruptibilis, necesse est vt pars hominis separati quæ est exemplar animalis quod est hic, aut sit prædicatiuū de animali cuius est exēplar, aut ꝙ sit etiā separatū per substantiā ab eo cuius est exēplar vnū numero. D.d. ergo est animal &c. i. & cū fuerit concessum ꝙ animal est in homine & equo quodā mō vnū. i. vnū secundū genus, quod nō est in eis vnū alio modo. s. secūdū numerū. qđo possunt ponere illud quod est secūdū genus vnū separatū & vnū in numero, & quare nō est animal separatū quod est exēplar idem est animali. quod est in sensato. & sic nō erit exemplar ei, sed formæ quæ sunt in sensibilib⁹ sunt separatæ. Et d. hoc qa iste sermo pōt magis existimari. s. ꝙ formæ, quarū actiones apparēt in materijs sunt separatæ, & ipse persecutabit de hoc in alia scientia, & maxime in aīa, & in aīa intellectiua.

3. de aīa. tc. cō. 4. & in fra.

Deinde siquidem participatione bipedis & multipedis, impossibile aliqd accidit. Cōtraria nāq; simul inerūt ipsi, & huic enti. sinaūt qs modus qñ dicit aliquis vtiq; aīal esse bipes aut gressibile. sed forsan cōponitur, & copulatur aut miscetur. Verū omnia inconuenientia. sed si alterū in vnoquoq; Infinita ergo erūt vt est cōsequēs differentiæ quorum substantia animal. Nō em̄ secūdū accidēs est animal hō. Amplius multa erunt ipsum animal. substātia em̄ in vnoquoq; animal. Nō enim de alio dicit. si aūt non ex illo erit homo & genus ipsius illud. Et amplius ideæ omnia ex quibus erit homo. Igitur nō quidē alterius verō substantia. Impossibile nāq; Ipsum igitur animal erit vnūquodq; eorū quæ in aīalibus. Amplius ex quo hoc & quomō ex ipso animali, aut qūo possibile est eē animal, quod est substantia hoc ipsum præter ipsum animal. Ampli⁹ aūt in sensibilibus hæc accidūt, & his absurdiora. si itaq; impossibile sic se habere palā, quia nō est idea ipsorū sicut qdā dicūt.

Et



Et etiam si per communicationem sunt bipes & multipes etiam necesse est vt in eis sint contraria insimul in eodem. cum hoc etiam. & si non. quomodo igitur dixit aliquis ꝙ animal est ambulans aut bipes. Et rectum est vt sint cōposita, aut contracta aut mixta. sed omnia sunt indiuidua quæ non separantur sed vnum quodq; eorum habet aliud vnum. ergo erit sicut sermo dicentis ꝙ illa quorum substantia est animal sunt insita. Homo enim ex animali non accidentaliter. & etiā ipsum animal erit plura. Substantia em̄ est animal quod est in quolibet & non dicitur ad aliud. si non erit homo ex illo, & hoc est genus eius, & etiam omnia ex quibus est homo sunt exemplaria, ergo non erit exemplar dictum de alio, & de alia substantia, hoc enim est impossibile, ergo erit illud quod est animal vnumquodq; eorum quæ sunt animalia, & etiam ex quo erit ex hoc, et quomodo ex illo, quod est animal, aut quomodo impossibile est vt animal quod est substantia sit aliud ab eo quod est animal, & etiā accidunt ista in sensibilibus, & magis inopinabilia, & si est impossibile vt sint huiusmodi. Manifestum est ꝙ nō sunt exemplaria secundum modum quē dicunt quidā.

Id est, & si cōmunicent in vno numero, & est aīal bipes & multipes, 52
& oēs species diuidunt per dīas pedis, necesse est vt in illo vno congrenent contraria insimul. D.d. & si nō qūo ergo &c. i. & si nō qūo pōt aliqs existimare vt vnū numero. V. g. animal inueniat in eo species animalis ambulatilis per duos pedes, & ambulatilis per plures pedes. D. d. & recūsat est &c. i. sed recūsat est si existimantur plura esse in vno secūdū numerū quādo illud recipiēs fuerit diuisibile secūdū quātitatem, vt illa plura sint ex rebus cōpositis in vno, aut cōtracta aut cōmixta, sed cum hoc erūt nō abinuicē distincta, & vnūquodq; eorū habebit naturā aliā a natura alterius. D.d. ergo erit sicut sermo dicētis &c. id est. ergo cōtingit ex hoc vt animal separatū quod est vnū sit substātia rerū innūmerū. s. specierum cōstituentū per ipsum, hō enim & equus & aliæ species animalis substātiat per illud nō per accidēs. & ipsum est simile materiæ, & ideo. d. homo em̄ ex animali nō per accidēs. D.d. & etiā erit homo &c. id est, & etiā erit homo separatus ex illo animali separato, & illud separatū erit genus eius, & similiter contingit in aliis rebus ex quibus est homo, & non sunt aliud quam genera ex quibus constituitur. D. d. ergo nō erit exēplar &c. i. ergo animal & alia genera ex quib⁹ est homo erit prædicatū de pluribus secūdū quid, & impossibile est in eo qđ est exemplar existens p se. s. vna substantia pa numero prædicari de pluribus. D.d. ergo erit illud quod est animal &c. i. mili aliqs reputet possibile ꝙ vnum numero qđ est animal cōgreget species animalis existēs in ipso, ita ꝙ omnes sint vnū. qđ est impossibile. D.d. & etiā ex quo eris hoc &c. i. & eadem species ex qua erit ex animali demonstrato qđ est vnum numero & indiuisibile, & qnomō est impossibile vt illud qđ

 eli ex

est ex animali sit ex substãtia eiusdem speciei. alia a toto animali, id est, ꝙ animal non potest diuidi secundum quantitatẽ, sed si diuidatur, tunc diffinitio totius & partis est eadem. D.d.& quædam ista sunt impossibilia in sensibilibus &c. id est, quando ponuntur conuenire cum suis exemplaribus. D.d.& si est impossibile &c. id est, si est impossibile vt sensibilia sint secundũ hoc.s.composita ex substantijs distractis abinuicem existentibus in eadem substantia numero. manifestum est ꝙ non habent exemplaria secundũ modũ quem dicunt quidã homines, & inter dit illum modũ quem dixit hic.s.vt sint hic exẽplaria & ꝙ sic vtia sunt.

## CAPVT XV.

QVoniam verò substantia altera, & ꝙ simul totũ, & ratio. Dico aũt quia hoc quidẽ sic est substãtia cum materia cõcepta ratio illa verò ratio totaliter. Quę cũq; quidẽ igitur ita dicuntur, horum quidẽ est corruptio, etenim generatio huius. Rationis autem non est ita vt corrũpatur, neq; enim est generatio. Non enim fit domui esse, sed ꝙ huic domui, verum sine generatione & corruptiõe sunt & non sunt. Ostensum est enim quia nullus hic generat nec facit, vnde & substantiarum sensibilium singularium, nec diffinitio, nec demonstratio est, quia habent materiam cuius natura talis est, vt contingat & esse, & non esse. quapropter corruptibilia omnia singularia ipsorum. Ergo si demonstratio necessariorum, & diffinitio scientifica, & non contingit sicut nec scientiam, quandoq; sciẽtiã quãdoq; ignorãtiã esse. Sed opinio talę quidẽ est, ita nec demonstrationẽ nec diffinitionẽ, sed opinio est cõtingẽtis aliter se habere, palã, quia nõ vtiq; erit ipsorum, nec diffinitio, nec demonstratio. Nõ enim sunt manifesta corrupta sciẽtiã habẽtib⁹, & cũ à sensu abscesserint, & saluatis rationib⁹ in anima eisdem, non erit nec diffinitio amplius, nec demonstratio. Propter quod oportet eorũ ad terminum studentẽ, cũ aliquis diffiniat aliquid singulariũ, non ignorare, quia semper auferre est. Non enim contingit diffinire, nec itaq; ideã nullam est diffinire. singularium enim idea vt dicũt, & separabilis est.

Non fit domui esse, sed huic domui

R Singulariũ non est diffinitio neque demõstratio.

Natura materię est quę res põt esse & non esse.

S Recedẽtib⁹ sensibilib⁹ a sensu non est de eis certitudo sed opinio.

Et cũ substantia totalis & diffinitio aliud & aliud. s.ꝙ quædã substantiæ hoc modo quod diffinitio cõgregat materiã, & quædã est vnitas diffinitionis. Omnia quæ dicunt secũdũ hoc habent generationẽ & corruptionẽ etiã. Diffinitio aũt quæ est hoc mõ habet corruptionẽ, qm̃ possibile est gñari. essentia enim domus nõ gñatur, sed generatur essentia cuius est domus. Ista igitur sunt & non sunt sine generatione & corruptione. Et declaratũ est ꝙ ista neq; gñant neq; aliud faciũt. Et ideo neq; diffinitio: neq; demonstratio est substantiarũ sensibilium particularium.



culariũ. Habẽt enim materiã quæ quidẽ habet naturã quę potest esse & nõ esse: & ideo corrumpuntur oña particularia: & si demõstratio est ex rebus necessarijs: & diffinitio est vera quẽad modũ est impossę scire aut ignorare illud qđ non potest esse talę. sed est secundũ existimationem: ita non erit demonstratio: nec diffinitio eius qđ potest esse alio modo: sed est secundũ existimationem. Manifestũ est igitur ꝙ nõ habẽt diffinitionem nec demonstrationem: quæ enim corrumpuntur non sunt manifesta apud habentes cognitionem quando recedũt à sensu: & sermo est conseruatus in anima. Et ideo oportet diffinientes scire: quod cum aliquis diffiniuerit aliquod particulariũ: quod est vt remaneat istud semper. Impossibile enim est vt diffiniat & non diffiniat etiam vt vnum exemplariũ. Exẽplar enim est ex particularibus sicut dicunt: & est separatum.

ET intendit per substãtiã totalẽ illud qđ est totũ. s. congregatum ex materia & forma particulari. & est individuũ demõstrabile: & intẽdit ꝙ diffinitionẽ substãtiam quã significat diffinitio: & est forma. &.q.d. substãtia quæ dicit de demõstrato est alia a substãtia quæ dicitur de forma substãtiæ demõstratæ. D. exponit hæc duo: &.d.s.ꝙ quædã &c. i. quã altera dicit substãtia quæ est cõgregata ex forma & materia. s. ex materia & forma demãta quæ est in materia: altera autẽ est forma vlis quã significat diffinitio. D.d. oña igit quæ dicuntur &c. i. substãtia igit quæ dicit de cõgregato ex materia & forma habet generationẽ & corruptionẽ: substãtia vero quã significat diffinitio non habet generationẽ neq; corruptionẽ. D.d. diffinitio aũt quæ est &c. i. diffinitio autẽ quæ significat hoc modo. s. quæ significat formã nõ habet corruptionẽ. q. nõ habet generationẽ. Quidditas enim domus simpliciter nõ habet generationẽ: qa generatio non est nisi istius domus demõstratæ. D.& ista igit sunt & nõ sunt &c. i. ꝙ substãtię particulares sunt existẽtes. Deinde. d.& declaratũ est &c. & intendit vniuersalia.

55

T Substantia quã significat diffinitio non habet generationẽ neq; corruptionem. Idẽ. 8. meta. 14.

D.d.& ideo neq; diffinitio &c. i. q. generani & corrũpitur. Deinde. d. causam propter ꝙ accidit eis generatio & corruptio. s. individuis: &.d. habent enim materiã &c. i.& necesse est vt res demõstratæ hic corrumpuntur propter hoc ꝙ habet materiã quæ potest recipere formã in alia quã hora: & amittere eam in alia. D.d.& si demõstratio est &c. i. & si demõstratio est vera diffinitio debet esse ex rebus necessarijs æternis & perpetuis: quẽad modũ impossę est vt scire & nescire hic eius ꝙ nõ est necessariũ: sed existimare ita impossę est vt sit scia rerũ quæ possunt esse in aliqua dispositione & in cõtrariã dispositionẽ. Et cũ posuit ꝙ scientię sunt in rebus necessarijs: incæpit declarare qđ in rebus trãsmutabilibus nõ est scientia necessaria: &.d. manifestũ est igit etiã ꝙ non habebũt. s. res trãsmutabiles & gñabiles & corruptibiles. D.d. quæ enim corrũpuntur &c.i. particularia eũ nõ sciũtur nisi dum sunt in sensu: & cum recedunt a sensu possunt corrumpi: & tunc non remanebit cognitio eorum apud sentientem: sed tantum remanebit existimatio. Deinde. d.& erit

sermo cõseruatus in anima: & quãdo sensatũ recessit a sensu: remanebit sua informatio in anima: non ita q̃ sit certus ipsum esse quando recedit a sensu: & ideo sensibilia nõ habent diffinitionẽ nec̃ demõstrationem: quia posquam recedunt non habent nisi existimationẽ. D.d. & ideo oportet diffinientes &c.i. & ideo oportet diffinientes scire q̃d si diffinitio esset particularis: necesse esset vt particulare esset permanẽs. D.d. impossẽ est vt diffinias. ℔particulare: secũdũ q̃ est particulare & cũ nõ sit æternum impossẽ est diffiniri. D.d. & q̃n nõ diffinit etiã &c.i. ℔particularia secũdũ q̃d sunt particularia nõ habeãt diffinitiõem: & exemplaria quæ dicimus esse sunt particularia secũdũ q̃ sunt extra animã necesse est vt nõ habeãt diffinitiones. Et dixit hoc: quia diffinitiones rerũ sunt remanentium: & particularia non sunt remanentia: ex quo sequitur vt sint hic res remanentes: vt sint exemplaria & formæ: & ideo vult declarare hoc eis: quia diffinitiones sunt rerum permanentium secundũ q̃d sunt vniuersales nõ particulares: & cum posuerint vniuersalia esse separata: sequitur vt sint particularia: & sic nihil prosunt in diffinitione.

V Sensibilia non habent diffinitionẽ nec̃ demonstrationem quia posquã recedãt non habent nisi existimationem.

X Y Diffinitiones sunt rerum permanentium secundum q̃ sunt vniuersales nõ particulares.

Necessariũ verò ex nominibus esse rationẽ. Nomen autẽ nõ faciet diffiniens: ignotũ enim erit. Posita autẽ cõmunia omnibus ergo necesse inesse & alĩ hæc: vt siquis te diffiniat animal: dicet gracile: aut album: aut aliquid aliud quod in alio sit. Si quis autem dicat nihil prohibere: separatim quidẽ oĩa multa: simul verò huic soli inesse. Primũ quidẽ quia & ambobus vt aĩal bipes: animali & bipedi: & hoc in æternis quidẽ. Et necesse est priora existentia: & partes compositi: quinimo & separabilia si homo separabile: aut enim nihil: aut ambo. Siquidem igitur nihil nõ erit genus præter species. Si verò erit & differẽtia d. quia priora ipso esse. hæc verò non cõsequentur auferuntur.

Et necesse est vt sermo sit ex nominibus: & qui non diffinit non ponit nomen: quoniã nõ erit notũ si fecerit. Nomina autẽ posita sunt cõmunia omnibus rebus. ergo necesse est vt hoc sit aliud etiã: & si aliquis diffinierit aliquid dicet ipsum esse animal: aut macrũ: aut aliud quod est alterius etiã. Et si aliquis dixerit q̃ nihil prohibet vt omnia sint separata in rebus multis & vt sint insimul istius solius: tunc primo verò erit duobus vt aĩal bipes: animal & bipedi: & hęc necesse est vt sint in æternis quę sunt ante: & sunt partes compositi: & vt sint etiã separata si homo est separatus: aut nullũ erit: aut vtrũq̃. Si igitur nullũ fuerit nõ erit genus aliud à formæ: & si fuerit differẽtia erit etiã ante essentiã & ista: & hęc vocabula nõ destruũt se adinuicem.

54 Z Ideũ: & necesse est vt diffinitiones sint compositæ ex nominibus: & qui nescit rem nõ ponet ei nomen. Nullus enim ponit nomen ei nescio.

Nullus imponit nomẽ

Deinde dicit nomina autem composita &c. idest nomina autem accepta in diffinitionibus sunt nomina communia omnib? rebus diffinitis.

Deinde



D.d. ergo necesse est &c.i. & cũ fuerint hic nomina quæ significãt de entibus dispositiones: sed ex vna re necesse est vt ista res disponaf aliã rem. & intendit q̃ ex hoc modo est possibile subsistantiam prædicari de subsistantia. Deinde. d. & si aliquis diffinierit &c.i. & ex hoc modo si aliquis diffinierit aliquid inducet in diffinitionem eius dispositiones cõmunes. v. g. vt dicat in diffinitione alicuius q̃ est album animal: aut macrum: aut alia dispositio: & erit illud q̃d congregatur ex illis dispositionibus cum dispositio idem in specie & eadem natura: & intendit q̃ tale esse non inuenitur in exemplaribus. D.d. & si aliquis dixerit q̃ nihil prohibet &c.i. si igitur aliqs dixerit q̃ non est impossibile vt talia præ dicabilia sint separata abinuicem & diuersa in numero: & erunt oĩa existentia in eodem numero. D. induxit impossibile quod sequif ex hac positione: & d. tũc primo vero &c.i. & sequitur ex hac positione de impossibilibus primo q̃ quælibet duę diuisiones: aut plures: sunt duorum dispositorũ: aut plurium: aut illa dispositа sunt eiusdem dispositi numero. D.d. & hoc necesse est vt sit in æternis & &c.i. & ista positio in rebus sensibilibus est necessaria in suis exemplaribus ęternis. ſ. vt inueniantur sint ex eis in vno exemplari numero plus quam vnum exemplar: & in rebus quæ sunt partes exemplaris. V. g. vt in homine separato sit animal separatum & ambulans: & bipes: & vniuersaliter ex formæ ex quibus componitur homo: & hoc intendebat cum dixit & vt sit etiã separata si est homo separatus i. & cõtinget in his subsistantijs quæ sunt partes hominis separati vt sint etiam separatæ. D.d. aut nullũ erit &c.i. aut ille dispositiones quibus disponif vnũ dispositũ sint nõ diuersa aut diuersa. V. g. q̃m non diffinitur dispositio duobus. ſ. genere & differẽtia. Si igitur istæ duæ dispositiones fuerint adunatæ: tunc genus non erit aliud a differẽtia: & si fuerint diuersæ & non vnius rei apparebit q̃d differẽtia præcedat genus in esse. D.d. & ista non destruũt se adinuicem. Et si hic non fuerit error scriptoris. & intẽdit q̃ istæ formæ & dispositiones cõgregatæ in diffinitione non sunt ex rebus quæ differunt a seinuicem. ſ. quæ omnes sunt in actu: sed sunt ex dispositionibus quarum quidã sunt ad perficiendũ quasdã & ideo possunt prædicari de se adinuicem: & q̃d congregatum ex eis sit vnũ: & hoc impossibile est in exemplaribus & in rebus quarũ sunt exemplaria: & hoc est solũmodo possibile in vniuersalibus quæ nõ habẽt esse sic vt esse rerũ quæ sunt extra aĩam nec̃ sunt etiã diffinictes. Sed videtur mihi q̃ hic sit error in libro in quo debeta scribi: & ista nõ declarant se adinuicem i. & formæ diuerse in esse in exemplaribus nõ declarãt se adinuicẽ. ſ. q̃d illa quæ est magis particularis non declarat naturã vniuersalis: sicut etiã est dispositio differentiæ eũ genere: qñ si in homine separato est pars ex separatione animalitatis & rationalitatis: tũc rationalitas nõ distinguit animalitatem nec̃ hoc aliã facit simplici: sicut accidit hic in diffinito. Declarabit igitur ex hoc q̃d vniuersalia impossibile est vt sint subsistantiæ nec̃ exemplariũ nec̃ sensibilium: & q̃ etiam nõ sunt diffinientes omnino: qm̃ tunc non esset scientia: & etiam in rebus non inueniretur idemptitas & oppositio.

Deinde autẽ si ex ideis ideæ magis erũ incõposita sunt ex quibus aliqd cõstat. Amplius de multis oportebit & illa prędicari



rei q̃ ignorat. Idẽ. 4. me. t. c. 10.

ex quibus idea: vt animal & bipes: sinautem quomodo cognoscetur. Erit enim idea quædã quã impossibile de pluribus prædicari cp de vno. Nõ videtur autẽ sed oĩs idea esse participabilis. Quẽadmodũ ergo dictũ est latet quod impossibile diffinire in sempiternis: maxime verò quæcũcp vnica: vt sol & luna. Non solũ enim peccant additione talium, quibus ablatis adhuc erit sol: puta terram gyrans: aut nocte absconditũ. Si enim steterit aut apparuerit: nõ adhuc erit sol: sed absurdum: si nõ: sol enim substantiam quandam significat. Amplius quæcunq; in alio cõtingunt: vt si alter fiat talis: palam quia sol erit. Cõmunis ergo ratio sed erat singularium sol: vt eleon aut sortes: quoniã propter quid nullus ipsorum terminũ profert ideæ. fiet enim vtiq; manifestum tentantibus. Quare: verum quod modo dictũ est.

Et etiam exemplaria sunt ex exemplaribus. Quoniam quæ sunt ex eis sunt maioris cõpositionis. & etiã oportet prædicari per sermonem illa ex quibus est exemplar etiam de pluribus. Verbi gratia, aĩal & bicubitũ: & si nõ: quomodo erit: & etiam scietur: sicut illud quod impossibile est prædicari p sermonẽ de plurib⁹: sed de vno. Et hoc nõ existimaĩ: sed existimatur quod omne exẽplar est acquisitũ: quẽadmodũ igit dictũ est latet qđ est impossibile vt diffinitio sit rerũ æternarũ: & maxime illud quod est æternum: vt sol & luna. Nõ enim peccãt in hoc solũ sed quia nituntur in talia quæ cum recedunt erit sol: & vt in nocte latet sub terra: quoniã si apparet & si occidit erit sol. sed hoc nõ sentitur: sol enim significat suam substantiã. Et etiã omnia quę possunt esse in alia sicut erit si fuerit aliud tale manifestum est quod erit sol. Ergo sol est contrarius, sed iam fuit ex rebus particularibus: vt Sor. & Plato. Et si non quare nõ apparet diffinitio exemplaris illius: quoniam si declaratur quod illud quod dictum est hoc est verum eis qui hoc nituntur.

55 Dicit: & contingit ĩsis vt exemplaria etiam sint composita ex exemplaribus quoniam si fuerit hic homo separatus: erit etiam hoc animal separatum. Deinde dixit, quæ autem sunt ex eis sunt maioris compositionis, id est quæ autem componuntur ex aliquibus sunt maioris compositionis quam componentia. Et dicit hoc: quia cum illud quod est maioris compositionis & est separatum & exemplar: quãto magis erit separatum & exemplar illud quod est minoris cõpositionis. Deinde dixit, & etiã oportet prædicari &c. id est & contingit dicentibus exemplaria esse dicere cp naturæ separatæ ex quibus componuntur exemplaria debent prædicari de pluribus: ita quod sint vniuersalia: quæ nõ possunt esse in vno secundũ numerũ: & si nõ quomodo particulare poterit sciri. D.d. V.g. animal & bicubitum, id est. V.g. animal & bicubitum quoniã



quoniã homo si habuerit exẽplar extra animã & fuerit scitũ necesse est vt animal qđ est in illo exemplari & bicubitũ prædicetur de pluribus: vnã autẽ numero nõ prædicatur de pluribus. D.d. & etiã scietur &c. id est, & cõtingit sciri per diffinitionẽ illud qđ nõ est intẽti ovniversalia. D.d. & hoc nõ existimatur &c. id est, & nullus quærit diffinitionẽ & exẽplar particularis: sed existimaĩ cp ab omni exẽplari acquiritur intẽtio cõmunis cuius est exẽplar. D.d. quẽadmodũ igit est dictũ &c. id est, sed quidã nituntur dicere in diffinitiõibus rerũ particularium æternarũ: ex quibus nõ inuenitur nisi vnũ individuũ: quia latet esse impossibile vt sit diffinitio rerũ: ex quib⁹ nõ inuenĩ nisi vnũ tantũ individuũ: vt sol & luna. Apparet enim qđ qui laborat in diffinitẽdo talia indiuidua peccat. D.d. peccatũ enim &c. id est, qui enim nituntur diffinire solẽ & lunã esse peccãt quoniã diffinitur solẽ per res quæ cũ auferũtur: nõ auferetur sol: decebat enim solẽ esse astrũ latẽs de nocte. & hoc intẽdebat cũ d. quoniã si apparet &c. id est, qñ quãdo latet & qñ apparet est sol, & hoc nomẽ sol significat illud qđ significat substãtia, & ideo oporteret eos diffinire ipsum per diffinitionẽ cõueniẽtẽ nomi. D.d. & etiam omnia quæ possunt esse &c. id est, & si haberet diffinitionẽ esset ex diffinitionibus quæ si essent in aliquo demõstrato illud aliud esset sol, & secũdã hoc nomẽ sol significaret plures soles, & hoc nomẽ est ret particularis, V.g. Sor. & Pla. D.d. &, si nõ quare apparet alicuius exẽplar, id est & si hoc nomẽ esset nomẽ speciei: tũc essent plura individua similia.

D.d. quoniã si esset manifestũ &c. id est, qñ si apparet aliud individuũ tunc sermo eorum qui nituntur diffinire solem est verus.

A Qui laborat in diffinitẽdo singularia rerum æternarum peccat.

## CAPVT XVI.

MANIFESTVM est autẽ cp substãtiarũ esse existimatarũ plurimæ potestate sũt vt ipse partes animaliũ. Nihil etenim separatũ est: qm̃ autẽ separata fuerint: tũc entia sũt vt materia omnia terra: ignis & aer. Nihil enim ipsorũ vnũ est: nisi vt cumul⁹ aĩcp digerat, & fiat aliqđ ex ipsis vnũ. Maxime aũt vtiq; aliquis animatorũ suspicabit ptes & eas q animæ ,ppinquæ ambas fieri entes, & actu & potẽtia: eo cp principia habẽt mot⁹ ab aliquo in suis iũcturis. Propter & quædã aĩalia diuisa viuũt: sed tm̃ potẽtia oĩa erit qñ fuerit vnũ & cõtinuũ natura: sed nõ vi: aut copulatio: nec tale nãq; est orbatio. Et manifestũ est etiã cp plures substãtiæ quæ existimãtur potẽtiæ, & similiter partes aĩalis. Quoniã ex eis nõ est distinctũ vnũ: sed quasi generata sunt antequã adiungantur, & fiat ex eis vnũ. Et potest aliquis existimare cp partes rerũ animatarũ, & partes animæ magis quã aliud apropinquans sibi adinuicẽ inesse, & in actu, & in potentia: qm̃ habẽt principia motus ex aliquo vi oppositiõis. Et ideo quod dam animal postquam diuiditur vjuit. Tamẽ erit omnis potẽtia cum sit vnum, & continuum per naturam: non per glu-

tinũ, & applicationẽ. Quod enim, est tale diminutio naturæ.

56 QVIA dicere excẽptaria est propinquũ ad dicere formas sensibiliũ esse separatas: vult in hoc capitulo narrare quod plurium eorũ quę existimãtur esse substãtiæ videtur nõ separatæ a materijs. Et c.d. & est manifestũ &c. id est, & est manifestũ quòd plura eorũ quæ existimãtur esse substãtiæ sunt existẽtes primo in potentia & posteà sunt in actu, & quòd est tale est in materia. D.d. & similiter partes animalis &c. id est, & ideo partes animalis nõ habẽt vnũ per quę sunt substãtiæ cũ sint distinctæ ab animali: sed sunt apud diuisionẽ sicut partes quæ sunt in generatione scilicet quarũ esse nõ pẽrficitur donec adiũgantur adinuicẽ, & fiat ex vna substãtia quã significant nomẽ & diffinitio. Et hoc quòd. d. manifestũ est: quũ cũ posuerimus q̃ nomina quę sunt secundũ diffinitiones significant substãtias, & similiter diffinitiones quæ sunt secũdũ ista: nomina, & posuerimus quòd partes animalis diuisæ nõ significãtur a nominibus sicut significãtur ab eis quando sunt cõtinuæ nisi æquiuoce, & manifestũ est quòd ista quæ significãtur a nominibus & sunt cõtinua: sunt substãtiæ materiales. D.d. & potest aliquis existimare q̃ causa in hoc in istis animalibus est q̃ partes suorum membrorũ & partes animæ appropinquãt sibi admodũ in potẽtia & actu sed q̃ quælibet pars recipit omnes potẽtias animæ, & virtutes animæ nõ appropinquant alicui parti sine alia: ideo talia animalia cũ diuidũtur possunt viuere, & apparẽt omnes virtutes in quælibet parte, & hoc quòd. d. est manifestius in plãtis, & quasi intẽdebat q̃ causa in hoc nõ est quia nõ est in materia: sed causa in hoc est propinquitas virtutũ animæ adinuicẽ. Impossibile enim est vt anima quę est in hoc animali sit nobilior anima quæ est in animali perfecto: ita q̃ existimãtur q̃ ista anima sit separata & animalis perfecti nõ separata. D.d. habẽt enim principia motus &c. id est, & virtutes animæ appropinquãt sibi in hoc animali: quia habent partẽ paruã, id est, debilẽ de principio per q̃ animal mouetur motibus diuersis cõtrarijs. D.d. sed tamẽ &c. id est, & signũ q̃ anima est in materia est q̃ actio eius est perfectior quãdo est vnũ naturaliter nõ vnũ violẽter, & secũdũ applicationẽ, & vniuersaliter apparet q̃ hoc tacidit eũ est: quia est de actionibus naturæ actio diminuta scilicet ens diminutum.

B Quare animalia aliqua diuisa viuunt videtur cõtinue. 2. de anima. c. 20.

C Quoniã vero vnũ dicitur sicut & ens, & substãtia vniuersa ex quorũ vna numero: vnũ numero: palã quia nec vnũ: nec ens cõtingit substãtiã esse rerũ: sicut nec̃ elemẽto esse aut principio. Sed quærimus quidẽ principiũ vt ad notius reducamus. Magis igitur horũ substãtia est ens & vnũ quã principiũ & elemẽtũ, & causa. Sed nec ista sunt si nec aliud cõmune quicq̃ substãtia sit. Nulli nãq; inest substãtia: sed huic & habẽti ipsam cuius est substãtia, ampliùs q̃ vnũ apud multa nõ erit simul: quod autẽ cõmune simul apud multa existit: quare palã quia nulla vniuersalium existit præter singularia separatim.

Et cũ vnũ dicit sicut dicit̃ ens etiã, & substãtia vni⁹ est vnũ, &



& substãtia entis est vnũ numero. Et manifestũ est q̃ impossibile est vt substantia rerũ sit vnũ: aut ens: sicut est impossibile vt principiũ sit essentia elemẽto. Sed quærit̃ quid est principiũ ad sciẽdũ duo, & substãtia: quæ est istorũ magis quã aliud est ens & vnũ, & principiũ, & elemẽtũ, & causa. Sed nõ videntur ista esse substãtia cũ nullũ aliud cõmune omnino sit substãtia. D Substãtia enim nõ est alterius nisi sũpsius, & illius cuius est, & est substãtia illius rei, & etiã in pluribus nõ erit insimul, & cõmune insimul erit plurimũ. Manifestũ est igit̃ q̃ nullũ vniuersaliũ est separatum à particularibus.

Quia opinãtes vniuersalia esse substãtias: dicũt quòd illud quòd est magis vniuersale est dignius hoc, & ideo plures opinabãtur quòd principium omniũ est vnũ vniuersale: incepit cõtradicere eis. Et dicit cum hoc nomẽ vnũ dicitur de omni de quo dicitur hoc nomẽ ens, & hoc nomen ens videtur dici multipliciter: ergo manifestũ est quòd illud q̃ significat vnũ impossibile est quòd sit principiũ omniũ entiũ: ita quod sit cõmune eis: sicut est impossibile vt hoc nomẽ principiũ sit vnũ commune elementis. Sed quærẽdũ est in entibus quid est dignius vnitate & nomine principiũ, & illud est propter quòd inuenitur in alijs habẽtibus hęc nomina: apparet esse q̃ hæc nomina dicãtur secũdũ prius & posterius, & hoc intẽdebat cũ d. manifestũ est igitur q̃ impossibile est &c. id est, & manifestũ est igit̃ q̃ impossibile est vt vnũ & ens sint substãtia plurium. Dc inde. d. sicut est impossibile &c. id est, sicut est impossibile vt principiũ dicũ de elemẽtis cõmunibus sit prima substãtia principiorũ. D.d. & substãtia quæ est &c. id est, & existimatur q̃ illud q̃ est dignius hoc nomẽ substãtia inter ista cõcessa esse substãtias est illud de quo simpliciter dicitur hoc nomẽ ens, & hoc nomẽ vnũ & elementũ & principiũ & causa. Sed vniuersalia sunt quæ significãt hæc nomina scilicet quia existimatur q̃ vniuersalia sint principia rerũ de quibus prædicãtur secundũ quod sunt vniuersalia. D.d. sed nõ videtur &c. id est, sed ista vniuersalia impossibile est vt sint substãtiæ istarũ rerũ quarũ sunt vniuersalia. Vniuersalia ęqua sunt cõmunia, & nullũ commune est substãtia. D.d. substãtia enim nõ est alterius &c. id est, & nullũ cõmune est substãtia: quia substãtia nõ est substãtia pluriũ, & est substãtia: aut sũpsius: aut illius cuius est substãtia, & etiã substãtia nõ est in pluribus insimul: vniuersale autẽ est cõmune, & cõmune est in pluribus insimul. D.d. manifestũ est igit̃, &c. id est, ex cõtingẽtib⁹ impossibilib⁹ & ex hoc q̃ vniuersale a & particulare sunt ad aliquid, & principiũ eius est cuius est principiũ: & necesse est vt principiũ nõ indigeat in suo esse cuius est principium.

57 Sed species dicẽtes hic quidẽ rectè dicũt separãtes eas si substantiæ sunt: illic autẽ nõ rectè: quia vnam in multis dicũt speciem. Causa vero quia nõ habent reddere quæ tales substãtiæ sunt incorruptibiles: præter singulares & sensibiles. Ergo faciũt easdẽ specie corruptibilibus. Has enim scimus antohominem

Nullũ commune ẽ substãtia. Idem pri. met. cõ. 45. &. 10. me. cõ. 6. & 12. met. 21. B

Sed oppositũ videt dicere supra cõ. 46.

a Vniuersale & particulare sunt ad aliquid. idẽ 8. cõ. 48.

& antoequū addētes sensibilibus verbū ipsum: quāuis vtiq; nō videremus astra: nō minus existimo foret substātiæ eternæ post eas quas nos videmus. Quare & nunc, si non habemus quæ sunt tamen esse quasdam forsan est necessariū. Quod quidem igitur neq; vniuersaliter dictorū quicquā substantiæ neq; vna ex substantijs: manifestum est.

Sed illi qui dicūt formas esse quoquomō: possunt dicere vtrū cū faciūt esse separatas cū sint substātiæ, & quodāmodo nō est verū. Dicūt enim q̄ eadē forma est in pluribus. Et causa in hos est q̄ nō possunt narrare quæ sunt substantiæ quæ sunt entalibus: vtrū sint substantiæ quæ nō corrūpūtur: aliæ à substantijs particularibus sensibilibus. Et illi faciūt eas esse eadē per formam quæ corrūpitur, & dicūt, nos scimus ista esse hoiem: & addunt in sensibilibus verbū q̄ dicitur est, & si est. Et si nos nō videmus stellas: tamē earū esse natura nō dinumeretur & essent substantiæ eternæ. Ergo modo rectū est vt sint necessario: licet nō sit scientia apud nos qd sint. Ergo manifestū est qd nullū eorū quæ dicunt vīa est substātia: nec aliqua substantia.

Intēdit in hoc capitulo notificare veritatē & falsitatē sermonis dictorum. Et d. sed dicētes &c. id est, quoniā hic dicūt qd substātiæ sunt separatæ est verū. Substātiæ eā debēt esse separatæ. id est, qd nō sunt in subiecto in actu: sed cū hoc q̄d dicūt eas esse separatas ponūt eas existere in pluribus scilicet particularibus. D. demonstrauit quomodo accidit eis peccatū &c. d. & causa in hoc est &c. id est, & causa sui erroris est: quū cū sint hæ scientiæ quæ nō corrūpūtur nō possunt distinguere inter naturā quæ est substātia aliarū scientiarū, & inter naturā quæ est substātia, & propter hoc opinati sunt hic esse substātias nō corruptibiles. & qd sunt cū substātijs corruptibilibus eadē vel formā quæ corrūpit, & hic est error magnus. D. d. & hoc est additū in sensibilib⁹ &c. id est, quū cū ponūt illud qd̄ significat diffinitio partē substantiarū sensibiliū cōtingit eis vt eas esse intellectas sit pars suorū esse adeo q̄ si ista sensibilia nō fuerint intellecta nō erūt. Et est manifestū q̄ sensibilia sunt entia licet nō intelligātur quāmodum sunt entia licet nō sentiantur. Et ideo d. & si nos nō videmus stellas &c. id est, & necesse est vt essentiæ rerū intelligibiliū sint existentes: licet nō intelligantur, & intendit quod manifestum est: quoniā quemadmodū sensibilia nō sunt sensata in actu donec sentiātur, ita est de intelligibilibus: & secūdum hoc sequitur ex opinione a Aristo. vt intelligibilia sint noua, & secundū opinionē dicētū formas esse sunt æternas sed quomodo substātia æterna est pars substātiæ corruptibilis aut idē illi. & substātia corruptibilis est vnū numero. Deinde dicit, ergo rectū &c. id est, & rectū est vt cōtingat dictorum formas esse: vt sint hæc intellecta necessaria in actu, & si nō sciantur neq; intelligātur & sic scientia acquisita de nouo nō erit addūcere: sed rememorari. Deinde dicit manifestum est igitur quod nullū eorū quæ dicūtur

85

F Essentiæ rerū intelligibilium sunt existentes: licet nō intelligant: oppositū videt dicere. 7. met. com. pri.

a Ex opinione Aristo.



dicuntur &c. id est & cum omnia hæc impossibilia contingant dicentibus substantias vniuersales esse separatas: manifestum est quod nullum vniuersalium est substantia: neq; aliqua substantia est vniuersale.

## CAPVT. XVII.

Quid autem oportet dicere: & quale quid substātiū iterum aliud principium faciētes dicamus. Forsan enim ex his erit palam: & de illa substātia quæ est separata a sensibilibus substantijs: quoniam ergo substantia & principium & causa quædā est: hinc est procedēdum. quæritur autem ipsum propter quid semper sic: propter quid aliud aliquid alij alicui ineſt. Nā quærere propter quid musicus homo: musicus homo est: aut est quod dictum est quærere ꝓpter quid homo musicus est aut aliud. Nā quodquid est propter quid ipsum est ipsum nihil est quærere. Oportet enim ipsum quia quod ipsum esse existere manifesta entia. Dico autem vt quia luna patitur eclypsim. Ipsius autem quia ipsum vna est ratio: & vna causa in omnibus: propter qd homo homo: aut musicus homo musicus: nisi quis dicat: quia indiuisibile ad ipsum vnumquodq̄. Hoc autem erat vnū esse. Sed hoc commune: quia de omnibus. & quod breue: quæret autem aliquis propter quid homo est animal: tale hoc quidē igitur palam: quia non quærit quare qui est homo: homo est. Aliquid ergo de aliquo quærit propter quid existit: quia verò existit oportet manifestum esse. Nam si non ita: nihil quærit: vt propter quid tonat: quia sonitus fit in nubibus. Aliud enim ita de alio est quod quæritur: & propter quid: puta lateres & lapides domus sunt. Palam igitur quod quærit causam. Hoc autē est quodquid erat esse vt est dicere logice: quod in quibusdam quidem cui⁹ causa: vt forsan est in domo & in lecto: in quibusdam verò quid mouit primū. Nam causa & hoc sed talis quidem causa in fieri quæritur & corrumpi. altera verò & in esse. Latet autē maxime quod quærit in his quę nō de alijs dicunt: vt homo quid est quærit: pōt simpliciter dici: sed nō diffinite: quia hoc ant hoc. Sed oportet corrigētes quærere si autē nō: cōmune eius quod nihil quærere: & eius quod quærere aliquid fit. Et etiā incipiam⁹ alio modo: & dicam⁹ quid oportet dici substātiā & sicut quid. Rectū est igitur vt ex istis sermonib⁹ declarēt & sicut quid. Rectū est igitur vt ex istis sermonib⁹ declarēt quid. Rectū est igitur vt ex istis sermonib⁹ declarēt quid. Rectū est igitur vt ex istis sermonib⁹ declarēt

Universidad de Deusto
Biblioteca



hanc dispositionē semper quærit aliud: & est alterius. quærere enim quare musicus est ab hoc:aut quærere qd est: aut quærere homo est ex musico: aut erit. Postremo enim quare est: est quærere cuius. Oportet em̄ vt esse & essentia declarantur. V.g. quoniā luna eclypsatur. Sermo enim de istis rebus esse est vn⁹: & causa in omnib⁹ est vna:quare homo est homo: & musicꝰ nisi aliquis dicat ꝙ omne vnū ex se nō diuidit:& hæc est essentia vni⁹:sed hoc est cōmune:& dicit de oīb⁹ rebus vere. Et forte quæret aliquis:quare homo est animal sicut hic. Manifestū est em̄ quod non quærit quare est homo: & aliud quod est homo quod quærit:sicut quidā dicūt hoc manifestū est. Si igitur quæstio nō fuerit huiusmodi:nihil quærit:sicut quare est tonitru⁹: quia est tinnitus in nubib⁹ quoniā secundū hoc quæsitum erit de alio:& quare hoc sicut lapides & lateres domus. Manifestū est enim quod quærit causam:& ista sunt quiditas domus: sicut est modo logico:quoniam in quibusdam rebus non potest inueniri ā quibusdam causa:sicut forte inuenitur in domo:aut scanno:& quæritur in quibusdam quid est motor primus.hæc enim est causa. Sed causa quæ est talis quærit apud generationem & corruptionē:& est formæ in essentia. Et latet quæstio multū in eis quæ non dicunt de alijs: vt quærit quid est hoc.est enim modo simplici:& non distinguitur hoc esse in hoc.

59 FT cū declaratū sit ꝙ vniuersale nō est substātia:& ꝙ illud qd' significat diffinitio est substātia:incipiam⁹ pscrutari de hac substātia alio modo. Et dicit dicam⁹ igit qd oportet dici substātiā & sicut qd.i.qū oportet declarare qd sit substāta p diffinitionē & exēplū. D.d.rectū est igit vt ex istis sermonib⁹ &c.i. rectū est igit & de cognitiōe substātiæ sensibilis declaret substātia quæsita.s.separata æterna. D.d.& cū substāta.habeat principiū &c.id est dicam⁹ igitur ꝙ cū sit manifestū per se ꝙ istæ substātiæ habēt causas:& ꝙ causa substātiæ est substātia:oportet ponere perscrutationē in substātijs illarū rerū ex perscrutationē de suis causis. Et quia perscrutatio de causis rerū sensibilium nō potest fieri nisi numerando interrogationes naturales de causis:hic incæpit declarare loca in quibus querit per quare:& dicit quare &c.i.quia manifestū est per se ꝙ per hoc ipsum quare quærit de causis rerū manifestū est ꝙ nō vtitur in re simplici nō composita:sed in rebus cōpositis in quibus ponit aliquid esse in aliquo:& aliquid prædicari de aliquo:aut aliquid esse:aut nō esse. Quoniam cum fuerit manifestum nobis aliquid esse in aliquo: interrogabimus: quare est hoc in hoc:aut quare est hoc:& ꝙ prædicatio alia est naturalis:alia non naturalis:& ipse nō curat in hoc loco ꝙ in duob⁹ locis sit interrogatio vna aut dicit.D.quærere em̄ quare musicꝰ est homo : aut quare homo musicus:aut aliud.i.& causa quæsita in aliqua ꝓpositiōe & in suo cōuerso:

Nō fit quæstio ꝑ qre in re simplici non cōposita.Idem cō. sequenti.

Prædicatio I naturalis alia nō



aut sunt eadē quæstio:aut sunt duæ:& quōcūq⁹ fuerit subiectū est cōpositū & nō simplex. Et qa quærere ꝑ qre in re simplici est nugatio. si em̄ hō simplex esset:sic dicere quare hō est musicꝰ:esset sicut dicere:quare hō est hō.& ideo.d.qa oportet &c.i.& qa oportet vt sit cognitū nobis ante interrogationē hic esse duo diuersa: & ꝙ alterū existit in reliquo. V.g.ꝙ cū apud nos sit cognitū ꝙ luna eclypsat:interrogam⁹ quare eclypsat. D.d.sermo em̄ in istis reb⁹ &c.i.quærere em̄ ꝑ quare de vna re impossē est.V.g.vt aliqs quærat quare hō est hōinis aliqs dicat qd' ola sunt simplicia:quū quodlibet eorū est vnū p se:& vnū nō diuidit in prædicatū & subiectū:& sic nō interrogat de eis ꝑ quare:cū essentia vnitatis sit indiuisibilis:neq⁹ p qualitatē. D.d. rīndendo: sed hoc est cōe &c.i.& res existētes hoc habēt dispositiōes cōes quæ prædicant de oibus vera prædicatiōe:& sic apparet eas esse cōpositas:& quærit in eis cā cōpositiōis. D.d.& forte quæret aliqs &c.i.& rectū est vt interrogatio vera sit quare homo est animal:nō quare homo est homo. D.d.si igit interrogatio nō fuerit hmōi.i.vt aliqs quærat:quia tonitruus est in nubib⁹: & dicat qa in nubibus est sonus. D.d.& quare hoc sicut lapides &c. & hoc est aliud exemplū.i.quare est hic domus:quia est compositū ex lapidibus & lateribus. D.d.manifestū est enim ꝙ quærit causa.i.qū interrogant illis interrogationib⁹. D.d.& hic est quiditas rei &c. id est manifestū est enim quod in talibus locis quæritur per quare causa quæ est quiditas rei quā descripsimus superius descriptione logicæ:cum dicimus quod est illud quod significat diffinitio. Ista enim causa quæ est forma:declarata est hic duab⁹ declarationibus logicis:quarū altera est diffinitio:& alia interrogatio ꝑ quare. Et cū dicit ꝙ ꝑ quare quærit cā quę est secundū quitatē: & dicit etiā ꝙ etiā ꝑ illud quęrit illa causa: & dicit qū in quibusdā rebus &c.i.qm in quibusdā reb⁹ potest quæri causa quæ est secundū quiditatē.& in quibus primus motor: sed ista causa,scilicet agēs quęrit maxime in reb⁹ generalib⁹ & corruptibilib⁹.

Deinde dixit & quæstio latet multū qū interrogat de reb⁹ quæ non prædicant de alio.s.in substātijs:& hoc erit ꝑ qd. V.g.qd est homo dicit dedit cām in hoc: & dicit qm̄ est modo simplici.i. & causa in diffinitate istius quæstiōis est:quia est quæstio simplex nō cōposita. Quærit em̄ qd sit homo & nō dicit quare homo est tale. Et intēdit ꝙ scire quiditates substātiarū est magis scire ꝙ causas accidētiū:& cā in hoc est simplicitas substātiarū: & cōpositio quæ est i accidētib⁹ & ideo illud qd est simplex i rei veritate nō habet diffinitionē: neq⁹ quærit ꝑ quare.

Quoniā verō oportet habere:qa & existere ipm esse: palā istaq⁹ quia quærit materiā quare est:vt domus hæc quare: quia huiꝰ existūt quod erat domui esse. Et homo hic aut corpꝰ hoc: tale habēs:quare quærit causa materiæ:hoc aūt est species qua aliquid est. Hæc aūt substātia. Palā igitur qm̄ in simplicib⁹ nō est quæstio nec doctrina:sed aliter modꝰ quæstiōis taliū. Quoniam verō compositū ex aliquo sit: vt vnū sit omne:sed nō vt cumulus:sed vt syllaba. Et syllaba non est elementa: nec idem b.& a.nec caro:ignis:& terra. Dissolutis quidē em̄ hæc nō adhuc

natura-lis: quæ sunt declarationes logicæ.vide supra. cō.2. &.5.phys.c. 35. & quæ ibi. cā agēs quærit maxime i reb⁹ gñabilibus & corruptibilib⁹, vide cō. 44. 12. huiꝰ.Idē supra text. cō. 4.

Syllaba nō est.b.a.

huc sunt:vt caro:& syllaba. Elementa verò sunt & ignis & terra. Est igitur aliquid syllaba nō solū elemēta vocalis & consonās:sed & alterū aliud aliquid. Et caro nō solum ignis & terra aut calidū:aut frigidū:sed & alterum aliquid. Si igitur necesse & illud aut elementū aut ex elementis esse. Siquidē elementū iterū eadē ratio erit:ex hoc eī & igne & terra erit caro: & ad hucalio. Quare in infinitum ibit. Si verò ex elemento palam quia nō sed pluribus:aut illud ipsum erit quare rursum in hoc eandem dicemus rationem:& ita in carne:vel syllaba. Videtur autem vtiq; esse aliquid hoc & elementum: & causa essendi hoc quidem caro:hoc vero syllaba:& similiter autē & in alijs. Substantia autē vniuscuiusq; hoc. Hoc enim causa prima essendi:quoniam verò quædā nō sunt substātiæ rerū:& sed quæcunq; substātiæ secūdū naturā. & natura cōstitutæ sunt manifestum vtiq; quibusdam hæc natura substātia:quæ est nō elementum:sed principium. Elementum verò est in quod diuiditur inexistēs vt materiam:puta syllabæ quod a. & b. Et cū oportet vt habeat essentiā aut erit essentia: & manifestū est qđ materia quæritur quare est. v. g. quare est hæc domus:qa tale est:& tale cum fuerit essentia domus. Et quare est homo: quia habet hoc:& hoc est corpus. Manifestū est igitur cp queritur causa materiæ:& ista est forma eius quod habet aliquid & est substātia. Manifestū est igitur qđ in simplicibus non quæritur neq; considerat:sed quæritur tale alio modo. Compositū est igitur aliquid qđ est secundū hunc modū:ita cp totū sit vnum:nō ita qđ sit secut coaceruatio:quēadmodū syllaba nō est litera. & b. & a. nec q; caro est ignis:& terræ:quoniā ista cum dissoluūtur quædam nō sunt sicut caro syllaba. Literæ verò non sunt sicut ignis & terra. Et etiā syllaba est aliud qđ est literæ. s. literæ vocales & consonātes:sed est aliud etiā. Et caro non est ignis:& terra: & calidum, & frigidum:& tamē sicut aliud etiā. Significatur autē necesse vt illud sit etiam elemētum:aut ex elemētis. Si fuerit elementū:sermo de eo etiam est sicut dictū est idē. Caro enim est huiusmodi:& ignis & terræ:& etiā alteriur:ita cp procedit in infinitum. Et si fuerit ex elementis:manifestum est quod nō est ex vno:sed ex pluribus:& si non erit illud idem:& etiam iterabimus istum sermonem quem dicimus de carne & syllaba. & apparebit qđ est ex elemēto. Et causa eius quid est p essentiā & qđ est per alicuius caro:& alicuius syllaba. & similiter aliud etiā & hoc

Elemētum quid.



& hoc est quodlibet, quoniam hæc est causa primæ essentię. Et quædā nō sunt substātiæ rerum, sed cōstituunt insimul. Rectū est vt ista naturā appareat in aliqua substantia quæ est non elementum sed principium. Elementum eī est illud in quod diuiditur res, & est in re quasi materia, vt a, &, b, in syllaba.

Id est, & cum necesse est vt ista habeant quiditatem, & quiditates est in materia. Manifestū est cp quæritur in illis rebus per quare causa quæ est secundū materiā, sicut quærit causa quæ est secūdū formā, & intendit quia si in entib⁹ nō esset natura. s. forma, sed solūmodo materia, nihil esset quærere de causa materiali qm esset quæstio de ipsa re. D. d. V. g. quare hæc est domus. L. V. g. quare hic est domus, quia est facta ex hoc. s. lateribus & tapidibus, qm elementa domus debet esse ex illis aut quare est homo, quia est generatꝰ ex hoc, & hoc. s. ex rebus ex quibus constituit corpus, ppriū homini. D. d. igit manifestū est cp quærit causa quę est materia & cet. d. manifestū est igit cp qm quærit causa quę est materia p quare, & est forma, ppter quā est materia & est substātia rei, & ista natura est illa cuiꝰ q̄litas & forma est recipere formā. D. d. manifestum est igit cp in simpli. ih⁹ &c. i. & cū hoc sit declaratū, manifestū est cp in reb⁹ simplicib⁹ nō cōpositis nō quærit. neq; p quare, neq; p qđ, sed qō in illis erit alio mō. D. d. ergo cōpositū &c. i. & cū sit declaratū hoc ista aliqua cōposita ex qb⁹ cōgregat vnū in actu nō sicut cōposita ex rebus ex quibus nō fit vnū nisi p cōiunctū, vt aceruꝰ cōgregatꝰ ex pluribꝰ granis, sed ex cōgregato ex eis fit aliquod additū aliud ea cōponentib⁹, vt syllaba quæ sit ex literis. Syllaba eī nō est literæ ex qbꝰ fit, sed est aliqđ additū literis. Et lik⁹ caro nō est terra & ignis, ex quib⁹ componit: sed est aliqđ aliud additū. Et signū estꝰ qđ est aliqđ additū elementis est, qm ista qō dissoluuntur & corrūpunt tūc syllaba nō resoluit in syllabas, nec caro in carnes, sicut resoluunt res cōgregatæ in illa ex quib⁹ cōgregātur, id est, res in quib⁹ per cōgregationē nō fit aliquod additū.

D. d. literæ vero sicut ignis & terra, id est, literæ vero ita componunt syllabā sicut ignis & terra carnē. D. d. ergo syllaba est aliud &c. id est, ergo syllaba nō est literæ ex quibus cōponit. D. d. si igitur fuerit necesse est vt illud sit etiam &c. id est, si igitur caro nō est aliud ab elementis, necesse est vt sit aut elementum, aut compositum ex elementis prętet prima elementa. D. d. cp aūt sit elementū &c. i. & si hoc additū elementis fuerit elementū aliqđ, cōtinget vt hoc elementū & ignis & terra habeant aliqđ additū eis, & si illud additū fuerit elemētū, cōtinget etiam vt illa elemēta cū hoc elemēto habeāt aliqđ additū, & si illud additū fuerit etiā elemētū, cōtinget in eo illud quod cōtinget in alijs, & sic procedit in infinitū. Et ideo ipossibile est vt illud additū sit elementū cōmune ignis & terræ, & istius elementi cum caro sit nomē cōgregati ex elementis. Et hoc intendebat cum. d. caro eī est istius & ignis & terræ, id est, & si dixerimus etiā cp illud terriū est etiā elemētū, cōtinget cum gregatā ex istis habeat aliquod additū cōgregato ex elementis & sit cōtingens in quarto, & sic aut procedetur in infinitū, aut erit hic aliqđ additū elemētis qđ nō est elemētū, & hoc intendebat cū d. hoc etiā alterius dicit ec

60 M

Natura materia esse ea tus quiditas & forma eī recipere formā. cōsike. 5. c. de substā tia or. Et. 2. ph. com. 15. in cōpositis per se ex cō gregato fit aliqđ addi tū aliud a cō ponētibus. Idē. 5. meta. c. 6. &. 8. met. t. cō. 15 &. 3. de ala cō. 3. & hic supra. 26. et 27. oppū re quire supra cō. 44. et. 5. phy. cō. 17.

ꝓcedat in infinitū. Et cū destruxerit illud ꝙ q̄ caro est, caro est ele-
destruit etiā vt sit cōpositū ex elemētis, &c. d. & si fuerit ex elemētis &c.
& cū illud additū elemētis fuerit cōpositū ex elemētis nō erit ex elemē-
tis. s. cōgregatū ex elemētis nō erit vnū sed plura, & nō erit ex eis aliq̄
quod additū. D. d. & si nō, erit illud id̄ &c. i. q̄n si fuerit ex elemē-
tis erit in eo aliquod additū eis, & si fuerit elemētū, cōtinget vt habe-
etiā alia ex elemēta aliq̄d additū & est forma, & si nō, non fieret aliquod
hic. D. d. & apparebit quod hoc est aliquod ex elemētis, i. & per hanc
ꝑscrutationē apparebit hic esse substātiā aliā ab elemētis materialibus
quę etiā est elemētū, & ꝙ est prima causa. & ꝙ est causa quę est forma.
& ꝙ alicui? est caro, & alteri? os, & alteri? sic̄, & sic̄ in oībus reb? di-
uersārū substātiārū. D. d. q̄n hic est causa primæ essentiæ. i. q̄n ista
substātia est causa quæ est prima quiditas. D. d. & cū quædā &c. d. &
cū quædā prædicabilia de substātijs nō sint substātiæ. sed sunt essentiæ
cū substātijs, & naturarū aliarū. s. accidētia, restat est aperire ꝙ ista natu-
ra quæ dicit forma sit substantia addita elemēto cū sit neq̄ elemētū neq̄
ex elemēto. & est aliud ab eis quæ existūt cū substātijs. s. ab accidētib?
Idem. 5. me- sed est principiū alteri? esse entis ꝓter elementū. Elemētū enī est illud
tex. cō. 4. in q̄ resoluit res, & est in re quali materia, hoc aūt est elemētū ꝙ cum
res resoluit non resoluit in ipsum, & hic perficit iste tractatus septimus.

Explicit Liber Septimus primæ philosophiæ.

Aristo. Liber octauus primæ philosophiæ incipit.

In Octauo Metaphysicæ sunt tres summæ.

Prima a texta primo vsq̄ ad tertium, in qua affert Aristo. intentionem
suam se continuando ad dicenda.

Secunda summa est a tex. 3. vsq̄ ad. 15. vbi agit de principijs substantia-
lium sensibilium de materia & forma.

Tertia summa a. 15. vsq̄ in finem determinat de vnione materiæ & for-
mæ adinuicem &c.

## CAPVT I.

A EX prædictis itaq̄ syllogizare oportet & colligere
ex capitulum finem imponere. Dictum est itaq̄
quod substantiarum quæruntur causæ, & princi-
pia: & elementa. Substantiæ vero hæ quidem ꝯ
fessæ sunt ab omnibus, sed de quibusdam singu-
riter quidā enunciauerunt confessæ quidem physicæ, vt ignis,
terra, & aqua & alia simplicia corpora. Deinde plantæ & par-
tes earum & animalia, & partes animalium, & tandem cæ-
lum & partes cæli. Singulariter verò quidam substantias di-
cunt esse species & mathematica.

Portet nos cōgregare dicta, & determinare sermo-
nem, & post complere. Dictum enim est, quoniam
quærendæ sunt substantiarum, & principia, & cō
menta. Quædam enim substantiæ sunt concessæ ab
omnib⁹



omnibus & de quibusdam dicunt quidam sermones ꝓprios,
concessæ enim sunt substantiæ naturales, vt ignis, & terra, &
aqua, & aer, & alia corpora simplicia. Deinde plantæ & partes
earū, & animalia, & partes animaliū, & cælū, & partes cæli.
Et quidā dicūt substantiā ꝓpriā esse formas & mathematica. B

NEcdit in hoc tractatu facere rememorationem de dictis in
prædicto, & complere sermonem de substantia quę dicitur
forma, quoniam omne de quo perscrutatus est de specie-
bus substantiæ non est nisi propter substantiam quæ dici-
tur forma.

DIxit cum loquuti simus de speciebus de quibus dicitur hoc nomē 1
substantia, oportet determinare omnia prædicta & complere ser-
monem de substantia quæsita. D. incepit ponere illud de quo intend-
dit perscrutari in isto tractatu, &. d. dictū est igitur, qđ quærendæ sunt
&c. d. & iam prædiximus in tractatu præcedenti, qđ intentio nostra est
quærere causas substantiarū demonstratarum, & principia, & elementa
eorum. Et vocat principium illud quod dicitur de existenti in re, & C
de existenti extra rem, causa vero dicitur maxime de agente & fine, & 2
quandoq̄ dicitur de quatuor causis, elementa vero non dicuntur nisi Elemēta nō
de causis existētib? in re. Et cū induxit sua intentionē quā intendit dūr nisi de
in tractatu prædicto, incepit dicere summā vniuersalē prædictarū in illo causis existē
tractatu, &. d. quædam enim substantiæ &c. id est, & iam prædiximus ꝙ tib? in re vi
quædam substantiæ sunt concessæ apud omnes, & quædam sunt con- de. 5. meta.
cessæ apud quosdam proprie, & non apud quosdam. D. d. concessæ cō. 4. &. 1.
igitur sunt substantiæ naturales &c. & intendit per alia corpora ea quę physi. cō. 1.
sunt consimilium partiū, & vocat ea simplicia in respectu officialium.
Et cum induxit substantias concessas, induxit etiam illa de quibus di-
citur substantia secundum ꝙ dixit in illo tractatu.

Alias verò accidit ex rationibus substantias esse quod quid
erat esse quod subiicitur. adhuc aliter genus magis speciebus et
vniuersale magis singularibus. Vniuersali verò & generi &
ideæ copulantur nam secundū eandē rationē substantiæ viden
tur esse. Quoniam autem quodquid erat esse substantia est. hu
ius autem ratio diffinitio, propter hoc de diffinitione, & de se
cundum se diffinitum est. Quoniam autem diffinitio ratio est,
ratio autem partes habet, necesse & de parte erat considerare,
quæ substantię partes, & quæ nō, & hęc diffinitioni opus sunt.
amplius aūt nec vniuersale substantia nec genus. De ideis verò
& metaphysicis posterius perscrutandum est. nam ꝓter sen-
sibiles substantias quidam dicunt eas esse. Nunc autem de con-
fessis substantijs tractabimus. Hæ verò sensibiles.

Et accidit ex sermonibus vt sint substantiæ eius quod est ꝙ
essentiam, & si subiectum eius & genus magis quam formæ,
vniuersale magis quam particulare, & exemplaria etiam con

iunguntur cum vniuersalibus per genus. Existimatur enim esse substantię quia recipiũt vnũ sermonẽ, ergo quid est per essentiã est substãtia, & sermo eius est diffinitio, & ideo dictũ est quod dictũ est in diffinitione, & in illo quod est per se, & cum diffinitio est sermo, & omnis sermo habet partes, considerandũ etiã est necessario de parte, & cognitio est quæ sunt partes substantiarũ, & quæ non sunt, & si sunt partes diffinitionis et iã nõ est substãtia neq; vñe, neq; genus De exemplaribꝰ verò & de mathematicis perscrutãdum est post. Quidã enim dicũt ipsa esse substantias alias ab ipsis substantijs sensibilibus.

2 7. me. tex. com. 44. Et accidit nobis dixisse in tractatu præterito. s. qꝫ substantia dicitur multipliciter de quatuor, de diffinitione. s. forma, & de subiecto formæ, & de genere magis quam de specie, & de vniuersali magis quam de particulari, & hoc accidit nobis ex hoc qꝫ omnes dicunt de substantia, & exemplaria etiam apud dicentes ipsa collocantur in vniuersalibus. existimauerunt enim qꝫ talia sunt exemplaria. Deinde. d. ergo quid est per essentiam est substãtia. s. & qꝫ illud quod est quiditas rei est substãtia. & sermo qui significat ipsam dicit diffinitio, recũ est ponere principiũ cõsiderationis in naturã substantiæ a cõsideratione de diffinitione. D. d. & cũ diffinitio est sermo &c. i. & quia inciptũ est cõsiderare de diffinitione, & diffinitio habet partes quia est sermo compositus est considerandum de partibus diffinitionis quæ earum est substãtia, & quæ nõ, & intendit facere rememorationẽ de illis quæ declarata sunt de substãtia, & dare causam propter quam loquutus fuit de diffinitionibus ne existimetur qꝫ loquitur de hoc pertinet ad logicum. D. d. & si sunt partes substantiarũ &c. i. & declaratũ est cum hoc qꝫ forma & partes eius sunt substantia, & quod vniuersale est substantia, neq; genus quia est aliquod vniuersale. d. de exemplaribus vero &c. i. & intendit qꝫ de hoc non est perscrutandum in tractatu præcedẽti, & post perscrutabitur de hoc. Quoniam quidam dicunt qꝫ sunt substantiæ est separatæ aliæ a substantijs sensibilibus.

D Sensibiles substãtię omnes materiã habent.

Sensibiles autem substantiæ omnes materiã habent. Est autem substantia quæ subijcitur. aliter quidem materia. Materia verò dico quæ non hoc aliquid ens actu, potestate autẽ est hoc aliquid. Aliquid verò ratio & forma, quia hoc aliquid ens ratio separabile est. Tertium verò est quod est ex his cuius solius generatio & corruptio & separabile simpliciter, nam secundum rationem substantiarum hæ quidẽ separabiles, illæ verò non.

Et oĩs substãtiæ sensibiles habent materiã, & substantia est subiectũ, & alio modo est materia. Et dico materiã illud, quod hoc nõ est hoc in actu, & est hoc in potẽtia. Et alio mõ est diffinitio & forma quæ est principiũ rei, & est per diffinitionẽ separatã. Et tertio mõ illud quod ex istis cuius soli est gñatio & corruptio, & est separatũ mõ simplici. Substãtiæ enim quæ sunt





substantiæ per diffinitionem quædam sunt istæ: & quædã non.

Hoc qđ dicit qꝫ oĩa substãtiã sensibiles habeãt materiã: declaratum est in scia naturali. 3 Et cũ. d. & substãtia est subiectũ &c. i. intendit qđ substãtia dicit primo mõ de illo qꝫ est exãs p se qꝫ est subiectũ aliis prædicamẽtis: & est cõpositũ ex materia & forma. & dicit alio modo de materia istã substãrie: & dico materiã illud qꝫ nõ est in actu aliqđ demarratũ: & est in potẽtia illi. D. d. & alio mõ est diffinitio. i. & substãtia dicit secũdo modo de illo qꝫ significat diffinitio scilicet forma. D. d. & est per diffinitionẽ separatã. i. & substãtia quæ est forma est secundũ diffinitionẽ separatã a materia nõ in esse. Impossibile enim est separari formã a materia. D. d. & tertio illud qđ est exãs istis &c. i. & substãtia tertia illud quod cõgregatur a materia & forma: & est illud cuius solius vt declaratũ est est generatio & corruptio. Deinde dicit. & est separatũ modo simplici. i. secundũ diffinitionem & secundum esse. D. d. substãtiæ enim quæ sunt substãtiæ &c. i. & substãtia quã diffinitio significat est substãtia quodãmodo: quia p ipsam est substãtia exãs per se & quodammodo nõ est sicut illud quod existit per se: quia est in subiecto & forte intendit quod substantia quam significat diffinitio: quædam partes ejus sunt forma & quædam materia: vt declaratum est superius.

B Impossibile est formã separari a materia.

## CAPVT II.

In oĩbꝰ oppositis mutationibus est aliqđ qđ subijcitur.

QVod vero substãtia est materia palã. Nã in oĩbꝰ oppositis mutationibus est aliquid qđ subijcitur mutationibus: vt puta secũdũ locũ: qđ nũc hic: iterũ & alibi: & secũdũ augmẽtũ qđ nũc quidẽ est tantum iterũ minus aut maius. Et secũdũ alterationem qđ nũc quidẽ est sanũ iterũ ægrotat. Similiter aũt secũdũ substantiã qđ nũc quidẽ est in gñatione: iterũ corruptione. Et nũc quidẽ subiectũ & hoc aliquid: iterũ aũt qđ subijcit sic secũdũ priationẽ: & hãc sequuntur aliæ mutationes: aliarũ verò & vnam aut duas: hoc nõ sequitur. Nõ enim necesse siquidẽ materiã habet localẽ: hoc & generabilẽ & corruptibilem habere: quæ enim differẽtia simpliciter fieri: & nõ simpliciter in physicis dictũ est.

F Non est necesse siquidem materiã habet localẽ hoc & generabilem & corruptibilem habere.

Manifestũ est igitur qꝫ materia est substãtia. Q. nã oĩs transmutationes oppositæ in situ habent subiectũ fixũ: & sicut illud qđ est in loco suo: qꝫ enim est nũc fiet etiã alius locus. Et in re etiã quæ est tũc secundũ hanc quantitatem fiet etiã minor aut maior: & in transmutatione est aliquid sanũ modo: & fiet etiam egrũ. Et similiter etiam in substantia quæ est nũc etiã in generatione: fiet etiã in corruptione: & erit materia subiectũ sicut illud qꝫ est qꝫ priationẽ: & aliæ transmutationes sequuntur istã: ista autem nõ sequitur vnam: aut duas aliarum. Non enim est necesse vt illud quod habet materiam localem: etiam habeat materiam quæ generatur & corrumpitur. Dictum igitur est in

Universidad de Deusto
Biblioteca



naturalibus quę est differẽtia inter nõ esse simplr: & nõ simplr.

a Materiã esse subiectũ debet declarari scię tia naturali.

CVm posuit ꝙ vnũ eorũ de quo dicit hoc nomẽ substãtię est materia: incæpit declarare hic: & in rei veritate debet declarari in scięntia naturali. s. materiam a esse subiectũ: ipsum aũt esse substantiã est de hac scientia. Et d. & manifestũ est materia est substãtia. i. & hoc apparet qa est subiectũ formæ. Deinde incæpit declarare hoc secundũ memorationẽ per inductionẽ sicut fecit in principio phyſi corũ: & d. oẽs enim demõstrationes &c. i. apparet eã p inductionẽ: qm

4 G ipsum aũt esse substantiam est de hac scientia vide. 1. phy. cõ. 21. & .7. met. cõ. 9. & .12. me. c. 5

necesse est vt oẽs trãsmutationes oppositæ per suã materiã habeãt materiã ũnã. V. g. in trãsmutationibus in loco. & d. secundũ siẽ. i. secũdũ locũ: qm oppositio b primo & essentialiter inuenit in eis quę opponũtur in loco. Et insẽdit ꝙ opposita hic quatuor cõtraria. Et quia cõtrarietas in rei veritate inuenit primo in eis quæ sunt i loco: ideo c accepta est i diffinitiõe corũ distãtiæ: cũ dicit: cõtraria sunt quæ maxime distãt. hic aũt intẽdit p opposita cõtraria quæ sunt in quatitate & in substãtia: & in augmẽto: & in loco. Et cũ d. ꝙ trãsmutationes vident cõuenire in hoc ꝙ indigent subiecto: incæpit declarare qõo apparet: & d. illud eñ qđ est nũc &c. i. apparet enim qm quemadmodũ vnũ & idẽ numero in loco aliquo est nũc & posẽ trãsferi in aliũ. Et vnũ & idẽ cũ modo est & albũ & posẽ erit nigrũ in alteratione. Et vnũ & idẽ est magnũ & parũ in augmẽto. Similiter etiã vnũ & idẽ qũq; est generatũ: & qñq corruptũ. Sed tamẽ differunt in hoc qđ subiectũ qđ est in transmutatione quæ est substãtiæ est in potẽtia: & est m aliis trãsmutationibus in actu: & suum esse est qđ est mediũ intercsse in actu: & nõ esse: & hoc indebat cũ d. & erit nũc subiectũ sicut hoc &c. i. & illud subiectũ qñ recipiet formã alsimilẽ ei qđ est in actu: & qñ dimisit eã alsimilẽ ad non esse: & toẽ hoc dictũ est in naturalibus. D. d. & aliæ trãsmutationes &c. i. & aliæ trãsmutationes sequuntur illã quę est in substãtia. s. qñ illud quod habet transmutationẽ quæ est in substãtia: habet alias trãsmutationes. Trãsmutationes aũt in loco nõ debet sequi vna aut plures aliarum trãsmutationum. Et ideo nõ est necesse vt omne habẽs materiã localem habeat materiam generabilẽ & corruptibilem. Et innuit per hoc qđ declaratum est in scientia naturali: & ꝙ cæcum d habet materiã localem: & tamen nõ habet materiã generabilem & corruptibilẽ. & ideo

H Subiectum trãsmutationis substantialis est in potentia. accidẽtalis autem in actu. Idẽ primo phy. cõ. 63.

videmus quod cæcum nõ componitur ex materia quæ est in potentia & forma quę est in actu. D. d. dicũ est igit in naturalibus &c. i. declaratũ est eñ quæ est dia inter gnationẽ simplr: & nõ gnationẽ. sic & inter generationẽ & corruptionẽ quæ sunt in substãtia: & gnationẽ & nõ generationem quæ nõ dicũtur simplr. s. quæ sunt in aliis trãsmutationibus.

I primo de generatione. 23. & .24. 2.

Qm̃ qđ vt subiecta & vt materia subiecta cõfessa est. Hæc aũt quæ potestate reliquũ eã quæ vt actũ substantiã sensibiliũ dicere qđ est. Demo. quidẽ igitur tres dias simul esse existimauit. Nã subiectũ corpus secundũ materiã vnũ & idẽ differt: aut rithmo quod est figura: aut tropi qđ est cõpositio: aut diatigi qđ est ordo. Videntur aũt multæ differẽtiæ esse: vt alia qđẽ cõpositione dicũtur materiæ: sicut quæcũq; mixtura quẽadmodum



dum mellicratum. Alia aũt ligatione: vt capitis ligatura. Alia viſco vt liber. Alia clauo vt arcba. Alia in pluribus horum. Alia positione vt liminare inferius: hæc eñ in positione aliqualiter differunt. Alia tẽpore vt cena & prandiũ. Alia loco vt spiritus. Alia sensibiliũ passionibus vt duritie: & mollitie: & spissitudine: & raritate: & siccitate: & humiditate. Et hæc quidem horũ in quibusdã alia oĩbus his. Et oĩno alia superabundantia: alia defectu. Quare palã: quia & esse totiẽs dicitur. Limen enim inferior est: quia ita ponit: & esse sic ipsum poni significat: & ery stallũ esse sic ipsam inspissari. Quorũdã verò esse & oĩbus his diffinieñ: qa alia sunt mixta: alia cõplexa: alia ligata: alia inspissata: alia alijs differentijs iuncta: vt manus: aut pes. Sumenda sunt igit gña drianũ: hoc nãq; erunt principia essendi: vt quæ in magis & minus: aut spisso & raro: & talibus. Oĩa nãq; hoc superabundãtia & defectus sunt. Siquidẽ aũt figura: aut lenitate: aut asperitate: aut recto: aut curuo. His aũt erit esse misceri: oppositę verò non esse. Palam itaq; ex his quia si substantia causa essendi vnũ: quodq; ꝙ ex his est quærendum quæ est causa essendi horũ vnũquq; ꝙ. Substãtia qđẽ igit nihil horũ nec combinatũ. Attñ proportionale in quolibet. Et cũ quædã substãtiæ sunt cõcessæ vt subiectũ & materia etiã: est & illud qđ est in potentia. Remanet dicere quæ est substãtiã sensibiliũ quę est in actu. Demo. verò videt existimare ꝙ differẽtiæ eorũ sunt tres. Materia verò quæ est substãtia subiecta est eadẽ etiã: & differt: aut secundũ ordinẽ q est figura: aut secũdũ trãsmutationẽ quæ est sinistra: aut secũdũ cõcauũ qui est: compositio. & ipse videt multas dias vt dicit: quædã est eñ p cõpositionẽ materiæ vt oĩa quæ admiscentur. V. g. mel & aqua: & quædã per ligamentũ vt Jectus: & quædam per glutinum vt liber: & quædã vt clauos vt arcba. Et quædã per plura istorũ. & quædam per situm vt via & limes. Ista eñ differunt secm motũ situalẽ. & quædã secm tẽpus vt mane & sero. & quædã secũdũ locũ vt vẽti. & quædã p passiones quæ sunt sensibiliũ vt duities: & mollities: & spissitudo: & raritas: & siccitas: & humiditas: & quædã p quædã: & quædã per omnia. & vniuersaliter quædã magis & quædã minus: & ideo cũ limes ponitur superius non est limes. Manifestum est igitur qđ ens dicitur secm numerũ istorũ modorum. Dicitur eñ ens via quæ est secũdũ hunc situ: & hoc etiã significat qđ est ꝙ est secm hunc situ: Et ipsum esse frigus etiã significat qđ

de ala. com. 4. & primo ca. de substãtia orbis. d Celũ habet materiã localem & nõ materiã generabilẽ & corrupti bilẽ. Idẽ. 1. phy. cõ. 63. & primo celi. 20. Idem primo. 2. & 3. c. de substantia orb. & hic com. 12. & .12. met. 1. com. 10.

inspissatū est illud secundū hunc modum. Et essentia quærēdo rerū determinatur per omnia ista. quædā enim sunt mixtæ: & quædā complexæ: & quædā ligatæ: & quædā secundū alias differētias: vt manus & pes. Accipiant igitur genera differētiarū. Ista enī erūt principia essentiēficut q̄ est maioris & minoris & spissum: & rarū & partes similes istis. Omnia enī ista sunt in additione: & diminutione. Et si sunt alicuius figuræ vt lenitas: aut asperitas: & omnia sunt in recto: aut tortuoso: quædam sunt quorū essentia est mixtio: & modo oppositio situ: qui est non essentia. Manifestum est igitur ex istis: quod si substātia sit causa essentiæ cuiuslibet istorum nihil enim istorum omnino est substantia: neq; quando congregantur cum alijs. Sed tamen indiget quodlibet istorum conueniente.

L Cū declarati sit in tractatu præcedēti q̄ formæ sunt substātiæ; ex hoc quod illud qđ significat diffinitio est substantia: & q̄ diffinitio significat formā q̄ hoc q̄ interrogatio p̄ quare est de forma: vult p̄sentari hic de primis differētijs substātialib⁹ qb⁹ diuidit forma vniuersalis. Et dicit cū igit quædā substātiæ &c.i. & cū oēs antiqui cōuenīt in hoc q̄ materia est substātia: & est illa quæ existit in potētia: & est declaratū q̄ forma est substātia quæ est in actu remanet dicere quæ sunt differētiæ istius substātiæ quæ est in actu in cōpositō. s. primæ differētiæ p̄ quas distinguunt formæ entiū secundū q̄ sunt entia. D. inducit sermonē Democriti in hoc. &c. d. Democri. vero existimauit &c. i. Democri. opinabat q̄ materia est vna natura in specie in oēs entes. s. partes individuales: & q̄ ista materia primo diuidit in res differētias maximas qb⁹ entia differūt. Prima aūt differētia est ꝓpter diuersitatē figurarū partiū individualiū: & hoc vocāt ordinē. Secūda aūt differētia est ꝓpter diuersitatē partiū in situ in quolibet: & hoc vocauit trāsmutationē in situ. Tertia aūt differētia est ꝓpter diuersitatē earū in ordine: & hoc vocauit cōpositionē: & opinabant q̄ entia nō differūt abinuicē nisi per vnā istarū trium dispositionū: aut per plura vno. D. d. & ipse videt multas differētias, id est & mirū est de isto hoc quomodo est cōtentus istis differētijs cū viderit multas differētias alias ab istis tribus per quas distinguuntur abinuicem. Deinde incæpit demonstrare istas differētias: & dicit vt dicitur quædā per cōpositionē materiæ &c. id est licet illa quæ differunt per diuersitatē cōpositionis elementorū ex quibus cōponunt. s. secūdū magis & minus: & sunt illa quæ differūt secundū cōplexionē: & ista quæ dispositio omniū corporū cōsimiliū partiū & dispositio pluriū rerum artificialiū: vt diuersitas rerū quæ cōponunt ex melle & aqua. Deinde dicit, & quædā per ligamentū &c. id est & sunt quædā quorū differētiæ sunt in copulatione. s. q̄m nomina & actiones rerū copulatarū diuersant ꝓpter diuersitatē copulationis: quædā enim copulant per ligamentū. & quædā per glutinū: & quædā per clauos. D. d. & quædam per plura. i. & quædā diuersantur per plures vnā istarum differentiarum. Verbi gratia, vt sit aliquid cuius quædā partes copulātur per glutinum vel

Idem primo phy. t. com. 41.

2

vel ligamentū, hoc enī differt per ista duo ab eo cuius omnes partes copulātur per clauos. Et intēdebat per hoc declarare qđ in cōpositione sunt mistæ differētiæ aliæ ab eis quas dixit Demo. & qđ si ille sunt differētiæ iste erūt differētiæ. D. d. & quædā secūdū situ vt via, id est, & nomina viæ etiā diuersantur secūdū diuersitatē situs. V. g. via ad superius & via ad inferius & dextrū & sinistrū, & limē etiā differt a limine ex alio secūdū situ: quoniā cū fuerint inferius dicitur limē & superius ruga. D. d. & quædā secūdū tēpus vt prandiū & cœna, id est, quoniā prādiū differt a cœna secūdū diuersitatē tēporis tantū. D. d. & quædā secundū locū vt vēri, id est. & diuersitas vērorū est per diuersitatē locorū.

D. d. & quædā per passiones &c. id est, & quædā diuersantur secūdū nomina, & diffinitiones per passiones sensibiles, & maxime in rebus naturalibus, & precipue in corporibus cōsimiliū partiū & in simplicibus & intelligēdæ sunt cū istis qualitatibus dictis aliæ passiones & qualitates numeratæ in. 4. meteo. D. d. & quædā, per quædā. & quædam per omnia, id est, & quædā entia differunt a quibusdā per quasdam istarum passionū, & quædā differunt a quibusdā per omnes. V. g. aqua & terra per duritiē & mollitiē & spissitudinē & raritatē. & humiditatē & siccitatē. Deinde dicit, & vniuersaliter quædā magis & quædā minus, & intendit per quædā magis & minus aliquid cōmune diuersitati quæ est per qualitatē, & quæ est per quantitatē. Et cū declarauit genera istarum differentiarum quas addidit tribus: quas. d. Demo. dixit, manifestū est ergo &c. id est, cū nomina & diffinitiones sunt per has differentias, & iste differentiæ sequuntur formas substantiales entium, manifestum est quod formæ substantiales sunt secundū numerū istarum differentiarum. Et dixit hoc quia iste differentiæ dictæ sunt accidentia: sed accipiuntur loco differentiarum substantialium ꝓpter latentiam differentiarum substantialiū, & diffiniens vt dictū est non ponet nomina. Deinde dicit, dicitur enim eius via &c. id est, dicetur enim via quia est secūdū istū proprīū. Deinde dicit, & esse grādo &c. id est, & hoc nomē grādo significat ex eo spissitudinē propriā. D. d. & entia quorūdā &c. id est & quædā diffiniūtur per quædā, & quædam diffiniūtur per omnia ista: quædā enim diffiniūtur per mixtionē, & quædā per ligationē, & quædam per cōplexionē. Et forte intendit per mixtionem aliquid cōmune cōplexioni. Est enim aliquid quod dicitur misceri & nō complecti: vt genera mixta adinuicem, & vniuersaliter partes individuales apud dicentes eas. D. d. & quædā vtūtur aliis differētijs, id est, & ista differūt abinuicē per actiones. Deinde dicit, acciptātur igitur &c. id est, & cum ista sequātur differētias entium qui volunt noscere principia entiū per ꝓcurentur de generibus primis differentiarū. ista enim sunt principia entium quæ sunt causæ in diuersitate entium: vt quidam dixerunt quod primæ differentiæ sunt magis & minus, & quidam dixerunt rarum & spissum, & alia primorū contrariorū similiū istis. Deinde dixit ista enim nomina sunt in additione & diminutione: ista enim nomina videntur esse reducta in duas differentias primas scilicet in additione & diminutione. Deinde dicit, & si fuerint alicuius figuræ &c. id est, & differētiæ quæ sunt secundū figurā, & lenitas & asperitas collocantur sub ꝓcto & tortuoso, & ista est qualitas quę est secūdū q̄litatē & qualitatē.

I M Vbi est latētia substātialiū differentiarum licet accidētia ponere in diffinitiōe loco earū. vide. 7 huius com. 41. & q̄ ibi.

N Differentie quarūdā rerum sunt ex priuationē.

Et quasi intēdit declarare qđ' primæ differētiæ qualitatis passiuæ est additio, & diminutio, & qualitatis quæ est secundū quātitatē: rectardo & tortuositas. D.d.& quædā sunt quorū esse est in mixtione. Deinde dicit, & secundū modū expositiōis &c. & intēdit vt mihi videtur quod quædā sunt quorū esse est in oppositione ad esse scilicet in priatione. Et.d.hoc quoniā differētiæ quarūdā rerū sunt ex priuatione.

Et cū induxit genera istarū differētiarū primarū dixit, manifestū est igitur ex istis &c.id est, sed est manifestū qđ' si formæ substantiales sunt causæ essendi quodlibet ens naturale demōstratiū: qđ' nulla istarū differētiarū est causa alicuius eorū, & qđ' quærendū est in quolibet eorū, & quid sit causa eius substātialis quæ quærit aliquā istarū differentiarum.

D.d.causam in hoc &.d.nulla enim istarū est substātia &c.id est, nulla eīū istarū differētiarū est substātia nec̄ in se: nec̄ in respectu alterius. D.d.sed indiget quælibet earū cōuenīre, id est, sed vnaquæq; istarū differētiarū sequitur substātiā sibi cōuenīētē, & ideo accipiūtur in diffinitionibus loco substātiarū. Sed tamē hic est quæstio. Existimatur enim quod quædā qualitates passiuæ sunt differētiæ quibusdā entibus vt color igni, & humiditas aeri. & siccitas terræ: quoniā si aliqua istarū qualitatū auferatur: auferetur illud ens. Quoniam si calor auferatur ab igne nō remanebit ignis. Et ideo videmus plures expolitores dicētes aperte qđ' differētiæ substātiales istorū etemētorum sunt in istis qualitatibus.

4 Digressio qua quæritur an aliquæ qualitates passiuæ sint aliquibꝰ entibus substantiæ. Motinum Alexand. Im.auer. Prima ratio Secunda ratio. Adhidē Solutio, ad motiuū alexand. Tertia ratio ad idem. Documētū.

Sed ex hoc sequitur inconueniens scilicet qđ' aliquid sit in se qualitas: & in respectu alterius sit substātia & substātia non dicitur in respectu alicuius. Dicimus nos igitur qđ' vt ad sciēdū hoc esset via qua fuit Aristote. in perscrutatione de simplicibus & cōpositis. Quoniā si calor in igne erit differētia substātialis: tūc composita habebūt diffinitiones ignis. Calidū enim cōponitur ex substantia & qualitate aut cōponitur ex substātia & accidētibus: erunt vnum in actu & duo in potētia, & ex hoc apparet qđ' calor nō potest esse differētia substātialis. Et si ignis auferetur per ablationē caloris: nō auferetur primo nec̄ per se: sed mediāte ablatione formæ ignis: sicut quādo auferetur ribilitas: auferetur hoc mo: sed nō primo: sed mediāte ablatiōe rationabilitatis. Et si esset in aliquo accidens, & in aliquo substātia: tunc diceretur æquiuoce sciīcet eo modo quo dicitur hoc nomē ens de substātia & accidente. Et scire debes qđ' actio formæ ignis quæ sequitur formā ignis est calor maximus & motus ad supernꝰ, calor igitur in igne est sicut abscisio in cultello, & actio manus in manum: non quasi ablatio in ablato.

Et vt in substātijs id cp de materia prædicatur est actus ipse sic & in alijs diffinitionibus maxime: vt si limē inferius oporteat diffiniri lignū: aut lapidē ita positū dicemus, & domū lateres & ligna sic posita: aut adhuc & cp cuius causa in quibusdam est. Si vero cristallū aquā congelatā: aut spissatam: vtaj in symphonia: aut acuti, & grauis cōmixtio talis. Eodem quoq; modo & in alijs. Palā itaq; ex his: quia actus alius alterius materiæ est ratio: alidrū em̄ cōpositio: aliorū mixtio, & aliorum aliud quid dictorū: propter cp diffinictiū hi quidē dicētes quid est



est domus: quia lapides lateres & ligna: potestate domū dicūt. Materia nāq; hæc. Illi vero vas protectiuū pecuniarū & corporū: aut aliud aliquid tale addentes: actū dicūt, alij nāq; ea ambo cōponētes tertiā, & eā quæ ex his substātiā, videtur enim quæ quidē per differētias ratio speciei & actus esse quæ vero est in existētibus materiæ magis. Similiter autē & quos Archytas approbauit terminos: simul em̄ vtriusq; sunt, & quid est serenitas quies in aeris pluralitate. Aer quidem materia, actus & substātia quies. Quid est trāquillitas maris æquitas. Subiectū quidē vt materia: mare, actus autē & forma æquitas. Palā itaq; ex dictis quæ sit sensibilis substātia: & quomodo hoc quidē vt materia: illa vero vt forma, & actus: tertia quæ ex his.

p Diffinitiones archytę sunt approbandæ quæ dant per formā & materiam.

Et quēadmodū in substātijs eadē actio prædicat de materia similiter in alijs diffinitiōibus magis. V.g. si volumus diffinire viā: aut lapidē dicemus cp est illud cuius pars est tale, et tale, & domus quæ est ligna & lateres: quorū situs est talis, & etrā in quibusdā diffinitiōibus cōsideramus illud propter cp. V.g. quod grādo est aqua cōgelata & spissa aliqua spissitudine. Et cōmutatio vocis in exitu est mixtio vocis acutæ cū graui & alia mixtione. Et secundū hūc modū in alijs rebus. Et iā apparuit in istis rebus cp omnis materiæ actio est ab alia actione alterius materiæ & sermo etiā, actio em̄ cuiusdā est cōpositio, & cuiusdā mixtio, & cuiusdā aliud dictū. Et ideo illi qui diffininnt & dicūt cp domus est lateres, & lapides, & ligna: dicunt domū in potētia, ista em̄ sunt, & qui dicūt cp domus est quod tegit diuitias, & corpora dicunt actionē qui autē congregant omnia ista, & cōponnnt ea: dicunt tertiā substantiā quæ est ex istis. Videtur em̄ quod sermo differentiarū sit formæ, & actionis, & illud ex istis rebus in quo est sic materia magis, & istæ assimilātur diffinitionibus quas Archytas accipiebat: quæ congregantur ex ambobus: vt dicitur quid est serenitas, & dicitur quies ī multitudine aeris: aer igitur est materia: & quies actio & substātia, & etiam quid est tranquillitas, & dicitur lenitas maris. Subiectū igitur quod est quasi materia est mare. Actio vero & forma est lenitas. Declaratū est igitur ex dictis quid est substantia sensibilis, & quomodo: quædam enim est quasi materia, & quædam est quasi in actu, & tertia quæ est ex istis,

6 Intēdit declarare qđ' partes cōpositi sunt partes ipsius diffinitionis, & qđ' diffinitiones perfectæ sunt illæ quæ cōtinent oēs partes ex quibus cōstat cōpositū, & hæc est forma: & qđ' est in ente quasi materia. Et

Q Diffinitū est ens in actu p vltimā differētiā & alie differētie q sunt an sunt quasi materia. Idē. 7. me. cō. 43.

d. & quēadmodū in substātijs &c. id est, quēadmodū in substātijs illud quod existit in eis est actus scilicet forma que predicatur de materia. & materia existit in ea in potētia ita vltima differētia in istis diffinitionibus habet magis materiā diffiniti. Diffinitū em est ens in actu per vltimā differētiā. & alie differētie que sunt ante sunt quasi materia. D.d. ex plū ratiū diffinitionū &c. d. V.g. si voluerimus &c. id est. V.g. quoniā si voluerimus diffinire viā: aut lignū inducemus illud qđ est quasi materia scilicet genus, & illud qđ est quasi forma scilicet illa duo ex quibus cōstituitur diffinitū. V.g. dicit qđ via est locus qua itur: via ei una pars eius est locus, & alia pars dispositio in loco per quē ido est possibilis in eo ad ire inter se. Et similiter ligni quędā pars est corpus. & quędā forma addita corpori per quā lignū dicitur archa aut scānū, & similiter de lapide, & similiter domus que est cōpositū ex lignis & lateribus pars quędā eius est materia scilicet ligna & lateres & alia pars forma eius per quā dicit domus. D.d. & etiā in quibusdā diffinitionibus &c. id est, & etiā in quibusdā diffinitionibus inducemus in postremo illud p pter quod illud diffinitū habet nomen & est forma coniuncta cū materia. V.g. dicere in diffinitione grādinis qđ est aqua cōgelata aut sicca p pter fugā frigoris a calore in profundū nubis. & iste sunt diffinitiones perfectę. Et d. hoc vt mihi videtur quędā nō diuersant secūdū nomina p pter suas formas: sed per accidētia p pria, & hoc accidit ex cōponentibus nomina. Et forte d. hoc scilicet hoc qđ d. q in quibusdā diffinitionibus obseruauimus illud p pter quid: quia differētie quarūdā rerū sunt ex suis materijs scilicet vltimę differētie, & forma est illud p pter qđ est generatio nō materia. D.d. & cōmutatio vocis &c. id est, & diffinitū neutrale vel neutra: q sunt mixtio aliqua inter vocē grauē & acutā, id est, secūdū proportionē terminatā. D.d. & secūdū hūc modū in alijs rebus, id est, & inducāt in diffinitionibus in alijs rebus ofa partes que sunt quasi genus, & quasi differētia. Oportet em scire qđ diffinitiones existentes per se sunt ille in quibus genus est quasi materia & differētie quasi forma. Diffinitiones aūt cōpositorū ex substātijs & accidētibus: aut diffinitiones rerū que sūt in subiecto sunt ecōtrario scilicet qm illđ q ē in eis q̄ dicta est materia. & hoc declarabit ē septimo. Et nō debes dubitare ī hoc ex hoc q dictū ē nono. s. q materia nō p̄dicat de aliq̄ sed m nomē & sed m diffinē, & ē dictū hic q differēnales cōstituunt ex formis & materijs. In diffinib⁹ em cōpositorū ex substātijs & accidētib⁹ & ī diffinib⁹ rerū q̄ sūt in subiecto ē materia q̄ dicta, & forma q̄ genꝰ, & si nō attribuit et nisi sed m aliq̄ p̄dicationē. v. g. vt dicat q similitas ē cōcauitas ī naso, & idolū terrestre: idolū ex terra. In diffinibus vō rerū existētiū p se genꝰ ē quasi materia, & differētia quasi forma & sic materia nō dr de diffinito nisi sed m q ē genꝰ ei, nomē em ḡnis significat materiā sed m q ē ī potētia sil q̄ habet materiā, & sic p̄dicat de habēte mām. Nomē aūt materie significat mām aliq̄d q ē ī actu ens cuiꝰ materia est, & iō nō p̄dicat de eo cū nō p̄dicat aliq̄d in actu de aliquo in actu nisi per aliā prædicationē importātē habitudinē. Et cum declarauit q diffinitiones cōtinēt materias & formas ex quibꝰ cōstituit cōpositū licet debēt esse cōuenientes diffinitis, & declarātes substantias eorū p̄fecte, & sunt ille q̄ cōstituūtur ex generib⁹ & differētijs dixit, & tam



lam apparuit ex istis reb⁹ &c. i. iā igit apparuit de istis reb⁹ q illud qđ est in actu in omni materia: & est forma eius est aliud ab illo qđ est in actu in aliqua materia. Et cū declarauit ofa ista de diffinitiōib⁹ & diffinitis dixit. & ideo illi qui diffiniunt & dicūt &c. i. & hoc qđ dixim⁹ apparet: q̄n illi qui contenti sunt in diffinitionibus a materijs tm: diffinūt illud qđ est in potētia: nō illud qđ est in actu. V.g. illi qui diffiniūt domū dicēdo q est cōposita ex lateribꝰ: & lignis: & lapidib⁹. Isti enim diffiniūt domū que est in potētia: nō domū que est in actu: ista em sunt materia dom⁹ tm. D.d. & qui dicunt q domus &c. i. & illi qui diffiniūt res per formas sine illis in quib⁹ sunt nō etiā perfecte diffiniunt: formę enim nō inueniunt sine materijs. V.g. qui diffinīūt domū: dicēdo quod est illud quod tegit corpora & census: illi enim diffiniunt domum que est nō in materia. D.d. qui aūt congregant omnia ista &c. id est qui aūt diffiniunt rem per suā formā: & subiectū sine formę diffiniunt tertiā substantiam que est congregata ex illis. V.g. dicere q domus est operatū ex lapidibus & lateribus & lignis ad cooperiendū corpora & census a calore & frigore. D.d. videtur em &c. i. videt em q sermo qui cōtinet differentias & materiā ex rebus materialib⁹ est diffinitio p̄fecta.

D.d. & istę diffinitiones videnf &c. i. & istę diffinitiones videntur illę quas Archytas recepit: & iste fuit homo qui sciuit extrahere diffinitiones perfectas. f. diffinitiones que cōponunf ex formis & materijs. V.g. qual est serenitas: quies aeris multi. D.d. aer igitur est materia: & quies actus & substātia. s. quoniam quies est forma serenitatis & genus: & aer est materia eius, differētia igit in hac diffinitiōe est materia: & forma est genus ecōtrario de diffinitionib⁹ substantiarū. D.d. aliud exemplum de diffinitionib⁹ accidentiū: & dicit & etiam quāl est tranquillitas & ista diffinitio est similis prædictę. Et em diffinitio accidentis: & lenitas in ea sicut dicit: est forma: & mare materia. & hoc intēdebat cū dixit subiectū igitur &c. i. igitur subiectū qđ est sicut materia est mare. Et cum declarauit ista que intendit declarare fecit rememorationē & dixit: declaratū est igit &c. i. declaratū est igitur quid sit substantia sensibilis, id est per quod cōstituit cū sit declaratū q quędā est materia: & quędam forma: & quędā congregatū ex ambobus: & q materia in eo est subiectum & forma prædicatum: & hoc intendebat cum dixit quomodo.

S Qui diffiniūt formas sine materia nō perfecte diffiniūt. vide. 1. de aia. com. 16. & quę ibi.

## CAPVT III.

QPortet aūt nō ignorare: qa aliq̄n latet vtrū signifīcet nomē substantiā cōpositā: aut actū: & formā: vt domus vtrū signū cōmunis: quia tegmentū ex lateribus & lapidibus sic cōpositis: aut actus & speciei: quia tegmentū. Et linea: vtrū dualitas in longitudine: aut quia dualitas. Et aīa: vtrū qa materia anima in corpore: aut aīa. Hæc nāq̄ substantia & actus corporis alicuius. Erit autē vtriq; & in vtrisq; animal: non vt vna ratiōe dictū: sed quasi ad vnū. Et oportet nos non ignorare: q̄n forte latet quid est illud quod significat nomen: vtrum significat substātiam compositam: aut factum:

factū: & formā. V.g. domus vtrū significat communiter quod est cooperimentū ex laterib⁹ & lapidibus: cōpositū tali modo. aut significat actū & formā, scilicet cooperimentum. Et linea vtrū significat duo puncta. Et animal vtrū animam & corpus aut animam. Ista enim est substantia & actus corporalis. Et forte animal significat vtrūq; nō sicut illud quod dicit secūdū vnam eandē diffinitionē: sed sicut illud quod attribuitur eidē.

7 INtēdit hoc capitulo declarare qd est dignius nole: vtrū forma aut cōpositū ex materia & forma. Et dicit & oportet nos nō ignorare &c. i. & oportet nos scire: quū latet vtrū nosa rerum significēt substātias rerū compositarū ex materia & forma: aut formā tantū. Et hoc est in nominib⁹ quæ significāt essentias rerū: nō in nominib⁹ quæ significāt res ex accidētib⁹ in eis. Deinde induxit exemplū ex hoc & dicit. V.g. domus &c. i. V.g. hoc nomen domus vtrū significet cōgregatū ex materia & forma: & hoc intendebat cū dicit per cōmune. V.g. cooperimentū ex lateribus & lapidibus cōpositū aliquo modo cooperimentū eīn est in eo quasi forma: & ex laterib⁹ & lapidibus quasi materia. Vtrū autē hoc nomē domus significet cōgregatū ex materia & forma: aut solūmodo significet formā quæ est in actu. s. cooperimentū tāl. Deinde induxit aliud exemplū dicit & linea vtrū &c. i. & vtrū hoc nomen linea significet duo pūcta: & illud quod est inter duo pūcta: aut solūmodo significet illa duo puncta. Et innuit hoc quod dictū est in diffinitiōe lineæ, scilicet q̄ est illud quod terminat ad duo puncta. duo pūcta igitur sunt in ea quasi forma. & illud quod est inter ea quasi materia.

2 Deinde dixit, & animal vtrū significet animā in corpore: aut animā. ista enim est substantia & actio corporalis. i. aīa eīn est substantia & est perfectio corporis. Et cū induxit hanc interrogationem dedit responsionē & dicit & forte animal dicit de ambobus &c. id est & nomē significat vtrūq;. & cū dicitur de vtroq;. Verbi gratia aīal de cōposito ex materia & forma: & de forma tantū nō dicitur sicut dicūtur nosa vnius cuius quorū diffinitio est eadē. sed dicitur principaliter & secūdario, scilicet sicut res quæ attribuitur eidē. & quædam in illo sunt priora quibusdā.

Et intendebat q̄ hoc nomen animal dicitur principaliter per formā & dicitur de cōgregato ex materia & forma secundario: scilicet quia dicitur de forma. Nomē enim non significat rem nisi secundū quod est in actu. & causa actus in composito est forma. Et cum duo fuerint quorū alterū est causa reliqui: illud quod est causa dignius habebit nomē. illud enim nomen est secundi propter primum. Verbi gratia, res calidæ: quoniam non habent nomen caloris nisi propter calorem ignis qui est in ipsis. & ideo cum fuerint plura quæ nō habent nomē idem propter aliud: illud aliud est dignius habere illud nomen: & erit causa illorum.

Sed hæc ad aliqd aliud qdē cōferūt ad quæstionē verō substātiæ sensibilis nihil. Nā quodqd erat esse speciei & actu cōpetit. Nā aīa & aīæ esse idē: hois verō esse: & homo nō idem nisi & aīa homo dicatur. Sic autē alicui quidē alicui verō non. Nō videtur

2 Alia est substātia & pfectio corpis. Idē. 2. de aīa t. c. 4. &. 7.

T Nomē non significat rē nisi secundū q̄ē in actu. Cū fuerint duo quorū alterū est cā alteri⁹ illud qd̄ est cā dignius habebit illud nomē cōsule. 2. met. t. cō. 4. &. 1. poste. t. com. 5.



videtur itaq; quærētibus: syllaba ex elementis & cōpositione nec domus lateres: & cōpositio: & hoc recte. Nō eīn cōpositio & mixtio ex his est quorū est cōpositio & mixtio. Similiter autē nec aliorū quicq̄ vt limes positione: nō ex limine positio: sed magis hoc ex illa. Nec itaq; homo est aīal & bipes: sed aliquid oportet esse quod præter hoc est si hoc materia: neq; autē elementū neq; ex elemētis, sed substātia, quod auferētes materiā dicunt. Si ergo hæc causa ipsius esse, & substātia hæc, ipsum vtiq; substantia nō dicēt. Necessariū itaq; hanc: aut sempiternā esse: aut corruptibilem: sine corrumpi aut factam esse sine fieri. Monstratum autem est & declaratū in alijs: quia speciem nullus facit nec generatur sed efficitur hoc: fit autem quod ex his. Si aūt sunt corruptibilium substantiæ separabiles nondum est palam. Attamen quia quorūdam non contingit palam quæcunq; nō possibile est præter ipsa alia esse: vt domum aut vas.

V Inde sumit q̄ forma nō fit sed cōpositum.

Sed ista in alio non diuersantur. Inquirere verō substātiam sensibilem non diuersantur omnino. illud enim quod est per essentiam est per formam & per actū: quoniā anima & animę esse est idem. Homo verō & hominis nō: nisi dicatur quod aīa est homo etiā. Et similiter in aliquo est: & in aliquo nō est: & nō apparet quærētib⁹ q̄ syllaba est ex literis & compositione: neq; q̄ domus est lateres & cōpositio & hoc modo videt. Cōpositio eīn & mixtio est ex eis & nō alteri secundū hunc modū: & vt via qñ non est ex situ: neq; situs ex via sed hoc est ex illo. Neq; homo aīal bipes: sed oportet vt sit aliquod aliud à rebus mixtis. Et etiā materia nō est elementū: neq; ex elemento: sed est substātia quā dicūt esse illi qui negant materiā. Et si hoc est: & causa essentiæ etiam est substantia. Ergo nō dicunt substantiam esse ipsam. Necesse est ergo vt ista sint aut æterna aut corruptibilia absq; eo quod corrumpantur: & quod sint sine generatiōe. Et declaratum est & determinatum est alibi quod forma ex nihilo facta est: & non generatur sed fit hoc & generatur illud quod est ex istis. Et nondum est declaratum si substantiæ rerum quæ corrumpuntur sint separatæ: sed tātum declaratum est quod hoc est impossibile in quibusdā: & sunt oīa quæ non possunt esse sine alijs: vt domus & vas.

Id est formæ vero cū distinguēnt ab intellectu a materiis inuenit eas aliud a subiecto: & aliud a composito ex eis & subiecto: cū autē intelligat cōgregatū ex eis, scilicet sensatū inuenit eas idē in diffinitiōe: & nō diuersa. Deinde induxit exēplū de hoc: & dixit Illud enim quod est per

8

per essentiam est per formam &c. idest illud enim quod significat animam: & illud cuius est anima est idem. illud vero quod significat hominem: & illud quod est forma hominis non est idem: nisi esset verum dicere q̃ anima est homo: & similiter est de diffinito omni cum suis partib⁹: apparet enim q̃d sunt idem quodammodo: & non idē alio modo. Deinde dixit: & non apparet quærentibus &c. i. & dicitur syllaba causa literæ compositæ: quia compositio litterarum & mixtio earum non est sine syllaba. Deinde. d. vt via &c. i. vt via: quoniam licet non ipse situs nec̃ situs ipsa viæ tamen constituitur per situm. Deinde dicit nec homo animal bipes &c. i. nec homo est ipsa animalitas & multitudo pedū: sed est aliquid quod disponitur per animalitatem & per multitudinē pedum etiā tali modo: q̃ nō inuenitur in alio. Deinde. d. & etiam materia nō est elementum: nec̃ ex elemento. i. & signū eius q̃d substātia quæ est forma non est materia: est illud q̃d declaratum est prius scilicet q̃d nō est elementū nec̃ ex elemēto: sed est substātia in rei veritate apud illos qui negant materiā: & dicūt formas separatas esse. Et induxit oīa illa quæ obiecerūt ei aliqui ex dicentibus formas: dicendo q̃ formæ & materiæ sunt eadem. & per hoc signum q̃ formæ prædicantur de materijs. D. d. si igitur causa essentiæ &c. i. si igitur causa quiditatis est substantia alia a substantia sensibili. i. forma: tunc non est ipsa substantia sensibilis. & cum ita sit necesse est vt substantiæ quæ sunt formæ: aut sunt æternæ non corruptibiles omnino: aut corruptibiles per accidens non essentialiter: & hoc intendebat cum. d. ergo necesse est vt ista sint aut æterna aut corruptibilia &c. D. d. & declaratum est & demonstratum in istis quod forma &c. idest & declaratum est ex dictis quod cum forma fuerit huiusmodi non generatur nec corrumpitur. sed illud quod generatur & fit est substantia demonstrata: & ex ea est generatio. sed non est declaratum adhuc si istæ substantiæ quæ generantur & corrumpuntur habent formas separatas: aut quomodo est de hoc: sed est declaratum quod impossibile est in quibusdam vt formæ eorum sint separatæ: vt in rebus artificialibus: & hoc intendebat cum. d. si substantiæ rerum &c.

X Forma non generat sed compositū. Idem. 7. huius. 23. 26. & 27. 34.

Forsan quidem igitur nec substātiæ sunt: nec aliud ipsa hoc nec aliquid aliorum quæcunq̃ non natura constituta sunt. Naturam enim solam vtiq̃ quis ponet eorum quæ incorruptibilibus substantiam. Quare dubitatio quā antisthenici: & sic indocti dubitauerūt: habet tempus quoddam quod nō est ipsum quid est diffinire. Terminum enim rationem esse longam: sed quale quid est contingit dicere: sicut argentum quidē quid est nō: quia aut quale stagnum. Quare substātiæ est quidem cuius contingit esse terminum & rationem vt compositæ siue sensibilis fuerit siue intellectualis. Primorum autē ex quibus hoc non est: siquidem aliquid de aliquo significat ratio diffinitiua: & oportet hoc quidem vt materiam esse: illud verō vt formā.

Y

Et rectum est vt ista sint nec̃ substātiæ etiam: nec̃ aliquid omnium partium quæ non constituuntur per naturam. Rectū est igitur



est igitur vt aliquis ponat naturam tantum esse substantiā in rebus quæ corrumpuntur. Et est quæstio difficilis quam interrogabat Antisthenes in aliqua hom. non secundum curialitatē. Impossibile enim est vt sciatur vt sit diffinitio entis quid sit. Diffinitio enim est sermo longus. sed impossibile enim est diffinire aliquid quale sit: & quale scitur per qualitatem vt cyphus, quoniā impossibile est vt sciatur quid, sed est quasi vas. Ergo in substantijs est quædam substantia quæ possibile est vt habeat diffinitionem & sermonem, vt substantia composita, siue fuerit sensibilis, siue intelligibilis. Illa autem ex quibus est ista substantia prima impossibile est vt habeant hoc, cum sermo diffinitionis significet aliquid de aliquo, & debet esse quædam quasi materia, & quædam quasi forma.

Quia induxit exemplum in materijs & formis de rebus artificialib⁹, intendit declarare quod nulla forma artificialis est substātia nedum vt sit separata. Deinde dicit, & rectum est &c. id est, rectum est vt formę artificiales nō sint substantiæ, nec̃ etiam res demonstratæ. ita quod sint vnum sicut est dispositio in substantijs naturalibus. Deinde. d. neque vnum sicut est dispositio in substantijs naturalibus. Deinde. d. neque aliud omnium partium est &c. id est, & intendit nec̃ vt maior pars formæ naturalis sit separata. & hoc intendebat cum. d. rectum est igitur ponere naturam &c. Deinde incepit dicere quæstionem quā quærebat quidam famosus apud eos dubitando. & d. & quæstio difficilis &c. & d. non curialiter, quia ignorabat q̃ diffinitio non est omnium rerum, & intrōdit per curialitatem logicam. D. d. solutionem illius quæstionis. & d. impossibile enim est &c. id est, & quæstio horum est q̃ si omnia habeant diffinitiones, diffinitio habebit diffinitionem, & sic procedē in infinitum. & d. dissoluendo impossibile enim est vt sit diffinitio entis &c. id est, impossibile enim est vt formæ vltimæ in diffinitionibus habeant diffinitionem, quia formæ vltimæ sunt simplices, & diffinitiones sunt compositorum. diffinitiones enim rerum sunt ex materijs & formis. Verbi gratia, cyphus qui diffinitur per hoc q̃ est vas talis qualitatis. id est, talis formæ. D. ergo in substantijs &c. & intendit composita ex materia & forma, & intendit per mechelēa mathematica. D. illa autem ex quibus est ista substantia. & intendit per illa ex quibus est substantia primo materiam & formam, scilicet quod impossibile est vt forma aut materia habeat diffinitionē. Diffinitio enim est sermo in quo disponitur aliquid per aliquod, forma vero & materia vtraq̃ significant idem, & neutra diuiditur in dispositionem & dispositum. Deinde dicit. & oportet vt quædam sit quasi materia, & quædam quasi forma, id est, & in diffinitione oportet vt sit aliquid q̃ significet formam, & aliud significans quod est quasi materia.

Diffinitiones sunt compositorum ex materijs & formis cōsimile. infra cō. vlt. & 7 me. c. 40.

Palā autē & quia si sint aliqualiter numeri substātię, sic sunt & non sunt vt quidā dicunt vnitatum multitudo. Num diffinitio numerus quidam est. Diuisibilis est enim & ita indiuisibilia, non erūt infinitæ rationes, & numerus autem tale. Et quę-

admo

Species entium sunt sicut numeri.

admodum nec á numero ablato aliquo aut addito ex quib⁹ numerus est, non adhuc idem numerus est. sed alter, quamuis minimum auferatur aut addatur, sic nec diffinitio, nec quodquid erat esse, nec adhuc erit ablato aliquo aut addito. & numerum oportet esse aliquid quo vnus, quod nunc non habent dicere, quo vnus siquidem est vnus. Aut enim non est, sed vt aceruus, aut siquidem est dicendum quid, quod est faciens vnum. Ex multis & diffinitio vna est, similiter autem neq; hanc habent dicere, & hoc merito accidet. Eiusdem enim rationis & substãtia vnum ita, sed non, vt dicunt quidam vt vnitas quædam existens aut punctum, sed endelechia, & natura vna quædam. Et quemadmodũ nec numerus habet magis, aut minus, nec quæ secundum speciem substantia, sed siquidem quę cum materia. De generatione quidem igitur & corruptione dictarum substantiarum quomodo contingit, & quomodo impossibile, & de reductione ad numuerum, sit vsq; ad hoc determinatum.

Et manifestum est quod si substantiæ sint etiam numeri nõ sunt huiusmodi. Non sunt igitur sicut quidam dixerunt ex vnitatibus. Diffinitio enim est aliquis numerus, quia diuiditur in res indiuisibiles. Sermones enim non sunt infiniti, & numerus est tale. & quemadmodum quando ab aliquo numero diminuitur aliquid, aut etiã additur aliquid eorum ex quib⁹ est numerus, tunc primus numerus non remanebit idem, sed fiet alius numerus, licet diminutum, vel additum sit valde modicum. Similiter non remanebit diffinitio, neq; illud quod est per essentiam postquam diminuitur aũ eo aliquid. aut ei addit aliquid. & oportet vt numerus sit aliquid quasi illud quod est nunc, non potest dicere per quod est vnum. Et si est vnũ, aut erit, aut non erit, sed est sicut cumulus. aut si fuerit dicã quod facit vnum ex pluribus. Et diffinitio etiam, si est vna, oportet eos dicere in ea simile dicto, Sed non possunt dicere etiam & recte accidit hoc. Vnum enim diffinitionis vnius, sed quod est vnum per substantiam. Secundum igitur hunc modum est vnum. & non sicut quidam dicunt quod aliqua vnitas aut aliqs punctus, sed est actio, & est aliqua natura simplex. Et quemadmodum in numero non est magis & minus, & similiter neq; in substantia quæ est quasi forma, nisi sit substantia quæ est cũ materia. Sit igitur ista distinctio in generatione & corruptione substantiarum quæ dicuntur, & quomodo est possibile, & quomodo non, & in attributione earum numero.

Id est.



Id est, & est manifestũ q; si substantiæ sunt cõpositę ex numeris sicut quidã dicunt, necesse est vt numerus ex quo cõponitur sit gen⁹ & differentia, q; & hoc intẽdebat modo cũ diximus eas esse cõpositas ex numeris. D.d. nõ sunt igitur sicut quidã dicunt ex vnitatibus. i. & cũ intelligendum fuerit ex numero hoc, hoc non est dicẽdum q; iste numerus ex quo cõponuntur entia est cõpositus ex vnitatibus, sicut dixerũt fingentes q; natura substantiarũ est numerus. sed iste numerus debet componi ex genere & differẽtia. Et cũ narrauit q; si dicat q; principia entium sunt numerus, oportet intelligere numerũ qui est in diffinitione, non numerũ cõpositũ ex vnitatib⁹, incepit dicere similitudinẽ quæ est inter numerũ & inter diffinitionẽ. &. d. diffinitio eũ est aliquis numerus, quia diuidit in res indiuisibiles etiã. i. diffinitio assimilat numero, quia diffinitio diuidit in res indiuisibiles, sicut numerus diuidit in res indiuisibiles, sed differũt in hoc, quũ illud quod nõ diuidit in numeros est vnitas, & in diffinitione est genus & differentia. D.d. diffinitiones enim non sunt infinitæ &c. i. diffinitio eũ quæ nõ diuiditur. nõ diuiditur in infinitẽ, sed peruenit in diuisione ad indiuisibilia. s. ad partes vltimas diffinitionis, & intendebat per hoc declarare quod diffinitio magis assimilatur naturæ numeri quod diuiditur semper in indiuisibilia. Deinde dicit. & numerus est tale, id est, quia in diuisione peruenitur in eo ad indiuisibilia, scilicet vnitates. Deinde incepit inducere alium modum similitudinis. &. d. & quemadmodum quando ab aliquo numero &c. id est, & quemadmodũ quando alicui numero additur vnum, aut ab eo diminuitur vnum transfert ad aliã naturam numeri. similiter diffinitiones compositæ ex primo genere & pluribus differentiis quando ab eis diminuitur aliqua differentia, transfertur diffinitio ad diffinitionem alterius naturæ, & similiter cum additur in eis aliqua differẽtia. V. g. cũ cum dixerimus in diffinitione animalis q; est corpus nutribile sensibile si diminuerimus vltimã differentiã remanebit diffinitio vegetabilis, & si addatur alia differentia. s. rõnabile fiet diffinitio hominis. Et similiter quatuor cum eis addit vnum fient quinq;, & cum ab eis diminuit vnũ fiũt tres. Et cum induxit similitudinem inter numerum & diffinitionem, incepit dare modũ secundũ quem differũt, &. d., & oportet vt numerus sit aliquid &c. id est, sed si entia etiã cõponãtur ex numeris, oportet dicẽtes hoc dicere quomodo ex numeris sit vnum & per quid sit vnum, sed hoc non possunt dicere, quia numerus cõponitur ex vnitatibus discretis. Deinde. d. si igitur fuerit vnum aut non erit, sed est sicut cumulus &c. id est, quũ vnũquodq; entiũ eũ nõ fuerit vnũ sicut cumulus cõgregatus necesse est dicere per qd sit vnũ. s. quo illud qd⁹ cõgregaĩ ex vnitatibus sit adunatũ. hoc eũ nõ possunt facere. D.d. & diffinitio etiam si fuerit vna oportet dicere in ea simile di. to. i. vt mihi videt. & diffinitio etiam si fuerit composita. & vna oportet dicere quomõ sit vna, idẽ cũ sequit in hoc. D.d. vnũ eũ vni⁹ diffinitionis &c. i. nos autẽ dicimus q; vnũ quod significat diffinitio vna, est vnũ per substãtiam quæ est forma. s. per vltimã formã & vltimã differẽtiã. D.d. secũdũ igitur hunc modum est vnum &c. id est, & non dicitur diffinitum demonstratũ esse vnum sicut dicitur in vno numerali quod est principium numerorum et sicut dicitur in puncto scilicet q; nullũ habet esse nisi hoc qd⁹ est indiui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C Forma substantialis nõ recipit magis & min⁹, idest, substãtia de elemẽtis. j. c. cõ. 67.

absse, immo illud quod est demonstratum est vnum per actionem vnius existentem in eo, & vnam materiam, quia est vnum secundum formam.

D Inde sumit q̃ alia forma habet aliã materiã.

D.d. potentia enim passionis &c. id est, & ideo potentia passiua est illud quod recipit transmutationem in se ex alio secūdū ꝙ est aliud, cū etiā sit manifestum ꝙ nihil patitur a seipso. Et cum descripsit potentiam actiuam quæ est ex forma, & potentiam passiuam quæ est per materiam dixit, habitus vero est potentia &c. & intendit per potentiā formam, id est, quod forma non patitur secundum quod est forma a primo transmutante essentialiter, sed patitur per accidēs. & ideo transmutatio eius nō est prima trāsmutatio, sed secūdum ꝙ est forma in passiuo. s. in materia. Et ideo formæ quæ nō sunt in materia nō patiunt essentialr aut accidētalr. Et d. ad pcm aut ad corruptionē. ga oē qd̄ patif. aut



aut patif ad pcm aut ad corruptionē. Et d. ex alio: quia nihil patif ex se. D.d. oēs enim istæ diffinitiones &c. i. istæ potentiæ non dicuntur æquiuoce: quia omnes habēt diffinitionē primæ potentiæ. Et intēdit ꝙ cū consideratum fuerit de istis potentijs in vtroq; genere videntur attribui primæ potētiæ. In diffinitione a enim omnis potētiæ passiuæ accipitur potētia primæ materiæ: & similiter in diffinitione omnis potētiæ actiuæ accipitur diffinitio actionis primæ formæ: quæ est diffinitio primæ formæ quæ est absoluta a materia. Et ga diffinuit potentias actiuas & passiuas dixit. & etiam dicuntur istæ potētiæ &c. i. d. hoc nomē potētia dicit de potētijs actiuis & de potentijs passiuis. & dicitur de actiuis quæ sunt bonæ actionis: & de passiuis quæ sunt bonæ passionis.

D.d. manifestū est igitur: quoniā forte &c. i. & forte est possibile vt potentiæ actiuæ & passiuæ ab eis sint in eodem. existimatur enim quod potentia quæ est alterius scilicet potentia quæ est in agente est eius cuius est potentia passionis. v. g. illud quod mouetur in loco per se: alteratio autem & generatio existimatur esse vere vt principiū actionis sit in eis in subiecto aliquo alio a subiecto potentiæ passiuæ. D.d. & forte erit sicut alia &c. i. & forte potentia agentis erit in alio ab eo in quo est potentia passionis. in quibusdam enim rebus potentia actiua erit in ipso passiuo: & in quibusdam in alio. Deinde dicit passiuum enim patitur &c. i. passiuū enim patitur secundū ꝙ habet principiū qd̄ differt ab ipso quod exerabit ipsum de potentia ad actū. Et intēdit & non est necesse vt hoc principiū sit in subiecto diuerso a subiecto in quo est potētia passionis in loco. D.d. & quia materia &c. i. & quia materia est etiā principium passionis: est necesse vt aliquid sit ab aliquo: vt generatio ignis ab oleo & rebus vnctuosis est dissolutio partium rei obedientis in illa in qua dissoluitur. D.d. & quædam in agente &c. i. & potentia actiua alia est ipso patiente: & alia in agente: vt carpentaria in carpentario: & ædificatoria in ædificatore. Deinde dicit quædam sunt in carpentaria &c. i. actio enim artis carpentariæ est in carpentare: & actio artis ædificatorie est in ædificando. Deinde dicit: & ideo sunt insimul: & quia quædam potentiarum actiuarū sunt in genere: ideo necesse est vt agēs nihil agat donec fit insimul cum patiente in eodem loco. Deinde dicit. & nihil patitur per se &c. idest & nihil patitur per se secūdū ꝙ est vnū: & non est illic aliud ex quo transmutatur: quia si esset: tūc aliquid esset in potentia secundum quod est in actu: & intendebat declarare quod in simplici non est potentia omnino: & quod illud in quo est potentia est compositum. Deinde dicit. illud enim quod nō est potentia &c. idest dicere enim quod non habere potentiam non est simpliciter: quoniam dicere non potentia est alicuius quod caret illa potentia: & hoc quod est contrarium potētiæ est priuatio. D.d. priuatio ergo est eiusdē &c. idest ergo potentia & non potentia sunt alicuius compositi.

Priuatio aūt dicitur multipliciter: etem̄ nō habens. & aptū natū si non habet aut oīno: aut quando aptū natū est. Et aut sic puta perfectē aut saltē quocūq; modo. In quibusdā verō si apta nata habere nō habeāt vi: priuata esse hæc dicim⁹. Qm̄ autē hæc qdē ī. inanimatis insunt principia talia: alia verō in aīatis & in

tiam vide. 7. de anima. de intellectu possibili. t. cō. 4.
B a In diffinitione oīs potētiæ passiuæ accipitur potētia primæ materiæ. & ī diffinitione oīs potētiæ actiuæ accipit diffinitio actionis primæ formæ quæ est absoluta a materia. vide causam istius 17. met. c. 18. ī fine cō.
In simplici nō est potētia omnino: & illud in quo ē potētia est compositum.

anima:& animæ in rationẽ habẽte:palã quia & potentiarum aliæ erũt irrationabiles:aliæ cũ ratione. Quapropter omnes artes & scientiæ factiuæ potẽtiæ sunt. principia namq; per mutabilia sunt in alio inquantũ aliud. Et quæ quidẽ cũ ratione oẽs contrariorũ sunt eædẽ. & quæ in rationabiles vna vnius: vt calidum calefaciẽdi solũ: medicatiua aũt infirmitatis & sanitatis: Cum aũt quia ratio est scientia: ratio aũt eadẽ ostẽdit rem: & priationẽ: nõ tñ similiter & est vt amborũ: est aũt vt existẽtis magis. quare necesse & tales scientias esse quidẽ contrariorũ. esse verò huius quidẽ secundũ se: illius vero nõ secundũ se. Etenim ratio huius quidẽ secũdũ se illius verò quodãmodo & secũdũ accidens. Nam negatione & ablatione ostendit contrarium. Et enim priuatio potentia contraria: hæc autem ablatio alterius.

¶ Omnes artes & scientiæ factiuæ potentiæ sunt.

Priuatio autem dicitur multipl'r. dicitur enim illius quod nõ habet: & istius qđ habet naturã habẽdi: aut vl'r aut in tempore in quæ habet: & secundũ qđ oportet. vt illud quod nõ est omnino aut erit quoquomodo. In qbusdã verò rebus quæ habent naturam habẽdi: si nõ habẽt: dicemus quod ista carent violente. Sed cum quædam ista principia sint in carentibus anima: & quædam in animatis: & anima est in habẽtibus diffinitionem animæ. Etiã manifestũ est qđ quædam potẽtiæ nõ habẽt diffinitionem: & quædam sunt cũ diffinitione. Et ideo oĩa artificia: & scientiæ sunt potentiæ: quia sunt principia transmutãtia in aliud secundũ qp est aliud. Et omnia quæ sunt cum diffinitione sunt contrariorum: sed non sicut vnum vnius: vt calidũ calefacere. Physica verò est sanitatis & infirmitatis: & causa in hoc est quia habet rationem: Scientia verò idem sermo significat rem: & suam priuationem: sed non eodem modo: & forte erit possibile vt sit duorum: & forte erit illius quod est magis. Ergo necesse vt sint illa quæ sunt alia contrariorum: & vt sint quorũdam per se: & quorundã non per se. Ratio enim est quorũdã p se & quorũdã quoquo. Per accidẽs igit significat cõtrarium: per negationẽ & per remotionem. Primo enim priuatio est communium: & hæc est remotio alterius. Contraria enim non appropinquant eidem ex eodem.

3 Quia dicere in potentia significat aliquem modum priuationis: & dicere etiam aliquid habere potentiã ad hoc est secundũ quod caret illo ad quod potest: & primus philosophus habet cõsiderare de modis priuationis: & est proprium loqui de priuatione vbi sit sermo de potẽtia: inexcpt declarare modos priuationis. Et d. priuatio autem &c. i. ista enim est prima diuisio secundum quã diuidit priuatio. Omne enim qđ caret



caret aliquo aut caret illo quod nõ innatũ est habere: aut caret illo qđ innatũ est habere: & hoc intendebat cũ d. illius qp non habet &c. D. d. aut vl'r: aut in tpe in quo habet. i. & illud qp caret illo qp naturalr debet habere: aut caret illo qđ innatũ est habere simplr: aut illo qđ innatũ est habere aliquo tẽpore: vt barbam in tẽpore in quo debet eã habere. D. d. & qa est secundũ qđ oportet &c. i. & priuatio quæ est secundũ qp oportet scilicet quæ dicitur principaliter ex carere illo quod non habet oĩno: aut illud qđ habet raro: & hoc intendebat cũ dixit: aut erũt quoquo. Et hoc inuenif sic in alia trãslatiõe: & priuatio dicit multipl'r dixit eñ illud qp nõ habet & illud quod innatum est habere etiam: aut vl'r: aut in aliquo tpe: & sic sicut illud quod non est omnino: aut in paucioribus: & si innatũ est habere cũ non habet dicitur carere violẽte: i. & cũ aliquid caret illo: qđ innatũ est habere in tempore in quo innatũ est habere: dicit qp illud est priuatio violẽta. D. d. sed cũ quædam istorum principiorũ &c. i. & inrẽdit per principia potẽtia agentes. Istarum eñ potẽtiarũ sunt quædã in habẽte aiam: & quædã sicut dixit in nõ habẽte animã: vt calefacere in corpore calido: & infrigidare in corpore frigido. D. d. & omnia in habẽte rationẽ aiæ: & alia existit in eo qp habet diffinitionem aiæ. s. ratiocinari & comprehendere. D. d. manifestum est igit &c. d. & cũ sit manifestũ qđ quædam potẽtiæ actiuæ sunt potentiæ in rebus non animatis: & quædam sunt potentiæ in rebus aĩatis. s. in habentibus comprehẽsionem & rationem: manifestũ est qp potentiarum quædam sunt cum diffinitione & ratione: & quædam sine diffinitione & ratione. Deinde dicit. & omnia artificia &c. ideſt & quia potentiæ actiuæ sunt rationales: ideo omnia artificia & scientiæ non sunt potẽtiæ: quia agunt in alia secundũ quod sunt alia. Et. d. hoc: qa hæc est diffinitio potẽtiarum actiuarũ simpliciter. D. d. & omnia quæ sunt cum diffinitione &c. i. & omnes potentiæ quæ sunt cũ ratione agũt duo cõtraria. D. d. sed nõ sicut vnũ vnius &c. i. & istæ potentiæ quæ habent rationẽ non agũt alterũ cõtrariorum tantum sicut est dispositio in potẽtijs carentibus ratione. Calidũ eñ agit calorem & non agit alterum contrariũ. s. frigus. Potẽtiæ enim rationales agũt duo contraria insimul. V. g. ars medicinæ quæ agit sanitatem & infirmitatem. D. d. & causa in hoc est &c. i. & causa in hoc est: quia istæ potẽtiæ agunt per scientiam & scientia est duorum cõtrariorũ secundũ imaginationẽ & diffinitionem: & diffinitio alterius cõtrariorũ intelligit in respectu reliqui cõtrarij: & hoc nõ habet eodẽ modo. D. d. & forte erit possibile &c. i. qñ forte est possibile vt potẽtiæ agant duo cõtraria: & forte agũt alterũ cõtrariũ in maiori parte. D. d. ergo necesse &c. i. qñ cũ istæ potentiæ agunt ab intellectu & scia: & scia est cõtrariorũ: ergo sciet duo contraria insimul: ergo necesse est vt agat cõtraria. D. d. vt sit quorũdam per se &c. i. & sit agere cõtraria vt quorũdam p se: & quorũdam p accidens & quorundã alterũ cõtrariorũ erit essentialiter & alterũ per accidens. D. d. per accidens igitur &c. i. & cum aliquis artifex non intellexerit de priuatione nisi negationem tantum: tunc nõ intelliget alterum cõtrariorum nisi per accidens: & ideo qui talem habet dispositionẽ nõ intelliget naturam contrarij: verum enim cõtrarium est priuatio: & hoc intendebat cum dixit: priuatio enim prima est contraria.

Potẽtiæ rationales agũt duo contraria insimul. G idẽ infra. t. c. 10. & t. c. 4.

H Quoniam autem contraria non sunt in eodem. Scientia autem est potentia in habendo rationem: & anima motus habet principiū. Salubre quidē sanitatem solum facit: & calefactiuū caliditatē: & frigefactiuū frigiditatem. Sciens verò ambo: est enim amborū quidē ratio: nō similiter autē & in anima quæ habet motus principiū. quare ambo ab eodē principio mouebit ad ipsum copulans. propter quod secundū rationē potentia sine ratiōe potētibus faciūt cōtraria. Vnū enim principiū constituetur ratione. palam autē quia ipsius bene potentiam sequitur solum faciendi aut patiendi potētia. Hanc verò illa nō semper. Necesse enim bene facientē facere: sed solū facientē non necesse bene facere. Et scientia est potētia secundū quod habet dispositionē. Et anima habet: principiū motus etiam. Quoniā anima sanans facit sanitatem: & calefaciens calorem: & infrigidans frigus. Scientia autem facit vtrunq; : quia vtrunq; habet diffinitionē: sed non eodē modo: & habet in anima etiam principiū motus. Ergo mouebit vtrunq; ex vno principio: & congregabit eam in idem: quia agit contraria: quando agit possibilia sine diffinitiōe: possibilia per diffinitionem. Determinat enim principium vnum per diffinitionem: Hoc est manifestū quoniam sequitur bonitatis potentiā quæ est actionis tantum aut passionis: illa aūt nō sequitur istam in omni tempore. Necesse est enim quod illud quod est bone actionis sit agens etiā. Agens verò tantū non de necessitate erit bone actionis.

4 Et scientia est potentia actiua secundum quod habet diffinitionem, id est secundum q̄ habet formam. Deinde dicit, & anima habet principiū motus &c. id est & in anima etiā sunt principia motuū præter motā a scientia: & illud pricipiū nō agit nisi alterū cōtrariorū tm. Verbi gratia, q̄ potentia sanās animata solūmodo agit sanitatē vt calor calorem: & frigus frigus. Deinde dixit scientia vero &c. id est sciens autē agit duo contraria: qm̄ contraria apud ipsum sunt intentiones intellectæ: & ideo non inuenitur in anima principiū motus qñ mouet ab intellectu in actu aut mouet a ratione eodē modo. Et intēdit qñ quando mouetur a ratione agit duo contraria: & quando mouetur non a potētia agit alterum contrariorum tantum: & hoc est manifestius in alia trāslatione in qua dicit & non eodē modo inuenit in eis motus. Deinde dixit ergo mouebit vtrūq; &c. id est ergo anima quando cōtraria duo a ratiōe mouet vtrūq; ab eodem principio cum congregat duo contraria in intellectu in eodem, scilicet quod scientia eorum est eadē. & in alia trāslatiōe est: & ideo mouet & cōgregat ad ipm vtrūq; ex eodē principio. Deinde dixit agit enim contraria &c. i. & sciēs agit cōtraria: quia agit illa quæ sunt possibilia sine ratione: & etiā possibilia cū ratiōe. V. g. quoniā facit sanitatē quæ est possibilis a natura possibilē a ratiōe: & secūdā artē medicinæ.



medicinæ. Deinde dicit, est enim propriū per vnū principiū per diffinitionē, id est, sciens enim mouet cōtrariū quod vult facere per principium propriū, & est diffinitio propria. Deinde dicit, & hoc est etiā manifestū q̄ sequitur &c. id est, & est manifestū q̄ actionē & passionem sequitur bonitas actionis & passionis scilicet q̄ omne bone actionis est agens, & omne bone passionis est patiens, & nō conuertitur scilicet q̄ omne agens sit bone actiōis, & omne patiens sit bone passiōis, & hoc intēdebat cū d. ergo necesse est vt illud q̄ est bone actiōis &c.

## CAPVT III.

I SVNT autē quidā qui dicūt vt magarici quādo operatur solū posse, & quādo non operatur non posse: vt nō ędificantē non posse ędificare: sed ędificātē quādo ędificat. Similiter aūt & in alijs. Quibus accidētia incōueniētia nō est difficile videre. Palā enim quia nō est ædificator si nō ædificet: nā ædificatorē esse est esse potentē ædificare: similiter autem & in alijs artibus. Si igitur impossibile tales habere artes nō discētem aliquādo & accipientem & nō habere nō abscientem aliquādo: aut enim obliuione: aut passione aliqua: aut tēpore. Nō enim vtiq; re corrupta: semper enim est quādo cessauerit non habebit artem. Iterū qui statim ædificabit aliqualiter accipiēs. Et inanimata vtiq; similiter. Nec enim frigidū, nec calidū: nec dulce: nec omnino sensibile quicquā erit nō sentiētibus. Quare Prothagore rationē eis differētiæ cōtingit. At vero nec sensum quicq̄ habebit si nō sentiat nec operetur. Si ergo cęcū nō habens visum aptūne quero natū, & quādo aptū natū est, & adhuc ens ȳdem erunt cęci sæpe die vno & surdi.

Et quidā vt garicon dicunt & potentia est apud actionem tantū: vt ædificator cū non ædificat non habet potentiā ædificatoriæ: sed qui ædificat quando ædificeat, & similiter in alijs rebus. Et nō est difficile scire quid accidit ijs de impossibili. Manifestū est enim q̄ nō erit ædificator quādo nō erit ædificans. Essentia enim ædificatorie est essentia impossibilitatis ædificatoriæ, & similiter in alijs artificijs. Quoniā si est illud impossibile vt ista artificia sint in aliquo tēpore in eo q̄ nō ignorat in aliquo tēpore: aut per obliuionē: aut per actionē: aut per tēpus: nō recedet artificium quādo destruitur apud finem rei: sed est semper. Et si accipiatur in eo aliquo modo q̄ est statim. Et simile huic sermoni est in rebus inanimatis. Nō enim est calidū aut frigidū: aut dulce: aut sensibile sine habentibus sensus. Accidet enim eis dicere sermonem Prothagoræ. Et etiam nihil habebit

bebit sensum omnino: nisi sentiat: aut intelligat. Si igitur cęcus est illud quod nō habet visum in tempore in quo debet habere visum, & habet etiā naturam, & esse: tunc illi ipsi erunt cęci multotiens in vna die & surdi etiam.

5 L. Primꝰ philosophꝰ debet disputare cōtra negātes potentiam. Potētia opponit actui Vide primo de anima. c. 6.

Cum. d. secūdū quot modos dicūtur potētię scilicet de actiua & passiua, & descripsit & numerauit ea, & dedit differētias inter rationalē et rū & irrationalē vult loqui nūc cū negātibus potentias esse, & sunt illi qui negāt possibile esse. Primus eū philosophus debet loqui de hoc cū illis: cū ista opinio sit sophistica. Et. d. & quidā vt garicon & c. id est, & quidā negāt potētiā procedere secūdū tēpus illud ad qđ potest dicēdo qđ potētia, & aliud ad qđ potest sunt insimul: ex quo cōtingit nullā potentiā esse. Potētia eū opponitur actui, & impossibile est vt existant insimul, & iste sermo existimatur nūc a quibusdā loquētū, & est sermo cōtrarius naturæ hominis. D. d. exēplū de hoc &. d. vt ædificator, id est, opinatur qꝫ potētia ad ædificare est cum ædificāre, & qđ ædificator quādo nō ædificat nō habet potētiā ad ædificare: quia nō habet potentiā ædificādi dū nōdū ædificat. D. d. & similiter in alijs rebus, id est,

2 & similiter dicebat in alijs potētijs scilicet qm̄ nō procedit illa in quæ possunt secūdū tēpus. D. incepit dicere impossibilia, cōtingētia eis, & d. manifestū est jeū & c. id est, cōtingit eū eis qđ ædificator nō vere dicitur ædificator nisi qn̄ ædificat, & hoc est, quasi impossibile. Dedicit essentia eū & c. id est, & cū ædificator quādo nō ædificat non habet posse ædificādi: tūc forma ædificatorie quæ est ars ædificatorie non est posse ædificare scilicet qm̄ cōtingit qđ ædificator nō dicitur ædificator quādo nō ædificat: nisi per istud qđ est in eo de nō posse ædificatoriæ, & sic nō est differētia inter istud qđ habet artē ædificatoriæ quādo nō ædificat & inter illud qđ nō habet. D. d. & similiter in artibꝰ eijs alijs, id est, & similiter cōtingit in alijs artificijs vt substātia artificij sit non posse suæ actionis qđ est valde impossibile. D. declarauit hoc, &. d. qm̄ si impossibile est & c. id est, qm̄ si ista ars nō exisitit in eis qui habēt industrias quādo nō agūt absq; eo qđ accidit eis aliquid qđ corrūpat artē: aut oblitio: aut ꝯga egritudo: cōtinget necessario vt corrūpatur quādo actio finitur, & est manifestū qđ ars nō destruit neq; corrūpit qn̄ perficit ædificatū: sed ipse Ari. dimittit cōsequens & destruxit ipsum. D. d. & erit simile huic sermoni & c. id est, & similiter cōtingit in rebus inanimatis cū posuerimus qđ nō est, in eis potētia anteq̄ agant scilicet qm̄ cōtigit vt nō sit hoc frigidū: aut calidū. & vniuersaliter tāgibile anteq̄ tāgatur: neq; dulce: neq; amarū anteq̄ gustet. & vniuersaliter nullū sentibile anteq̄ sentiatur. & sic nullū istorū inuenīt nisi, animal in ueritate: neq; in potētia neq; in actu & sic accidit ets opinari opinionē Pythagoræ sophistę. D. induxit illud impossibile, &. d. & etiā nihil habebit sensum omnino & c. & d. hoc: quia

3 sentiens quādo nō sentit est sentiens in potētia, & si potētia nō fuerit: sequitur vt animal nō sit animal nisi quādo sentit. D. d. si igitur cecū & c. id est, si igitur cecū est illud qđ nō habet visum in tēpore in quo naturaliter debet habere scilicet quia caret illo qđ innatū est habere in illo tēpore: tūc homo erit cecus quādo nō inspicit aliquid, & sic homo potest esse cecus [& videns multotiens



totiens in vna die. D. d. & habet etiā natūrā & esse, id est & qui non videt apud eos caret illo qđ naturaliter debet habere in tēpore in quo nō videt, & illa priuatio est in eo sicut dispositio est in cęco: quia caret illo qđ naturaliter debet habere in tēpore in quo innatum est habere. M Differentia est inter cecū & nō videns quādo nō videt.

Sed est differētia inter cecū & videns quādo nō videt: quia cecus nō habet potentiā videndi, & clausi oculi habent potentiā vidēdi, & ideo cū auferimus potentiā ab illo qui non videt in tempore in quo nō videt contingit quod in illa dispositione sit cecus.

Amplius si impossibile ꝙ priuatū potētia. Quod nō sit possibile erit factū esse. Sed ꝙ impossibile est factū esse: dicēs: aut esse: aut futurū esse mētitur. Nam impossibile hoc significanit. Quare hæ rationes auferunt motū & generationē: semper eīm stans stabit, & sedens sedebit. Nō eīm surgit si sedet: impossibile nāq; erit surgere ꝙ nō potest surgere. Si ergo hoc nō contingit dicere palam: quia potētia & actus alterū sunt. Ille vero rationes potentiam & actum idem faciunt. Propter quod & nō paruum aliquid quærunt destruere. Quod ꝙ possibile est factum esse impossibile est esse aut futurū esse.

Et etiam si illud quod caret potentia nō habet potentiam: illud quod non erit nō habet potētiam vt sit. Et qui dicit quod illud quod nō habet potentiā vt sit aut erit: mentitur. Quoniā nō habere potentiā significat hoc. Isti igitur sermones negant moueri etiā & generari, & stans semper erit stās, & sedēs semper erit sedēs. Qm̄ si fuerit sedēs nō surget quia nō habet potētiā vt moueatur. Et est impossibile dicere hos sermones: manifestū est potētiā esse aliud ab actu. Isti vero sermōes faciūt potētiam & actū esse idē, & sic volūt aliquid negare non paruum.

Id est, si igitur illud qđ caret potētia nō habet potentiā: manifestum est etiā qđ illud quod erit nō habet potentiā & illud qđ non erit manifestum est etiā qđ non habebit potentiā: ex quo sequitur qđ illud qđ erit nō erit. D. d. & qui. d. qđ illud qđ non habet potentiā non sic est aut erit: fallitur necessario. Cum enim dicimus aliquid nō habere potentiā intendimus hoc scilicet qđ habere potentiam ad esse. Deinde dicit. isti igitur sermones negant motum &c. id est, & dicit hoc: quia motus est perfectio eius quod est in potentia, & cū non fuerit potētia: nō erit motus. Deinde dicit, & stans erit stans semper &c. & hoc est intellectū per sequoniā illud quod non habet potentiam ad aliquid nunquā ex illo erit illud dum non habet potentiā. D. posuit omnia ista impossibilia quasi antecedens, & positionē quasi consequēs &. d. si igitur impossibile est &c. id est, si igitur est impossibile vt omnia ista impossibilia sint quæ contingunt negantibus potentiam præcedere actū: manifestū est quod potentia est aliud ab actu & ante actū. Deinde dicit, isti vero sermones &c. &. d. hoc: quia quando aliquid exit in actum iam fuit in potētia antequā exiliet in actū: cū igitur aliquis negauerit

6 Idē. 3. phy. textu. cō. 6.

2 N Potētia est aliud ab actum.

Qui negant potentiã: negant primã materiã. Et oẽs motus & oẽs artes quæ agũt p cogitationẽ

uerit potentiam præcedere secundum tempus, & est impossibile vt sit in actu cum potentia & actus sint contraria: continget eis facere potentiam & actum idem. Et hoc est quod.d.quod potẽtia est cum actu est sermo quasi nihil, &.d.& sic volunt negare aliquid non paruum: quia hoc esse quod est potẽtia est quasi in medio entis simpliciter, & qui negant potentiam negant primam materiam, & omnes motus & generationẽ.& corruptionem, & omnes artes quæ agunt per cogitationem, & voluntatem: ad expellendum nocumentum, & ducendũ iumamentum.

Quare contingit possibile quidem aliquid esse: non esse autem, & possibile non esse, esse autẽ. Similiter autem & in alijs cathegorijs possibile est vadens esse, & non vadere, & non vadens possibile esse vadere. Et autem possibile hoc cui si extiterit actus cuius dicetur habere potentiam: nihil erit impossibile. Dico autẽ puta si possibile sedere, & cõtingere sedere: huic si ineſt sedere nihil erit impossibile, & aut moueri aut mouere: aut statui aut statuere: aut esse aut fieri: aut non esse: aut non fieri similiter. Venit autẽ actus nomẽ qui ad endelechiã cõpositus, & ad alia ex motibus maxime. Videtur actus maxime motus esse. Quapropter & nõ existentibus non assignant moueri. Alias autem quasdam cathegorias puta intelle ctualia, & concupiscibilia esse nõ entia: mota vero non. Hoc autẽ quia nõ entia actu: erunt actu. Non entium enim quædã potentia sunt. Non sunt autem quia non endelechia sunt.

O Venit autẽ actus? nomen quid ad endelechiã cõpositus.

Ergo possibile est vt aliquid habeat potentiam ad esse sed non est, & vt non sit illud quod habet potentiam ad non esse, & similiter in alijs prædicamentis. Illud quod non habet potentiam ad ambulare non ambulauit, & quod nõ ambulat habet non ambulare potentiam. Potens enim est illud quod cũ habet illud agit in quod dicitur posse, & nihil erit ad quod nõ potest. Verbi gratia, si potest sedere cum venit ad hoc sedere nihil erit ad quod nõ potest, & si moueatur aut mouebit: aut erigatur: aut erigat. Aliud autem est: aut erit: aut non est: aut non erit. Similiter etiam magis, & hoc nomen actus non venit nisi illius quod cum potentiæ complemento, & cum alijs etiam magis ex motibus. Existimatur enim magis quod actio est motus, & similiter non attribuunt motũ eis quæ non sunt: sed attribuũt illud prędicamẽtis alijs: vt dicũtur quę nõ sunt esse cogitabilia aut appetibilia: mobilia vero nõ, & hoc est ne sint in actu. Quędam enim non sunt in potentia, & non sunt: quia nõ sunt in complemento.

7 Id est, sequitur igit̃ ex hoc quoniã possibile est vt aliquid habeat potentiam



tentiam vt sit ens demonstratum: sed in tempore in quo habet potentiam est non ens. Deinde dixit, & vt sit illud quod non habet potentiam &.id est & vt non fiat illud quod non habet potentiam. Et in alia translatione ergo possibile est vt aliquid sit cum non sit ens cũ nõ sit: & impossibile est vt non sit & sit. id est ergo possibile est in re quæ non est vt sit cum fuerit non ens: sed est possibile vt non sit & erit post.


Deinde dixit, & similiter in alijs prædicamentis &.id est & similiter est in vnoquoq; prædicamentorum. scilicet quod illud quod nõ habet potentiam ad aliquod eorum non disponitur per illud ad quod nõ potest. Verbi gratia, in prædicamento actionis: qm quod nõ potest ambulare impossibile est vt in aliqua hora ambulet. Deinde dixit & illud quod ambulat habet potentiam ad ambulationẽ. id est & omne qđ est ad aliquid habet potentiam ad illud. Deinde dixit nihil erit quod non habet potẽtiam. id est manifestum est igitur quod nulla actio provenit ab aliquo quod non habet potentiam ad illam actionẽ. Deinde dixit exemplũ & dixit. Verbi gratia &c. id est verbi gratia q; si aliquis habet potentiam ad sedendũ: illud est possibile vt sedeat: & hoc quando sedet non agit actionẽ ad quã nõ habebat potẽtiam: sed agit illud ad quod habebat potẽtiam. Et intendit quod quærendum est a negantibus potentiam præcedere actionem, scilicet q; quando aliquis agit aliquam actionem: verum agat illud ad quod habebat potentiã ante actio, nem: aut ad quod non habebat potentiam. sed adhuc quod nõ habet potentiam. ergo agit impossibile sibi: & illud ad quod potest. ergo concedunt potentiã præcedere actionẽ. Moderni autem ponunt vnũ agens ofa entia sine medio, scilicet deũ: & cõtingit istis vt nullum ens habeat actionẽ propriã naturaliter. & cũ entia nõ habuerint actiones proprias: nõn habebunt essentias proprias: actiones enim nõ diuersantur nisi per essentias diuersas. Et ista opinio est valde extranea a natura hominis: & qui recipiunt huiusmodi nõ habẽt cerebrũ habilitatũ naturaliter ad bonũ. D.d. & si moueant &c. id est & si quicqd mouet: aut mouet: aut eleuetur: aut eleuetur: aut est: aut erit: non disponitur per aliquod istorum nisi illud quod habet potentiã ad illud scilicet quod nõ dicitur aliquid moueri nisi quãdo habet potentiã ad illud: & similiter nõ dicit eleuare aut eleuari: nisi illud quod põt hęc: & similiter nõ dicit esse aut fore nisi illud qđ põt esse: aut fore. D.d. aut nõ erit &c.i. & sic cũ dicit aliqd nõ esse: aut nõ facere aliqd dicit qđ nõ habet potentiã ad illud. D.d. & hoc nomẽ actio &c.i. & illa quæ sunt cõposita ex cõplemẽto & potẽtia nõ dicit esse actio qñ mouent. Existimat enim q; illud qđ est in actu est mobile: & q; motus est actio. Illa aũt quæ nõ mouent nõ dicunt esse actus: vt intelligibilia & volũtabilia. Nõ enim dicunt esse simpliciter: sed esse in anima: sed & in cognitione. Et hoc intendebat cũ dicit & similiter nõ attribuunt &c. id est. Verbi gra q; entia quæ nõ sunt extra animã nõ dicunt esse simpliciter: sed dicuntur esse in anima cogitatiua: aut ãa appetitiua: sed nõ dicunt entia sicut dicunt res mobiles. D.d. & illud est ne sint in actu &c.i. & illud qđ est in potẽtia nõ dicit esse ens entia in aspectu primo sunt illa quæ mouent in actu. Et induxit hoc ad declarandũ causam lætitiæ, pter quã hoc nomẽ ens nõ dicit simpliciter apud vulgus de eo quod est in potentia: & sic in anima in actu.

Si autẽ

Digressio cõtra loquẽtes i sua lege Si entia non habuerit actiões proprias nõ habebũt essentias ꝓprias: actiones enim nõ diuersantur nisi p diuersas essentias. Vide prio celi. 8. Entia quæ nõ sũt extra aiam nõ dicunt eę simpliciter: sed dicũtur esse in aia cogitatiua aut appetitiua. Vide.5.me.cõ. 15. Et.10. met.com.2. P Non est idẽ falsum & impossibile.

Si autē est quod dictum est posibile inquantum sequitur palā quia nō contingit verum esse aliquid dicere: quia posibile hoc: nō erit autē: vt & impossibilia esse sic diffugiat. Dico autem puta siquis dicat posibile diametrum commensurari: nō tamen commensurabit: nō cogitās impossibile esse: quia nihil prohibet posibile aliquod ens esse aut fieri: non esse verō: aut non futurū esse. Sed illud necesse ex positis sit: & supponamus esse: aut fieri: quod non est quidem: posibile autem: quia nihil erit impossibile. Nō enim est idem falsum & impossibile. Nā te nunc stare falsum quidem est: & non impossibile.

Costa




Si igitur hoc quod dictū est sit impossibile: aut necessariū manifestū est cp sermo dicens cp impossibile est vt sit verꝰ sermo dicēs hoc esse posibile vt sit licet nō erit ita quod sequitur hūc sermonē vt sint res quæ impossibile est vt sint. Verbi gratia si aliqs dixerit cp diameter mensurat quod impossibile est mēsurare hoc. Nō ēm cogitat hoc esse impossibile. Nihil enim prohibet cū fuerit aliquid quid posibile est vt sit: aut vt generet: vt non sit: neq; generetur. Sed hoc est necessarium ex positis si fuerit: & posuerimus ipsum esse: aut fuisse illud quod non est. Sed impossibile est vt sit: accidet vt aliquid quod nō habet potentiam ex dicere quod non habet potentiam secundum mensuram non falsum: & non habere potentiam est idem. Sermo enim dicentis te esse modo surgentem est falsus: sed non habet impotentiam cum sit posibile.

§ Si igitur illud quod dictum est sit posibile: aut necessarium, scilicet quod potentia & posse præcedunt actionem: manifestum est: quoniam impossibile est vt aliquod posibile numq̄ exeat in actum. Deinde dixit, ita quod sequitur ex hoc sermone, id est quoniam cum fuerit positū quod aliquod posibile non erit: & est opinio Platonis: sequit impossibile ex positiōe istorum, scilicet vt sit illud quod impossibile est vt sit.

Deinde dixit. Verbi gratia, si aliquis posuerit quod diameter impossibile est vt sit simeter costæ: & quod est simeter ei. Deinde dixit non enim cogitat &c. id est istæ enim duæ opiniones non congregantur in vna cogitatione, qui enim opinantur quod diameter impossibile est vt sit simeter: non cogitat de demonstratione super hoc quod sit simeter.

Deinde



Deinde dixit nihil enim prohibet &c. id est & cum aliquid fuerit posibile vt sit forte erit & forte non erit. Deinde dixit, sed hoc est necessariū ex positis, id est & cum sit impossibile illud quod potest esse non esse: continget huic positioni quod cum aliquid fuerit quod ante fuit impossibile vt esset. Et intendebat notificare cp ista consecutio quæ est necessario vera: est econtrario ei quod ponunt negantes naturā esse potestate. Contingit enim ponentibus aliquid esse cp ante non fuit posibile: hoc scilicet quod illud quod est posibile nō erit omniuo. Deinde dixit. & accidit quod aliquid quod non habet potentiam &c. id est & sequitur hanc positionem vt illud quod non habet potentiam. Verbi gratia, latus quod non habet potentiam ad mensurā vt sit. Deinde dixit, nam falsum &c. id est & contingit dicentibus quod erit illud quod est impossibile vt sit hoc quod falsum posibile & falsum impossibile fuit idē. Nulla enim est differentia inter hæc duo falsa nisi hoc cp alterū potest recipere verū: & reliquū nō potest: & cū nō fuerit illic posse qd præcedat esse rei: tunc ponere ipsum esse antecp̄ sit est falsum impossibile nō falsum posibile. Deinde dixit exemplū: & dicis sermo eū dicētis &c. i. differētia inter hæc duo falsa. s. impossibile & nō impossibile est quia nō impossibile habet potentiā ad verū: impossibile autē non habet potentiā ad illud. V. g. quoniam dicere te esse surgentē dū sedes: est dicere falsum: licet potest tamen esse verū in aliquo tēpore: dicere verō cp diameter est simeter costæ: est dicere falsum quod nunq̄ erit verū.

Q Quæ est differentia inter falsum posibile & inter falsum impossibile.

Simul autem palam: quia si. a. ente necesse. b. esse. Et posibili ente, a. & b. necesse est esse posibile. Si enim non necesse esse posibile: nihil prohibet non esse posibile esse. si autem posibile nihil prohibet non esse posibile esse. si autem posibile. Ergo quando. a. posibile erit esse: si ponat. a. nihil impossibile esse accidit. b. autem necesse esse. sed erat impossibile. Sit itaq; impossibile: & si impossibile necesse esse. a. necesse &. b. esse. Sed erat primum impossibile: ergo & secundum. Si igitur sit. a. posibile. &. b. erit posibile siquidem sic se habebant: ergo. a. ente necesse &. b. esse. Si itaq; sic se habentibus. a. b. non est posibile. b. Ita nec. a. b. habebit vt positum est. Et si. a. posibili ente: necesse est. b. posibile esse: si est. a. necesse est. b. esse. Nā posibile esse ex necessitate. b. esse si. a. sit posibile: hoc significat si sit. a. & quando & vt erat posibile esse: & illud tunc esse & ita esse necesse. Et cum hoc manifestum est: quod si. a. fuerit necesse erit. b. Et similiter si posibile fuerit vt sit. a. necesse est vt. b. sit etiam posibile. Quoniam si non fuerit necesse vt sit posibile: nihil prohibet vt non sit posibile. si igitur. a. posibile: ergo cum fuerit posibile. a. accidet vt sit alicuius impossibilis. Et si. a. fuerit positum necessario erit. b. sed non est posibile. Cum igitur fuerit. a. &. b. erit posibile cum fuerit in hac

dispositiōe:

Universidad de Deusto
Biblioteca



dispositione: ita q̄ sicut a. necesse est vt sit. b. si autem. a. & b. fuerint in hac dispositione: & si nō fuerit. b. possibile in hac dispositione nec q̄ a. & b. erunt sicut est positum. & si a. fuerit possibile necesse est vt sit. b. possibile. Et si a. fuerit etiā necessario erit b. Possibilitas enim essendi. b. est necessarium esse quando sit impossibile aliquid loco istius: si a. fuerit & cum fuerit illud quod est possibile non. Ergo illa necesse est vt sint cum fuerint & vt sint in hac dispositione.

Continuatio. 9

Quia dicentibus q̄ aliquid erit quod est impossibile vt sit: & sunt negātes potentiam præcedere actum cōtingit q̄ illud quod est possibile vt sit non erit omnino: incæpit destruere hoc ad destruendū potentiam eorum. s. dicentē aliquid esse possibile q̄d nūquā exit in actum: & incæpit in hoc capitulo prænonere ad destruendum hāc positionem illa quæ debent præponi. s. q̄ falsum impossibile non sequitur ex. falso possibili. Alio modo vero vtimur hac propositione quā intendit in hoc capitulo declarare in hoc q̄d nihil habet potentiam ad corruptionē quin corrumpatur: aut ad generationē quin generetur: & q̄ nihil quod non habet potentiam ad generationē generabitur: aut quod non habet potētiā ad corruptionem corrumpitur. Sic declarabitur ponēdo quod in a. est potētia ad corruptionem & nūquā corrumpetur. D. ponatur q̄d. a. corrūpitur: & ista positio erit falsum possibile nō impossibile: q̄d eīm habet potentiam ad aliquid si fuerit positum in actu erit falsum sed non impossibile: falsum enim impossibile est illud in quo non est potentia. Cum enim posuerimus. a. corrumpi & non corrumpi sequitur in tertia figura q̄d quidam quod nō corrumpitur corrūpitur. Et cum fuerit positum q̄ hoc falsum impossibile nō sequitur ex propositione possibili erit positum q̄ propositio ex qua sequitur impossibile est dicens q̄ illud in quo est potentia ad corruptionē nō corrumpitur: & proponit ad declarandum hoc quod ex possibili nō sequitur impossibile. & hoc fecit in prioribus analeticis: & in cælo & in terra. Et. d. cū hoc &c. id est & est manifestum q̄d cū fuerint duo quorū alterū sequitur reliquū. V. g. q̄. a. sequitur. b. q̄ si. a. fuerit necessarium. b. erit necessarium: & si possibile possibile: & a. fuerit. b. erit. Et q̄ syllus & cōclusio sunt consequentia est necessariū q̄ cū syllis fuerit ex ꝓpositionibus necessariis: cōclusio erit necessaria: & si ex possibilibus: possibilis. D. incæpit dicere hoc: & d. si igitur nō fuerit possibile &c. i. si ergo cōclusio quæ est. b. nō fuerit possibilis & est cōclusio syllis possibilis. s. a. ponatur q̄. b. sit nō possibile. s. falsum impossibile. D. d. si igitur. a. possibile idest ponatur igitur q̄. a. est possibile & b. impossibile. D. d. cum igitur fuerit possibile &c. idest si. a. fuerit possibile & fuerit positū esse in actu: cōtinget vt cōclusio quæ sequitur ex ipso sit impossibilis. ergo. a. est impossibile non possibile: sed positum fuit. a. esse possibile: & hoc est inconueniens: qm̄. b. cum non fuerit non erit. a. quoniā positū fuit q̄ cū. a. fuerit erit. b. D. d. cū igitur fuerit. a. & b. & c. i. necesse est igitur si. a. fuerit possibile vt. b. sit possibile cū fuerint in hac dispositione. s. q̄. b. sequitur ex a. erunt. a. & b. possibilia. s. syllus & cōclusio cum fuerint posita in hac dispositione. scilicet q̄. b. sequatur ex a. D. d. si autem. a. & b. fuerint in hac dispositione &c. i. si autem. a. & b. fuerint secūdū q̄ positum est de consecutione, & b. non fuerit possibile. a. etiam non erit sicut est positū. id est, non erit possibile. D. d. & si. a. fuerit possibile &c. id est, manifestum est igitur ex hoc q̄ cū. a. fuerit possibile. b. necessario erit possibile. & cum. a. fuerit. b. necessario erit. D. d. qm̄ possibilitas essendi. b. &c. id est, possibilitas essendi. b. est necessaria per possibilitatē essendi. a. D. d. & cum sit impossibile &c. id est, cū sit impossibile aliqd in loco istius. s. cum. a. fuerit vt sit. b. & similiter si. a. fuerit in alia dispositione. b. impossibile est vt sit nisi in illa dispositione. D. d. ergo necesse est vt sit. b. cum fuerit. a. & vt sit in illa dispositione essendi in qua est. a.

Expositio textus.



## CAPVT IIII.

OMnibus autem potentijs existentib⁹ his quidem cognatis, vt sensibilib⁹, his aūt cōsuetudine, vt quę est fistulandi, alijs aūt disciplinatu, vt quæ est artium. A
Has q̄dē necesse eos q̄ præexercitati fuerint habere quæcūq; cōsuetudine & ratione. Nō tales aūt, & eas quæ sunt in pati non necesse. Quoniā aūt possibile aliquid, possibile. & q̄cq; & quodāmō, & quæcūq; alia necesse ad esse in diffinitione, & hæc quidē secundū rationem possunt mouere, & potentiæ ipsorū cū ratione, hæc aūt irrationabilia, & potētiæ etiam irrationales, illas q̄dē necesse in aīato esse, has verò in ambob⁹. Tales q̄dē potētias necesse q̄n vt possunt actiuū & passiuū appropinquāt hoc q̄dē facere, illud verò pati, illas verò nō necesse. Hæ q̄dē eīm oēs vnavnius factiua, illæ aūt cōtrariorū. Quare simul facient cōtraria. s. si agerēt approximata passiuo sine alio quo determinante. Hoc aūt impossibile. Necesse ergo alterum aliquid esse quod propriū est. Dico aūt hoc appetitū, aut prohe resim. Quod enim desiderabit principaliter hoc faciet q̄n vt pōt extiterit & appropinquauerit passiuo. Quare potēs secundū rationē omne necesse est q̄n desiderat cuius habet potentiā & vt habet hoc facere. Habet aūt pōte passiuo, & ita se habēte facere, si aūt nō, facere nō poterit, nullo nāq; exteriorū ꝓhibente adhuc adiungere nihil adhuc oportet. Potentiam eīm habet vt est potentia faciendi. Est autem non omnino, sed habentiū aliquo modo in quibus excludentur quæ exterius prohibent. Remouent eīm hoc eorum quæ in determinatione apponunt quædam. Propter quod nec si simul volunt aut cupiunt facere duo, aut cōtraria faciēt. Nō eīm ita simul habent ipsorū potentiam, nec est simul faciendi potētia, q̄n quorum est sic facient.

Et cū fuerint omnes potentiæ, & quædā habent vnā gēnus

vt

vt sensus, & quædam per additamentum vt musica, & quædã per doctrinã vt artificiorũ, necesse est vt quædã sint in eis quorum actio præcedit, & sunt omnia quæ sunt per consuetudinẽ, & locationem. Quæ autem non sunt talia, sunt ista quæ sunt per passionem, & non est necesse vt sint sic. Et cum possibile est aliquid possibile est in aliquo tempore, & quodammodo, & per omnia quæ debent distingui necessario. Et illa quæ possunt ad motum sunt secundum rationem, & potentiæ eorum etiã sunt cum ratione etiam. Ergo quæ non habent rationẽ potentiæ eorũ nõ habent rationem etiã. Et est necesse illa esse in animato, ista verò in vtroq;. Potentiæ verò tales quãdo appropinquant secundũ q; est possibile eis de actiuo & passiuo, necesse est vt quædã agant, & quædã patiantur. Alia verò non est necesse. Vnaquæq; enim omnium istarũ agit aliã, illa verò agunt contraria. Agit igitur contraria insimul quod est possibile. Ergo necesse est vt dicimus numerus sit aliud. Et dico q; hoc est appetitus aut voluntas, qm̃ non agit nisi illud quod appetit in rei veritate, cum fuerit secũdum suam potentiã, & fuerit propinquum passiuo. Ergo omne quod habet potentiam secundũ rationem necesse est cum fuerit appetens illud quod habet potentiam nõ agat illud, & secundum q; habet de appetitu etiã semper erit, cum passiuum fuerit propinquum, et habuerit potentiam actionis in hac dispositione. & si actio potest ad hoc, & non indigetur addere in sermone, & si nõ fuerit aliquod extrinsecũ, quia potentia est in eo, & quasi hoc in potentia actionis est additamentum: & hoc non est omni mõ nisi in eis quæ sunt quodam modo, & in hoc erit diuisio, & additio, & per res extrinsecas prohibentes. Ista enim diminuunt quædam in diuisione. & ideo si voluerit & appetierit agere contraria insimul non aget, quia non habet potentiam ad illa secundũ hãc dispositionem. & etiam non habet aliquam potentiam quæ agat cum illo quod potest agere hoc modo.

10 B

ID est. & cum potentiæ modi sunt diuersi, quædam existunt per naturam & collocantur sub vno genere, scilicet natura. s. q; conueniunt in hoc quod existũt per naturam. Verbi gratia, sensus, & quædam existũt per assuetudinem, & quædam per disciplinam. Verbi gratia, vt plures artes agentes. Verbi gratia, vt ars medicinæ, & aliæ artes operatiuæ quæ vtuntur ratione. Et dicit hoc, quia artes operatiuæ quædam acquiruntur per assuetudinem, & quædam per rationem, & assuetudinem.

Artes operatiue quot modis acquirũtur.

Et cum narrauit modos potẽtiarum. dicit ergo necesse est &c. id est, ergo necesse est vt potentiæ & habitus præcedant actiones illarum potentiarum & habituum, qui enim tangit citharam non acquirit habitũ tangendi



tangendi citharam donec tangat illam. D.d. quæ autẽ non sunt &c. id est, potentiæ aũt naturales præcedunt suas actiones in esse, qui enim habẽt potentiã visibilẽ nõ est necessariũ in hoc q; acquirat hãc potẽtiã hoc. s. q; ante videat. D.d. & cũ possibile est &c. i. & cũ possibile est, est possibile in aliquo tẽpore. & in aliquo modo possibilitatis. & vniuersaliter oẽs dispositiones q; debẽt distingui necessario in quolibet possibili. D.d. & ille quæ possunt ad motũ &c. i. & cum illa quę possunt aliã actionẽ fuerint rationabilia, potentiæ eorũ agentes erunt cõitũ iæ cũ ratione, & intẽdit q; ratio est primus motor in eis. D. ergo quæ nõ habent rationẽ &c. i. ergo omnis potẽtia cuius actio non prouenit a ratione est absoluta a ratione. D. d. & est necesse &c. i. est necesse vt illa quæ sunt cũ ratione sint in animato, & quæ non sunt cũ ratione sunt in vtroq;. s. in animato & in inanimato. D.d. potẽtiæ aũt quæ sunt tales &c. i. potẽtiæ vero quæ sunt sine ratione qñ agẽs appropinquat acto, et nõ est illic aliquod impediẽs extrinsecũ, necesse est vt agens agat & patiatur patiens. V. g. q; qñ ignis appropinquat alicui combustibili, & nõ fuerit illic aliquod impediẽs necessario comburet. D.d. aliæ aũt &c. id est, aliæ vero potentiæ. s. quæ sunt cũ ratione non est necesse qñ appropinquãt suis agẽdis vt agant, qm̃ vnaquæq; illarum agit alterũ contrariorum tantum, quæ autem sunt cum ratione agũt duo cõtraria. Scitia enim est scientia contrariorum. D.d. ergo agit contraria insimul, quod est impossibile, id est, sed si agit duo contraria per se & primo cõtinget ex hoc vt agat duo contraria insimul, quod est impossibile. D. d. ergo necesse est vt numerus dicens sit aliud. i. ergo necesse est vt in istis sit principium prius potentijs mouentibus quæ sit causa in hoc q; agũt alterum contrariorũ quãdoq;, & alterum quãdoq;, & vniuersaliter necesse est vt aliquid sit quod faciat magis agere alterum cõtrarium quam alterum, & hoc est verũ principium. D.d. & hoc est appetitus & voluntas, id est, & hoc principiũ quod facit magis agere alterum cõtrariorum est appetitus & voluntas quæ est ab intellectu. Appetitus enim cũ fuerit alterius contrariorum, tunc actio agentis pendet ex isto contrario, & similiter a voluntate. Deinde. d. quoniam nõ aget &c. i. & istę potentiæ non agunt de contrarijs nisi illud quod magis appetũt, aut appetitu intellectus, aut appetitu imaginationis. Et. d. secũdũ suã potentiam, quia quandoq; appetitur quod non potest acquiri. Et. d. quando fuerint propinqua, quia propinquitas est necessaria, & est communis duabus potentijs. s. rationali & irrationali. D.d. ergo omne quod habet potentiã &c. i. ergo necesse est cum rationemotus habuerit magnũ appetitum ad illud quod potest agere vt agat illud secundũ suum appetitum & suum posse, sed non agat nisi quãdo patiens fuerit propinquũ ei, & habuerit in tempore actionis istam dispositionem quã dicimus. s. appetitũ & potentiam adagere. D.d. & si actio potest &c. d. & nõ indigemus cũ hoc q; potentia possit agere & addere nisi aliquid extrinsecum impediat, qm̃ sufficit in hoc quod dicimus q; potentia põt agere. qm̃ cũ fuerit illic impediẽs, tunc potẽtia non potent, & hoc intendebat cum. d. quia potẽtia est in eo. & ideo impedimenta in quibusdã virtutibus sunt per accidẽs. D.d. & quasi hoc in. s. potentia actionis est additamentũ. i. & dicere hoc in potẽtia actionis est superfluum. D.d. hoc nõ

Actiuo naturali debite approximato passo & nõ impedito necessario puenit actio.

C Potẽtię rõnales agunt duo contraria. Idem supra ca. 3.

est omni modo &c.i.& non excipiuntur impedimenta extrinseca in omni potentia,sed in aliquo modo possibili.& in istis q̃ distinguit potẽtia actionis dicitur q̃ potentia ad actionem denominatur super agendum.& impedimenta extrinseca auferuntur. D.d. & quia ista diminuunt quædam in diuisione.ſ.q̃n in istis quando non distinguitur potẽtia agentis his duobus modis tunc intellectus erit diminutus. D.d.& ideo si voluerit &c.id est,& necesse est vt potentia agentis ad actionem sit cum appetitu.& tunc inuenitur actio, quoniam si appetierit agere contraria insimul non potest,quia non habet potẽtiam ad illa insimul.

Deinde dicit,& non habet aliquam potentiam &c.id est,& ideo nõ habet aliquam potentiam qua agat illud quod potest agere secundum hunc modum.ſ.agere duo contraria insimul. CAPVT V.

DQVoniam aũt de potentia quæ secũdũ motũ dicitur dictũ est, de actu determinem⁹ qd est act⁹ & quale qd.Et eñ,possibile simul manifestũ erit diuidentibus. Quia nõ solũ hoc dicim⁹ possibile quod aptũ natũ est mouere aliud,aut moueri ab alio,aut simplr,aut mõ quodã,sed & aliter. Quapropter quærentes de his superueniemus.Est aũt act⁹ existere rem nõ ita sicut potẽtia dicimus vt in ligno mercurium,& in toto medietatem,quia auferetur vtiq; scientem,& non speculantem si potest speculari hoc actu. Patet autem inductione in singularibus quod dicere volumus, & non oportet omnis terminum quærere, sed proportionale conspicere. Quia vt ædificans ad ædificabile,& vigilãs ad dormiens,& videns ad claudens quidem oculum , visum autem habens,& segregatum ex materia ad materiam,& elaboratũ ad illaboratum est aliud,& huius differentiæ alteri parti. sit actus determinatus,alteri autem possibile. Dicuntur aũt ẽ actu non omnia similiter, sed aut proportionaliter, vt hoc in hoc, aut ad hoc sic hoc in isto aut ad istud. Hoc quidẽ enim vt mot⁹ ad potentiam. Illa verò vt substantia ad aliquam materiam. Aliter autem & infinitum & vacuum & quæcũq; talia, dicuntur potentia & actu multis entium vt videnti,& videntiſ& visibili. Hoc quidem enim contingit & simpliciter verificari aliquando. Hoc enim visibile quia videtur.illud verò quia videri possibile.Sed infinitum non ita potentia,est tanquam actu futurum separabile,sed notitia. Eo enim quod non deficiat diuisio,ostendunt esse potentia hunc actum,in separari verò non.

Et cum dictũ est de potentia quæ est secũdũ modũ mot⁹ distinguemus actũ. Et quæstio est quid,sit actus,quoniã hæc distinctio manifestabit etiã possibile. Non enim dicimus hic tãtum



tũ esse possibile mouere aliud:aut moueri ab illo simpliciter: ab alio autem alio modo etiam : sed & secm alium modum etiam.Et ideo apud nostram quæstionem dicemus ista etiam. Quod est igit in actu est vt sit res non in dispositione in qua dicitur esse potentia:& hoc quod intendimus dicere declarabitur per sermonem & rationem sequentem in rebus simplicibus.Et non oportet quærere diffinitionem : sed considerare de rebus quæ dicunt secundũ conuenientiam. Quoniã sicut proportio ædificatoris ad ædificatum:& vigilantis ad dormientẽ: & videntis ad clausum oculos quod habet visum, & abstracti a materia ad materiam:& artificiati ad artificem.Et etiã sit alterius duarum partium istius distinctionis actus p se, & alterius potentia.Et non dicunt de omnibus quæ dicuntur potentia eodẽ modo:sed dicuntur aut secundũ conuenietiam, vt sit ad hoc,hoc etiã in hoc aut ad hoc. Quædam enim sicut motus ad potẽtiam.& quædam sicut substantia ad aliquam materiã. Et alio modo dicit q̃ infinitum & vacuum etiam & oſa quæ sunt talia in actu.& potẽtia plurium prædicamentorum vt dicitur in visu & ædificato & inspecto quoniam in istis possibile est vt actus sit verus,& simpliciter etiam. Aspectũ verò gã videt & aliud quod habet potentiam vt videatur.Infinitũ aũt non non est in potẽtia aliquo modo sicut illud quod est separatũ in actu:sed secundum cõgregationẽ.Necesse est enim vt iste actus sit in potẽtia ne diuisio finiatur:& non vt sit separatum.

ID est & cum omnia ista diximus de potẽtia quæ in mobilibus loquemur de distinctione illius qd⁹ significat hoc nomẽ actus : & qõ primo est quid sit actus. Deinde dicit & quæstio est &c. id est & quæstio in qua est error est scire primo quid sit actus & quæ sint differentiæ eius.quoniam distinguendo illum per diffinitionem: distinguetur possibile etiam secundum diffinitionem : cum possibile etiam non intelligitur nisi in respectu actus. Deinde dicit non enim dicimus &c.id est & causa propter quam indigemus diffinire actũ in scibile possibile est: quoniam cum dicimus q̃ aliquid potest mouere aliquid & moueri ab aliquo non dicimus hoc simpliciter : sed respectu: quoniam vnaquæq; istarum potentiarum nõ intelligitur nisi in respectu actus. D.incepit describere actũ & dicit & illud qd⁹ est in actu&c.i.& iste sermo est intellect⁹ per se. D.d.& qd⁹ intẽdim⁹ dicere &c.i.& hoc qd⁹ dixim⁹ in descriptione actus declarabit ex inductione & hoc intẽdebat cũ.d.q̃ sermonẽ sequẽtẽ.i.q̃ ista descriptio apparebit qñ cõsideratimus qd significat actus in vnaquaq; rerũ quæ dicunt esse in actu,nihil enim aliud intendimus q̃ hoc.ſ.quod est in dispositione in qua nõ est cum fuerit in potentia: & similiter aliquid esse in potentia significat q̃ est in dispositione opposita dispositioni in qua est in actu:& q̃ actus &

II

E Vnaquæq; potentia nõ intelligit nisi in respectu actus. Idem infra text.cõ.20.

potentia sunt relativa contrarie: & vtrūq; relatiuorum accipitur in diffinitione alterius: & nō accidit inde malum. Et d. & nō oportet quæ rere diffinitionem omni modo. i. & non oportet quærere diffinitionem in omnibus rebus eodem modo: diffinitiones enim rerū nō relatiuarum debēt esse alio modo diffinitionib⁹ rerū relatiuarū. D. d. sed cōsideratio est de rebus quæ dicuntur secundū conuenientiam. d. sed diffinitio ꝙ quærimus hic est alio modo cum cōsideratio hic est in rebus quæ dicūtur secundū cōparationem adinuicem scilicet in rebus relatiuis. D. d. exemplum &. d. quoniam sicut proportio &c. i. quoniā sicut ædificans dicitur in respectu ædificati: & ædificatum in respectu ædificātis: & dormiens in respectu vigilantis: & vigilans in respectu dormiētis: & videns in respectu cluris oculorum: & econuerso. & forma in respectu materiæ: & econuerso. & artifex in respectu artificiati: & econuerso. & similiter est in suis diffinitionibus: eum significatio diffinitionis debeat esse equalis significationi nominum. D. d. sint igit alterius &c. i. sint igitur hæ duæ diffinitiones actus vt is: q' aūt significat vtrūq; istorū in vnaquaq; specie est diuersum nō cōsimile. D. d. sed dicitur aut secundū conuenientiā &c. i. qm quædam de quibusdā dicūtur secundū conuenientiam & proportionaliter: sicut dicit hoc nomē potentia: & de duobus secūdum proportionalitatem eorum: & hoc intendebat cum dicit vt sit id. est vt hoc nomen potentia dicitur de duobus: quorum proportio alterius ad illud ad q' comparatur est sicut proportio reliqui ad illud: & hoc per hanc præpositionem, ad. aut alijs præpositionibus. Deinde exemplum & dicit quædam enim sunt sicut motus ad potentiam &c. i. V. g. in eis quæ dicuntur secundū proportionalitatem est dicere potentia ad motum: & potentia quæ est in materia ad formā: proportio enim potentiæ quæ est in moto ad motum: est proportio potentiæ quæ est in materia ad formam. D. d. & alio modo &c. i. & potentia dicitur alio modo ab eo qui dicitur secundū conuenientiam. v. g. dicere q' infinitū est in potētia: & intēdit q' nō intelligitur hic ꝙ potētia potētia quę dicitur respectu actus. Ista enim est finita: sed intelligitur cum dicitur infinitum est in potentia. i. ꝙ semper potentia associatur ei. vt dictum est in physicis. D. d. & vacuū, idest, & sicut sermo dicentis q' vacuum est in potentia in corporibus & in actu. & sermo dicentis q' in materia est potentia ad formas infinitas est de hoc genere. D. d. & ola quę sunt in potentia &c. i. & ola quæ dicuntur in potētia & actu secundū conuenientiam inueniuntur in pluribus speciebus entiū: vt dicitur q' in visu ædificato & inspecto. i. visu. i. quoniam cū dicit q' visus quidā est in potentia & quidam in actu & similiter visum quoddā est in actu & quoddam in potētia: & similiter de ædificante & ædificato. Et cū induxit istos duos modos potentiæ. s. qui dicit secundū cōuenientiā: & qui non dicit incæpit distinguere eos: & d. qm in istis possibile est vt actus sit verus &c. i. potētiæ aūt quæ dicunt in rei veritate possunt exire in actū in aliquo tēpore: ita ꝙ in eis non remaneat potentia aliquo modo: & tūc erit verū dicere eas exire in actum simpliciter non in actū incōpletū. D. induxit exemplum p̄dictū & d. illud autem q' aspicit ga videt. i. illud aūt quod est visum in potētia potest exire in actum quando in aliqua hora aspexerit aliquis ad ipsum: quoniam in illa hora erit visum in actu: & similiter

Actus & potentia sunt relatiue cōtraria.

Relatiua, secundum idem diffinitur & nō accidit inde malū. Idem in porphyrio cap. de specie.

Proportio quæ est in moto ad motum est proportio potētiæ quæ est in materia ad formam.



militer aspicies illud in potētia: potest aspicere illud in actu: quia habet potentiam ad hoc. D. induxit secundū modum: & d. infinitū aūt &c. i. dicere autem ꝙ infinitum est in potentia: non intendimus potentiā quę exit in actum: ita q' non remaneat in eo potētia oino: & hoc dixit ꝙ declaratū est in physicis: ꝙ si ista potentia exiret in actum: tunc infinitum esset in actu: q' est impossibile: qm signū istius potentiæ est nō cessare neq; separari ab illo ad quod potest: & ipsum nō potest nisi ad singulas partes eius quod exit in actū rei: cuius exitus est infinitus. Et de hoc genere est potentia accepta in diffinitione motus: qm si ista potentia exiret in actū destrueret motus. Et d. ꝙ ista potētia nō potest esse separata: sed secundū cognitionem: qm illud q' est separatum ab ea est illud q' intellectus intelligit in actu: & iste modus potētiæ inuenitur in tempore & in motu: & in diuisione quātitatū. vt dictū est in physicis. D. d. necesse enim est &c. i. & necesse est vt ista potentia sit in istis rebus nō separata in desinens: neq; res infinita reuertatur finita. V. g. qm potentia qua diuiditur mensura si finiretur, tunc finiretur diuisio: q' est impossibile.

Quæ potentia ponit in diffinitione motus.

F

Quod quidem igitur actu: & quid est & quale ex his & similibus manifestū est nobis. Q; aūt potentia est vnūquodq; & quādo nō determinandū. Non enim quādocunq; vt terra generatione est potentia: homo aūt non. Sed magis cū iam fiat sperma. Sed neq; hoc simpliciter forsan. Quēadmodū igit nec a medicatiua omne vtiq; sanabit: nec a fortuna: sed est aliquid quod possibile est: & hoc est sanū potentia. Terminus aūt eius quod ab intellectu actu fit ex potētia ente quādo volitū fit nullo exteriorū prohibente. Ibi autem in eo quod sanatur quando nihil prohibet eorum quæ in ipso. Similiter autem potētia & domus si nihil prohibeat eorū quæ in his: & materia fieri: domum: nec est quod oporteat adhūc aut remoueri: aut permutari hæc domus potentia: & in alijs similiter quorūcunq; extrinsecus principium est generationis: & quorumcunq; etiam in ipso habente. Quæcunq; nullo exteriorū impediente erunt per ipsum. Quale sperma nondum. Oportet enim in alio & permutari. Quando verò iam per suum principium est tale iam hæc est potentia. Illa verò altero egent principio: vt terra nondum est statua potentia: permutata enim erit ꝙs. Videtur autem quod dicimus esse non hic sed illum vt arca nō lignum sed lignea. & lignum non terra: sed terreum. Iterum terra si sit non aliud sed illum & semper illud potentia simpliciter quod posterius est. vt arca non terra nec terrea sed lignea. Hæc enim potentia arcæ: materia arcæ hoc. Simpliciter quidem ipsius ipsum simpliciter. Huius verò hic lignum. Si verò aliquid est primum quod non adhuc de alio dicitur illinum: hæc prima

est:vt si terra aerea est:& aer nō ignis sed igneus: ignis est prima materia hoc aliquid existens.In hoc enim differt vniuersale & subiectū per esse hoc aliquid aut non: vtputa passionibus quod subiicitur homo & corpus & anima. Passio aūt musicū & albū.Dicitur autem musica aduenīente secundum illud non musica sed musicum:& non albedo homo sed albū:nec ambulatio aut motus:sed ambulans aut motū vt illinū. Quæcunq; quidem igitur sic vltimum substantia. Quæcunq; verō nō sic sed species quędam:& hoc aliquid quod prædicatur vltimum materia & substantia materialis & recte itaq; accidit illinum dici secundū materiā & passiones.Ambo nāq; indeterminata.

Declaratū est igitur quid sit actus & quale ex istis sermonibus & similibus.Distinguemus igitur in vnoquoq; particularium quando est in potentia & quando nō: quoniā non semp erit:neq; simile.Nō enim homo est in potētia illud ex quo est sed sperma quando perficitur sua generatio: & nō fuerit tale. Et rectū est vt sit:sicut non sunt illa quæ sunt omniū quæ sunt in medicina:neq; casus etiam: sed si aliquid est quod habet potentiam: & hoc est virtus vel potētia sanans. Et diffinitio eius quod est in actu est secundū perfectionē ex illo quod est in potentia quādo voluerit vt sit:& nullū prohibet extrinsecū.Illud autem in eo agit sanitatem quando nō prohibet aliquid in eo. Et similiter etiam domus in potentia si non prohibet aliquid ex quibus est vt sit domus:illud autem quod possibile est vt sit additio talis:& diminutio & trāsmutatio est in eo. Hæc est igitur domus in potentia:& similiter in alijs rebus:quarū principiū generationis est ab extrinseco. Et etiā omnia quorū principium generatiōis est in illo cuius est omnia per quæ nullum erit eorū qui sentiuntur ex extrinseco vt sperma.Quoniā quādo non fuerit in alia transmutatur:sed quando fuerit sicut hoc per principium quod habet tunc erit in potentia. Illud autem indiget alio principio vt terra quæ nō adhuc est idolum in potentia.Et si transmutatur erit cuprū. Et videtur quod istud qđ dicitur non sit hoc:sed de quo.V.g.arca quæ nō est lignum sed ligneū:neq; lignū terra sed terreum:& nonvt etiā terra si dicit hoc modo nō alteri⁹:sed de quo semp.Et est illud qđ est in potentia simpliciter:& est aliud vt arca.& aliud qđ nō est terreū: neq; terra sed ligneū:& ideo hoc est in potētia arca:& est materia arcæ. Simpliciter autē illud quod est simpliciter istius verō

istud



istud lignū,&,si aliquod primū nō dicitur de alio'solo hæc est prima materia. Ver.gra.si terra est aerea,& aer nō est ignis sed igneus.Ignis erit prima materia cum nō sit hoc.Differētia est enim inter vniuersale &subiectū passionū:vt homo& corpus & anima & passio,& musicus & albus. Illud autē in quo est musica nō dicitur musica:sed musicus. Neq; homo dicit albedo sed albus:neq; ambulatio:neq; motus:sed ambulās & motū sic dicitur de quo.Omnia igitur quæ sunt secūdū hunc modū vltimū eorū est substātia.Et oīa quæ non sunt alia sed,sunt alia forma,'& hoc prædicabile vltimū eorū est materia & substantia materialis.Et accidit superfluū inde quod cū dicitur de materia & de passionibus quoniam vtrūq; est indefinitū.

Dicit Ari.Declaratū est igit &c.id est,declaratū est igit quid sit act⁹ & quæ est differētia eius,& quid sit potētia.& quæ est differētia eius ex istis sermōibus prædictis,& potest declarari etiā per alia simi'ia. D. dicit distinguemus igitur &c.id est,dicamus igitur quādo erit vnūquodque particulariū in potētia,& quādo nō,id est,dicemus subiectū propinquū qđ potest esse,& describamus ipsum per descriptionē qua distinguamus ipsum ab alijs. D.d.neq; enim erit semper neq; simile,id est nō enim erit subiectū in potētia semper neq; simile receptro:sed hoc erit in aliqua hora& alicuius subiecti,neq; in qualibet hora neq; in quo libet subiecto. D.d.nō enim homo est in potēria &c.id est,homo eīs nō est in potētia in illo ex quo generatur.V.g.patre aut quatuor elemētis:sed in spermate quādo perficitur ei⁹ generatio.D.d.qñ nō fuerit tale,id est,nō fuerit in dispositiōe diminuta:sed in dispositiōe per quā est generatū. Et hoc est manifestius in alia trālatione in qua dicit,& nō quādo inuenit homo est homo in potētia:sed quādo fuerit sperma proprie & forte neq; tūc etiā. E.d.& rectū est vt sit sicut &c.id est,& forte casus nō est agēs ola existētia in arte medicādi scilicet sanitatē:sed aliquid qđ habet potētiā vt agat sanitatē essentialiter,& hæc est virtus sanans:ita est in omnibus actis scilicet qđ agēs illa nō est casus sed potentia aliqua quæ est ex eis sicut potētia sanās de arte medicinæ. D.d.& diffinitio eius &c.id est,& termin⁹ sanitatis qui est per potētiā siatim ,p pinqua est ex ratione in actu & cōplemēto.id est,ex forma sanitatis ratiōali ex illo ep est ( potētia qñ aliquis artifex voluerit vt sit&,nullū extrinsecū impediet,& ista diffinitio licet induxerit eā in sanitate est vniuersalis omnibus rebus factis ab artificio. D.d.illud vero &c.id est,homo vero qui recipit sanitatē agit in ipsum facies sanitatē quādo nullum impediet extrinsecū aut intrinsecū ad recipiēdā sanitatē. D.d.& simi liter domus in potētia.i.& similiter illa etiā ex qb⁹? est dom⁹? sunt dom⁹? in potētia qñ artifex fuerit prēsens & voluerit facere domū,& nō fuerit aliqđ impediēs. D.d.illud eīs ep est possibile)&c.idest,illud eīs ep est generatīs in potētia recipit additionē & diminutionē & trāsmutationē.

Et.d.hoc:quia generatio perficit per hęc tria:necesse est eīs quādo aliquid generatur:vt aliquid superfluū quod nō conuenit ad recipiendum

formam

Universidad de Deusto Biblioteca

formã diuidat a sua materia, & necesse est etiã vt aliquid addatur ei scilicet forma per quã dicitur generari. & additio & diminutio nõ erunt sine trãsmutatiõe. D.d. hæc igitur est domus in potẽtia &c. id est, & illud q̃d est domus in potentia est illud in quo possunt esse hæc tria, & hæc est in omnibus rebus: quarũ generatio extrinseca est. D.d. & etiam omnia quorũ principiũ &c. id est, generabilia autẽ ex se illa eorũ quæ sunt in potẽtia sunt omnia in quibus non est aliquid q̃d indiget primo motore extrinseco: ita q̃d sit in potentia illud. D.d. vt sperma &c. id est, vt sperma, & quoniã nõ quãdo fuerit in alio in quo indiget trãsmutãte a quo trãsmutetur, & tũc erit sperma: quoniã tũc nõ dicitur esse in potẽtia. V.g. quãdo est aliquis sanguis in venis: sed cũ fuerit sperma in actu & habuerit virtutẽ per quã est sperma. D.d. illud autẽ indiget &c. scilicet materia autem remota nõ est in potentia illud cuius est materia: quia indiget in hoc q̃d exeat in actũ alio motore ab eo q̃ generat illud quod est in potẽtia. V.g. quoniã terra nõ est idolũ in potẽtia: sed est cuprũ potẽtia: quoniã cũ trãsmutatur a corpore cæleſti erit cuprũ, & cuprũ est idolũ in potẽtia: q̃d est illud quia est ab vno motore sit idolũ scilicet a faciẽte idola. Et intẽdit declarare hoc q̃d materia quæ potest simpliciter nõ indiget in hoc q̃d exeat in actũ nisi vno motore tantum. Materia autẽ quæ nõ dicit posse simpliciter: sed per potẽtiã remotã exit in actũ per plures vno motore secundũ remotionẽ aut propinquitatem.

L
Differentia inter materiã propinquam & remotam.

D.d. & videt vt sit illud q̃ dicit nõ hoc sed de quo. id est, videt q̃d illud q̃d defert potẽtiã propinquã rei est illud per cuius nomẽ principale nõ disponit illud ad q̃ potest sed per nomẽ denominatiuũ. Ver. g. cũ idolũ nõ dicit esse cuprũ: sed cupreũ, neq; quãdo demõstratur idolũ & cupreũ dicit hoc sed hoc cũ hoc, & hoc est proprium idiomati græcorũ.

D.d. exẽplũ &c. d. vt arca &c. id est & hoc q̃d. d. manifestũ est in nostris idiomatibus in rebus naturalibus & in artificialibus nõ est manifestũ. D.d. & etiã terra si dicit &c. id est, & etiã terra si habet materiã de qua prædicatur nõ dicit q̃ est illud q̃d est materia illius: sed illud quo. D.d. & est illud q̃ est in potẽtia simpliciter, id est, & illud a quo denominatur nomẽ generati est illud q̃d est in potẽtia illud q̃ potest simpliciter. D.d. vt arca quæ nõ est terra &c. id est. V.g. arca: quoniã materia est remota. V.g. terra nõ dicitur principaliter de arca: neq; secũdũ denominationẽ: nõ eñ dicit q̃ arca est terra sed dicit arca esse lignea: quia est potẽtialiter arca, & est materia arcæ. D.d. ſimpliciter vero &c. id est, & illud q̃ est in potẽtia simpliciter est illud q̃ est materia simpliciter & hæc est materia propinqua, remota autẽ nõ dicit materia simpliciter neq; in potẽtia simpliciter. D.d. & si aliq̃d primũ &c. id est, & si fuerit hic aliquod primũ subiectũ q̃ nõ prædicat de alio: hoc solũ erit materia prima. D.d. V.g. si terra fuerit aerea, id est, V.g. si terra nõ vere dicat aer: sed aerea: tũc aer erit materia terre, & similiter si aer nõ vere dicatur ignis: sed igneus: tũc ignis erit materia aeris, & si ignis nõ denominatur ab alio: tũc ignis erit prima materia. D.d. cũ nõ sit hoc, id est, cũ non prædicatur de alio. D.d. est eñ differẽtia &c. id est, est enim differẽtia interiorale q̃d est cõgregatũ ex materia & forma: vt homo qui est cõgregatur ex anima & corpore, & inter animã & corpus, & inter subiectũ & passiones vt albus & musicus. Nõ enim dicitur q̃d homo est albedo

M
Materia nõ



sed albus: neq; dicitur quod homo ẽ musica sed musicus: sicut est dispositio in omni re cum sua materia scilicet quod materia nõ prædicatur de illa nomine principali: sed denominatiuo: vniuersale autẽ prædicatur de re secundũ q̃d est: vt dicitur quod homo est animal. D.d. omnia igitur quæ sunt &c. id est, omnia illa quæ sunt cõposita ex accidẽtibus vltimũ eorũ est substãtia deferẽs illa. Illa autem quæ sunt composita ex formis vltimũ eorum est materia. D.d. & accidit superfluũ in hoc &c. id est, & accidit additio in diffinitiõibus rerũ quæ dicũtur secundũ nomina denominatiua & nomina attributiua: neutrũ enim habet diffinitionem, & in rei veritate vt declaratum est in tractatu de substantia.

prædicat de re materiata nõe principalis: sed denotatiue. idẽ. 7. meta. com. 23. & quæ ibi.

Quando quidem igitur aliquid est de potentia, & quando non dictum est. CAPVT VI.

N
Actus prior est potentia ratione & substãtia ẽ nore autem est q̃d est vt vt sic: est autem vt nõ.

QVONIAM autẽ ipsum prius determinatũ quot modis dicit pala: qa prior est actꝰ potẽtia dico aũt potẽtia nõ solũ determinata q̃ dicit principiũ pmutatiuũ in alia inq̃tũ aliud: sed totaliter omni principio motiuo: aut immobilitatiuo. Etenim natura in eodẽ fit. In eodem enim genere potentiæ: principiũ eñ motiuũ sed nõ in alio sed in eodẽ inquatũ idẽ. Omni itaq; tali prior est actus ratione & substãtia: tempore vero est quidẽ vt sic: est aũtvt nõ. Ratione quidẽ igitur quia prior palã nã per contingere actu esse possibile est: q̃ primo possibile: puta dico ædificatorẽ potentem ædificare & speculatorem speculari & visibile potens videri. Eadem autem ratio & in alijs. Quale necesse rationem præexistere, & notitiam notitia. Tempore vero prius specie idem agens: prius: sed numero non. Dico autem hoc: quia hoc quidem homine iam ente secundum actum & frumento & vidente prius est tempore materia & semen & visum qua potentia sunt homo & frumentum & videns: nondũ autem actu sed his tempore priora altera entia actu ex quibus hæc facta sunt. Semper enim ex potestate ente fit actu ens ab actu ente: vt homo ex homine musicus a musico: semper mouente aliquo primo. Mouens autem actu iam est.

Dictum est igitur quando oportet dicere potentiã & quando non. Et cum distinctum est secundum quot modos dicitur actus manifestũ est quod actus est ante potentiam & dico potentiam nõ diffinitum: sed quod est principium transmutationis in aliud secundum quod est aliud: sed vniuersaliter omne principium habẽs motũ aut quietẽ. Natura enim est in genere quod est potẽtiæ: quia est principium habẽs motũ: sed nõ est in alio sed in se secundum quod est ipsum, & actus est ante

omnia quæ sunt talia secundū diffinitionē & substātiā: tempore, vero forte est & forte nō. Manifestū est igitur quod est ante sicut diximus. Primū em̄ in potētia est illud ꝙ habet potentiā in potestate actus. V.g. ædificator quoniā est illud quod potest ædificare, & visus est illud quod habet potentiā vt videat, & visum est illud ꝙ habet potētiā vt videatur, & iste sermo de aliis etiā. Ergo necesse est vt in diffinitione sit: aut nō esse & vt fit: aut tēpus tempore illud ꝙ agit rem numero aut non. V.g. quoniā in homine qui est in actu & triticum & videns materia est ante secūdū tēpus, & semē etiā & visum quod est in potentia homo & triticū & videns: in actu autē non est ante. Sed quia sunt ante secundū tempus per aliū actum, & ex eo generantur ista. Semper enim ex illo quod est in potentia erit istud quod est in actu: vt homo ex homine, & musicum ex musico semper ex alio primo motore. Et motor est in actu ante.

IJ

I D est, declaratū igit̄ est qñ aliqd erit in potētia, & qñ nō erit, & quia incepit in hoc tractatu dicere secūdū quot modos dicit̄ potētia & act̄ d. diffiniuit potētias & actiuas & passiuas, & disputauit cōtra negātes potentiā precedere actū secūdū tēpus. d. diffiniuit quid sit potētia & actus simpliciter: vult querere qd̄ eorū scilicet potētia & actus sit prior reliquo. Et d. & cū distinctū sit &c. id est, & cū distinctū sit in quinto secūdū quot modos dicit̄ pri⁹ & posteri⁹: manifestū est ꝙ act⁹ est añ potētia secūdū substātiā & diffinitionē, & qa potētię dicunt̄ de artificialib⁹ & naturalib⁹. d. ꝙ ista prioritas inuenit̄ in vtrisq;. Et d. & dico potētia &c. i. & nō intelligo hic per potētia: potētia quā diffiniuim⁹ in principio istius tract⁹ in quo diximus ꝙ potētia actiua est principiū trāsmutatiōis in aliud secūdū ꝙ est aliud, & passiua principiū trāsmutationis ex alio secūdū ꝙ t aliud nō ex se, sed intelligo hic p potētia nō qd̄ est principiū oīs hūtis motū, & principiū oīs hūtis getē. Et est intelligēdū hic p motū trāsmutationē, & p quietē priuationē trāsmutationis.

D. d. naturata em̄ &c. i. natura em̄ collocat in gne ꝙ est in potētia, natura em̄ est principiū, & oē principiū est potētia, & potētia est gen⁹ eorū: qa cōtinet artificialia & naturalia. D. d. sed nō i alio &c. i. sed natura nō est principiū in alio: sed in esse natura rei secūdū ꝙ est essentia illi⁹ rei qd̄ nō est in reb⁹ artificialib⁹. D. d. act⁹ igit̄ &c. i. & act⁹ in oīb⁹ reb⁹ naturalib⁹ & nō naturalib⁹, & est añ potētia scd'm diffinē & scd'm substātiā. i. secūdū formā: secūdū vo ipsa forte act⁹ pcedit potētia in qbusdā reb⁹ & forte in qbusdā reb⁹ pcedit. D. d. manifestū est &c. i. & manifestū est ꝙ act⁹ est añ potētia secūdū diffinitionē & substātiā: vt declarātū est pri⁹ de diffinitiōe eī⁹ ꝙ est in potētia. Illud em̄ ꝙ est principiū potētiæ est illud ꝙ innatū est esse in actu ab aliquo ꝙ est in actu: ergo actus præcedit in esse potētia aut apud materiā aut apud artificiū. Illud em̄ ꝙ potest ædificare est illud ꝙ habet formā ædificati, & similiter illud qd̄ videt est illud in quo est præparatio ad recipiendū rē visam, & vniuersaliter qa potētia est nō esse & act⁹ esse: necesse est vt esse pcedat nō esse, &

O

agens



agens præcedat tempore actum. Deinde dixit numero vero &c. id est generatum autem vnum in numero: & iste homo generatus demonstratus non est anteqū generetur. sed est post suam materiam secundum tempus: & agens aliquid est etiam ante actum secundum tempus. Actum autem non est ante materiam secundum tempus: neq; ante agens: sed agens est ante actum secundum tempus: & quia materia etiam similiter potest facere aliud sibi simile ex ista materia precedenti. Quod enim generatur, generatur a suo simili in potentia: & ab agente sibi simili in specie. Homo enim generatur ex eo quod est homo in potentia: & ab eo quod est homo in actu. Omne enim generatum mouetur: & omne quod mouetur, mouetur a motore in actu ante ipsum. Deinde dicit in actu vero non est ante, id est actus vero in hoc demonstrato non est ante potentiā secundum tempus. Deinde dixit. sed quia est ante &c. id est quoniam illud quod est in potentia non fit actu nisi per illud quod est in actu istius speciei: vt homo ex homine: & musicus ex musico: omne enim generatum mouetur a motore priore ipso in actu.

Idē. 8. huius cō. 15. Et. 8. phy. 15.

Dictum est autem in sermonibus de substantia: quia omne quod fit: fit ex aliquo & ab aliquo: & hoc specie idem. Quapropter & videtur impossibile esse ædificatorem esse qui nō ædificauerit quicq̄: aut citharedum qui non citharizauit. Nam addiscens citharizare citharizās addidicit citharizare: similiter autem & in aliis. Vnde sophisticus elenchus factus est: quia nō habens quis scientiam faciet cuius est scientia. addiscens enim nō habet sed quia eius quod fit factum est aliquid. & totaliter eius quod mouetur motum est aliquid. Palam autem in his quæ de motu hoc & discentem necesse habere aliquid scientiæ forsan. Et dictum est in sermonibus de substantia ꝙ omne qd̄ generatur est ex aliquo: & per aliquod: & quod hoc est secundum formam idem: & ideo possibile est vt sit ædificator qui non ædificat oīno: & vt sit citharista qui non citharizat omnino. Qui em̄ addidicit citharizare citharizat & addidicit: & similiter de aliis etiam. Et ex hoc fuit causa sermonis sophistirum quod possibile est vt cognitio non sit in vno & vt agat illud quod diximus cognitionis habet. Addiscens em̄ nō habet nisi vt sit aliquid ex eo quod habet generatum: & vt moueatur aliquo motu eis quæ vniuersaliter habet motor. Et est manifestū in sermonibus de motu: qm̄ est necesse vt hoc & addiscens habeant aliquid de cognitiōe. Nō enim mouetur aliquid ad aliud nisi habeat aliquid de illo in se ad quod mouetur.

P

14 Q

Agēs & actū sunt idē in forma. Idem 7. meta. 28.

Intēdit p sermonē de substātia septimū istius libri in quo locut⁹ est de principijs substātiæ sensibilis. Et cū d. ex aliquo intēdit materiā, & per aliqd intēdit agēs: & ꝙ agēs & actū sunt idē in forma: totū enim hoc declaratū est in illo tractatu: & intēdebat declarare p hoc ꝙ act⁹ est

ante

ante potentiã secundũ tẽpus & secundũ substantiã. Deinde dixit, & ideo existimaſ q̃ impossibile sit vt sit ædificator & nõ ædificet omnino, id est quia actus præcedit potentiã tẽpore existimaſ q̃ impossibile est vt acquirat artẽ ædificatorie neq; artẽ citharizandi qui nunq̃ citharizauit. Deinde dixit qui igitur addiscit citharizare &c. i. qui em̃ addiscit citharizare citharizat vt addiscat: & sic acquirit artẽ citharizandi. & similiter in alijs artificijs quæ addiscuntur per exercitiũ. Deinde dixit & ex hoc fuit causa &c. id est & ex hoc q̃ actus præcedit potẽtiam: fuit causa quæstionis sophisticorũ famosæ attributæ Mẽoni: per quã destruit scire & addiscere. dicebat enim q̃ impossibile est aliquid addiscere: quoniam addiscere aut erit sine aliqua actione scientiæ addiscẽte: aut per aliquam actionem. si igitur sine aliqua actione non erit illic addiscere omnino: & si per actiones illius scientiæ: tunc addiscens erit sciens: & non indigebat addiscere. Verbi gratia, quod si non addiscit citharizare nisi qui citharizat: & non citharizat nisi qui scit citharizare. ergo impossibile est addiscere citharizare. Sequitur em̃ ex hac quæstione vt qui nescit citharizare agat citharisticæ actionem. & hoc intendebat cum dixit & vt agat illud quod habet dominus congregationis, id est vt addiscens agat actionem scientis: dicendo quod qui addiscit habet scientiam. & qui habet scientiam est sciens. ergo addiscens est sciẽs.

Mennonis ambiguitas de q̃ philosoph⁹ memini i primo posteriorũ.

Deinde dixit non igitur habet &c. id est quoniam omne quod generatur & scit aliquid impossibile est hoc fieri nisi vt habeat naturaliter illud aliquid ex eo quod habebit in postremo. Verbi gratia, quoniam impossibile est vt citharizet nisi ille qui habet aliquid de arte citharizandi. & ideo asinus non addiscit citharizare: neq; homo qui nõ est innatus citharizare: & hoc intendebat cum dixit & vt moueatur &c. id est & omne q̃ mouetur in aliquo motu impossibile est vt mouea illo motu nisi habeat aliquid eorum quæ habet motor: & si non habet eodem modo secundum quod habet motor. Deinde dixit & est manifestũ ex sermonibus de motu &c.

Sexto phy. tex. cõ. 32.

R

Priora via generatiõis posteriorib⁹ imperfectiora.

Sic igitur & hoc palam: quia & actus sit prior potentia secundũ generationẽ & tẽpus. At verò & substantia primũ qdẽ: quia quæ generatiõe posteriora specie & substãtia sunt priora: vt vir puero: & homo spermate. Hoc quidẽ enim iã habet speciẽ. Illud verò nõ: & quia omne ad principiũ vadit quod fit & finẽ. Principiũ enim cuius causa: finis verò cuius generatio. Finis autem actus & huius gratia potentia sumitur. Non enim vt visum habeãt vident animalia: sed vt videant visum habẽt. Similiter autem & ædificandi scientiã vt ædificent: & theoricam vt speculentur. Sed non speculantur vt theoricam habeãt nisi meditantes. Hi autem non speculantur: sed inquantum sic: aut quia non egent speculari. Et etiam est vt sit manifestum quod actus hoc modo etiã est ante potẽtiã secundũ generationem & tẽpus & substantiã etiã. Primo verò quia quod in generatiõe est pũctus est ante secundũ formã & substantiã etiã.

Verbi



Verbi gratia vt qui est ante puer: & homo ante vtrũq;. in quibusdam enim forma præcedit: & in quibusdã non. Si aliquid generatur iuit ad principium & complementum per quod est & generatio: est propter complemẽtum. Actus verò est via & propter illud inuenitur potentia: aſal em̃ nõ videt vt habeat visum: sed quod nõ videat illud quod nõ habet. Et similiter scietia ædificatoriæ est vt ædificet: & scietia cõsideratiõis vt cõsideret: sed nõ considerant quando generatio est in eis præter illos qui consulunt: & isti nõ: quia considerãt: sed quia hoc fuit quia non indigent considerare aliquid omnino.

S

Potẽtia est ꝓpter actũ.

Id est. & rectũ est vt appareat etiã q̃ actus est ante potentiã nõ solũmodo tẽpore & generatiõe: sed etiã substãtia hoc modo. D. d. primo vero &c. id est primo vero: quia omne cui? generatio est post in tẽpore est ante secundũ formã & substãtiã per tẽpus: vt vir qui secundũ formã est ante puerũ: & in generatiõe est post illum: & homo præcedit vtrũq; secundũ formã. D. d. & in quibusdã em̃ &c. i. & causa in hoc est q̃m illa quæ sunt in posteriora in generatiõe habẽt formã: & priora nõ habẽt formã quæ est cõplementũ: & in alia trãslatiõe dixit illud enim habet formã: & hoc nõ habet: vir em̃ habet formã cõpletã: & puer nõ habet. & ideo præcedit ipsum secundũ formã. D. d. & si aliquid generatur &c. id est & apparet etiã q̃ actus præcedit potentiã in esse secundũ q̃ apparet q̃ finis præcedit illud cuius est finis. Omne em̃ quod generat per suã generationẽ ad complementũ. Deinde dixit actus vero est via. i. actus vero est via & finis ad quẽ fit generatũ. D. d. & propter hoc inuenit potẽtia. i. ꝓpter actũ inuenit potẽtia ante actũ. D. d. aſal enim nõ videt &c. i. animal em̃ nõ videt vt acquirat virtutẽ visibilẽ: sed habet virtutẽ visibilẽ vt videat per illã: & sicr scietia ædificãdi est vt ædificet: & cõsiderãdi vt cõsideret: nõ ecõuerso. D. d. sed nõ cõsiderãt &c. id est sed nõ cõsiderãt qñ cõsideratio generatur in eis: sed qñ generatio scietiæ speculatiuæ perficitur in eis. D. d. præter illos &c. i. & isti em̃ cõsiderãt vt acquirãt illud per qd̃ est cõsideratio & vniuersaliter agãt vt acquirãt illud per quod est actio: sed isti nõ habẽt verã cõsiderationem quæ est ex scietia. Illi em̃ qui habẽt cõsiderationẽ nõ indigẽt considerare vt acquirãt cõsiderationẽ: & hoc intẽdebat cũ dicit & isti nõ qa considerãt &c. i. & illi qui cõsiderant cõsideratiõe disciplinæ considerantinõ quia sunt de numero considerantiũ sed cõsiderãt vt sint in tali dispositione in qua nõ indigẽt cõsiderare de aliquo oino. Et in alia trãslatiõe dicit & ista nõ considerant sed ita accidit vt non indigeãt cõsiderare de aliquo omnino. id est & isti non sunt vere considerantes: sed per istam actionem accidit eis vt sint in tali dispositione in qua nõ indigent tali consideratione: quia acquirent considerationem.

Amplius materia potẽtia est: donec veniat ad speciẽ: quando vero actu est tunc in specie. Similiter autem & in alijs: & quorum motus est finis. Propter quod sicut docẽtes operantem cũ ostenderit putant finẽ reddidisse: & natura similiter. Nã si non

Hinc sumit distinctio aãiõis immanẽtis & trãseuntis.

sit ita

Universidad de Deusto
Biblioteca



sit ita passonos. Mercurius erit. Non manifestum enim & scientia si interius aut exterius quemadmodum ille. Opus enim finis. Actus autem opus. Propter quod & nomen dicitur actus secundū opus: & tēdit versus endelechiam. Quoniam vero est horū quidem vltimum vsus: & visus visio: & prater hanc nullum sit alterū à visu opus. A quibusdā verò fit aliquid ab opere: vt operatū: vt ab ædificatoria domus præter ædificationem. Tamen non minus hic quidē finis: hic aūt magis finis potētiæ est. Nā ædificatio in ædificato & simul fit & est cū domo. Quorūcūq; igitur aliquid alterum est quod fit præter vsum: horum actus in facto est: vt ædificatio in ædificato: & contextio in cōtexto. Similiter autem & in alijs & totaliter motus in eo qđ mouetur. Quorū verò non est aliquod aliud opus præter actionē in ipsis existit actio vt visio in vidente: & speculatio in speculante: & vita in aīa. Quare & felicitas: vita nāq; qualis quædam est. Et etiam quia materia est in potētia impossibile est vt veniat ad formā. Et cū materia fuerit in actu: tūc erit in forma. Et similiter de alijs. Etiā & in alijs in quorū cōplemēto est motus. Et ideo quēadmodū qñ sciēt & faciunt addiscentē agentē vident qđ iam veniunt ad perfectionē. Similiter est de natura etiā: qñ si non fuerit in hac dispositione: tunc Mercurius est Onosius: & erit scientia nō manifesta si fuerit intrinsecū: & si fuerit extrinsecum sicut Mercurius. Operatio enim est complementū: & actio est operatio. & ideo hoc nomen actus etiā dicitur de operatione in græco: & habet quasi complementum. Ergo erit in vsu rerum quæ sunt magis propriē: vt cōsideratio visus: & non erit alia operatio cōsiderationis præter hæc osno: & erit operatio ex quibusdam rebus aliquid: sicut est dom⁹ ex arte ædificatoriæ: & est aliud ab arte ædificatoriæ: sed est potētiæ quasi aliquod cōplementū in aliquo: aut est in aliquo non cōplemētū. Ædificatoria enim est in illo qđ ædificatur: & textoria in illo qđ texitur: & similiter in alijs rebus: & vltr motus in moto. Omnia verò quæ nō habent aliā operationē præter actū: actus est in eis: vt cōsideratio in cōsiderante: & vita in anima: & omnino fortuna est in aīa: quia est qualitas alicui⁹ vitæ.

Motus est in mobili.

16 Id est. & etiam materia dum est in potentia non est perfecta per formam: neq; habet esse quod habet forma: & est vt venit ad actum: tunc perficit per formā & habet esse qđ habet forma. Et potētia istius declarationis est talis: qa forma pcedit substantiā & esse materiā: & materia pficit per illud qđ est pfectū scd'm actū nō scd'm potētiā. & ideo nec esse



esse est vt actio sit perfectior potentia & prior in ea in esse. D. d. & sīlr in alijs. i. & sīlr est de aliis potētijs nisi potētia quæ est in prima materia. D. d. & in eis quorū cōplemētū est motus. i. & sīlr in eis quorū pfectio est in motu. i. q̄ perfectio nō erit in eis nisi per actū nō per potētiā, & illud ,ppter quod acquirit pfectio est pfectiō. D. d. & ideo quēadmodū qñ sciūt &c. i. & quēadmodū magistri qñ faciūt addiscentem esse scientē, videt se peruenire ad cōplementū & perfectionē, ita est de natura q̄ nō cessat mouere rem donec peruenias ad vltimā perfectionē, & tunc cessat & declarat per istā, q̄ ars & natura intendūt actū non potentiā. D. d. qñ si non fuerit &c. i. qñ si esse rei non fuerit secundū q̄ est in actu sed secundū q̄ est in potentia, tūc ignorās & scīēs erunt idē. V. g. Mercurius qui fuit valde sciens, et Onosius q fuit valde turpis, & tunc scientiā existere in anima est sicut existere extra animā. i. q̄ anima non habet propriū de scientia aliud qđ nō est extra animam. Anima enī non ,ppriē disponit per scientiā nisi qñ fuerit scīēs in actu, & maxime qñ fuerit in sua vltima perfectione. i. qñ vtit scientia. D. d. sicut Mercurius, ita q̄ accidit hic i mercurio. i. vt disponat per scientiā qñ sit in potētia, sicut dispontur illud qđ nō habet scientiā. D. d. operatio enī &c. i. & signū ei⁹ q̄ actū est cōplemētū, & pfectio est. qñ actus est operatio, & operatio eius est cōplemētū & perfectio operātis. & ideo hoc nomē actus etiā dicit de operatiōe in lingua græca, & ideo significat illud quod significat cōplemētū & perfectio. Et cū d. q̄ actū & operatio est finis, incepit diffinire operationē & actū quæ sunt huiusmodi in vnoquoq; ente. D. d. ergo erit aut p visum rerū &c. i. ista operatio est qñ vnumquodq; entiū vtit actiōe sibi ,ppria. V. g. visum vti in speciōe quæ est sua operatio ,ppria in qua nō cōuenit cū alio, & ista operatio est finis visus. D. d. & erit operatio &c. i. & ista operatio in qbusdā rebus est in hoc q̄ facit aliquē ,ppriū vt ars ædificatoria, qñ operatio eius ,ppria est facere domū.

Illud ꝑ qđ acquirit perfectio est pfectius. Natura nō cessat mouere rem donec perueniat ad vltimā pfectionem.

Et. d. hoc, qñ quædā res sunt quarū finis est agere tm̄. & quædā sunt quarū finis est aliquod actū, ola igitur entia cōueniūt in hoc q̄ cōplementū & perfectio eorū est in operatione ,ppria, & hoc duobus modis, qñ aut finis erit agere vt in visu, aut aliquē actū vt in ædificatoria. D. d. sed est potentiæ &c. i. qñ actus est pfectio potētiæ omni mō siue fuerit cōplemētū in re in qua est cōpletio, aut in alio. D. d. ædificatoria enī est in ædificato, & textoria in texto. similiter in alijs rebus etiā vniuersaliter motus in moto. & hic est pars in qua est actus. D. d. omnia vero quæ nō hāt aliā operationē &c. i. ola vero quæ nō hāt actū: sed finis eorū est actio, actiōes enī eorū existūt i eis vt videre i visu. & vita in aīa & fortuna i ea, qñ fortuna est qualitas alicui⁹ vitæ. & est vitæ nobilis.

Operatio est cōplementū & perfectio operantis. Quædā res sunt quarū X finis est agere tm̄. et quædā sunt quarum finis est aliquē actū. Fortuna est qualitas vitæ nobilis.

Quare manifestū est q̄ substātia & species actus quidam est. Secūdū hāc rationem palam vtiq; quia prior substantia est actus potentia, & vt diximus tempore semp̄ præaccipit actio alia ante aliam vsq; ad eam quæ est semp̄ mouentis principiū. At verò & magis propriē. Nam sempiterna priora substantia sunt corruptibilibus, est autem nihil potentia sempiternum. Ratio verò hic omnis potentia simul cōtradictiōis est. Quod quidē

Sempiterna priora substantia sunt corruptibilibus.

Inde sumit potētiā passiuā, cōtradictionis esse. & hoc de potētia simplr quæ est in substātia

quidē enim non possibile existere, non vtiq; existet in aliquo. Possibile aūt omne contingit non actu esse. Quod ergo possibile esse cōtingit & non esse. Idē igitur possibile esse et nō esse. Possibile verō non esse contingit non esse. Contingens autem non esse corruptibile, aut simpliciter, aut hic ipso quod dicit cō tingere nō esse, aut secūdū locū aut secūdū quātū, aut secundū quale. Simpliciter aūt quod secūdū substātiā. Nihil ergo incorruptibiliū simpliciter potētia est ens simplr. Aliquid aūt nihil prohibet, aut quale, aut vbi. Actu ergo omnia nec eorū quę ex necessitate sunt, & ipsa prima. Nā si hæc nō essent, nihil vtiq; esset, neq; vtiq; motus, si quis est sempiternus, nec si qd motū

Y Nō est timē dū cælū gescere.

sempiternū non est secundū potentiā motū, nisi vnde quo huius autem materiā nihil prohibet existere. Propter quod semper agit sol & astra, & totum cælum. Non est autē timendū ne quando stent quod timent qui de natura. Neq; laborāt hęc agētia. Non enim inest potentia contradictionis ipsis vt corruptibilibus motus vt laboriosa sit continuatio motus. Nam substātia materia & potentia non actu causa huius.

Manifestū est igitur cp substātia & forma est actus. Et secūdū hūc sermonē manifestū est cp substātia & actꝰ sunt ante potentiā. Et sicut diximus semper præcedit tempore, ergo præcedit actus qui est ante illud quod semper mouetur primo mō, & alio modo est principium verum. Aeterna enim sunt secundum substantiam ante illa quæ corrumpūt, & nullum est æternum in potentia, & omne verbum, & omnis potentia est contradictoriorū insimul. Quod em̄ non habet potentiā vt sit nō erit, quia nō est aliquid. Et oīe quod habet potētiā posse est vt nō agat. Ergo quod habet potētiā vt sit possibile est vt sit & vt nō sit. Ergo illud habet potētiā vt sit & nō sit. Et istud quod habet potentiā vt sit possibile est vt non sit, & quod possibile est vt non sit, corrumpetur aut modo simplici, aut hoc mō. Quod igit dicit cp est possibile vt non sit, aut quātitate, aut qualitate, aut mō simplici per substātiā ergo nullū eorū quæ nō corrumpūtur mō simplici est in potentia modo simplici. Aliquoverō modo nihil prohibet vt qualitas, aut vbi. ergo omnia sunt in actu, & non sunt ex eis quæ non sunt necessario. Quoniā si ista prima fuerint ita: ergo nihil omnino est in potentia, neque si motus fuerit æternus: neq; si aliquid motum æternum, est em̄ motū in potentia vt sit de vbi in vbi, & nihil prohibet vt hic





sit materia. & ideo sol semp agit & stellæ & totū cælū & non est timēdū, qa quiescūt in alia hora sicut est timendū de duabꝰ materiis ne habeant fatigationē de hac actione, qm̄ non est eis magis quā potentia contradictoriæ sicut est motus in eis quæ corrumpuntur, vt motus continuus fit, compositus. Quoniam sit materia, & sit in potentia non in actu, hæc est causa eius.

Et cum sit declaratū cp actus est forma, & cp forma est ante potentia secūdū diffinitionē, manifestū est cp diffinitio & illud qdꝰ est in actu est ante illud quod est in potentia secundū diffinitionē & quiditatē. D. d. & sicut diximus &c. id est, & actus etiā qui est motor inuenitur præcedere tempore rem motā, & ascendit hoc ad primum motum & ad primū motorē in quo nō est potētia omnino. Et intēdit illud quod declaratū est in physicis. s. cp omnia mota reducunt ad primū motorē q est actus in quo nō est potentia omnino. D. d. & alio modo etiā dicens verū &c. i. & in alia translatione, sed illud quod est magis verū est dicere cp æterna sunt priora substātijs sensibilibus, & nullū æternorū est in potentia, id est, & adꝰ illud qdꝰ est manifestius & magis verum est dicere cp res æternæ sunt priores rebus generabilibus & corruptibilibus, a & in æternis potētia non est, potentia enim non est nisi in generabilibꝰ & corruptibilibus. D. d. & omnes potentiæ & oīe possibile est potētia ad esse & ad non esse, nō potētia ad alterū contradictoriorū, qm̄ si habuit potentiā ad alterum contradictoriorum non habebit ad alterū, & illud ad quod non est potentia non erit, & quod non erit est possibile. Et si alterū contradictoriorum est impossibile, reliquum est necessarium, & sic non erit possibile, & hoc intendebat cum. d. illud cū quod non habet potentiam vt sit non erit, quia non est aliquid, id est, quia est non esse impossibile. D. d. & omnia quæ habent potentiā vt agāt possibile est vt non agant cū potentia possibilitatis in duo contradictoria. D. d. ergo illud quod habet potētiā &c. & hoc est manifestū p sc. D. d. & illud quod habet potētiā vt nō sit corrūpet &c. i. & oē corruptum aut dē oē corruptū simpliciter, & est corruptū secūdū substātiā, aut dicitur esse corruptū per aliquod eorū existentiū in eo, vt qualitas aut quantitas. D. ergo nullū eorū quæ nō corrūpuni &c. i. declaratū est in scientia naturali cp nullum eorum quæ non corrūpuntur secundū substantiā habent potentiam cp substantiæ erum corrumpantur, & hoc. d. in hoc loco quasi vagando. & declarato eius perfectio est in primo cæli & mundi. Illic em̄ declarauit cp impossibile est vt in æterno sit potentia ad corruptionē. D. d. aliquo vero modo &c. id est, sed est possibile vt in quibusdam æternis sit potentia aliquo modo modorum potentiæ. Verbi gratia, vt partes eorum sint in potentia aliquo loco, non in alio aut in aliqua quantitate, hoc enim non est prohibitum, & illæ qualitates quæ possunt esse & non esse in corporibus cælestibus sunt aliæ ab eis quæ attribuuntur alterationi, vt obscuritas lunæ & illuminatio & similia.

D. d. sed omnes sunt in actu, id est, sed oēs trāsmutationes quæ apparent in cælo sunt secundum genus in actu. s. quod in eis non inuenit aliquod genus transmutationū in potentia postquā non sint, sed illud qdꝰ inuenitur ex eis potētia ante actū est sicut singulæ partes illarū trāsmutationū.



17 Octauo ph. 78. &. 79. a In æternis nō est potentia. vide. 2. cæ. 32. & 34 Et. 12. met. 30.

20. & infra

tionum. Deinde dicit, & non sunt ex eis quæ sunt necessurio, id est, et non omne quod apparet in cælo est in actu semper sine potentia & sine motu, quoniã si ita esset inuenirel in potẽtia. f. factũ de nouo, et hoc inẽ debat cũ d. qñ ti ista prima fuerint ita, nihil omnino erit in potentia.

Deinde dicit, neq; si motus fuerit æternus &c. id est, & similiter si fuerit motus æternus impossibile est vt suum totum sit ante in potẽtia, scilicet secundum q̃ genus sed secundum partes, & totum hoc declaratum est in physicis. Deinde dicit, & nihil prohibet vt hoc sit materia, id est, & hoc q̃ corpus cæleste non denudatur in potentia in vbi nõ prohibet vtiq; materia, hæc enim est dispositio materiæ, scilicet nõ denudari a potentia, sed prohibet vt sit forma. Deinde dicit, & ideo sol semper agit &c. id est, quoniam non est in eis potentia ad fatigationem magis quam potentia ad corruptionem, sicut est dispositio in motibus & in motis ex se generabilibus & corruptibilib⁹, scilicet quod potentia fatigationis in eis est maior potentia ad corruptionem. Et cũ in corporibus cælestibus non est potentia ad corruptionem quæ est minor potentia fatigationis, quanto magis non erit in eis potentia ad corruptionem vt motus sit continuus & æternus. Deinde dicit, quoniam si sit materia &c. id est, quoniam si materia est in generabilibus & corruptibilibus & est in potentia, & illa potentia quæ in eis est, est causa fatigationis & corruptionis.

A Nihil prohibet vt cælũ sit materia sed phibet vt sit forma. vide. 2. c. de substãtia orbi. Et. 8. meta. c. 12. Et 1. cæ. 10. & quæ ibi. Idẽ. 8. phy. 79. &. 2. ca. de substãtia orbis.

Imitanẽ aũt incorruptibilia, & quæ in trãsmutatione sunt entia, vt terra & ignis. Eteñ hæc semp agũt, nã secundũ se & in seipsis habẽt motũ. Potẽtiæ verò aliæ de qbus diffinitũ est oĩs cõtradictionis sunt. Nã possibile sic mouere põt & non sic, quæcũq; secundũ rationẽ. Irrationabiles verò per aliud esse & nõ cõtradictionis erũt exdẽ. Si ergo sunt aliquæ naturæ tales, aut substãtiæ quales dicũt q̃ in rõnibus ideas, & multomagis scies vtiq; erit aliqd q̃ per se scia, & motũ q̃ motus, hic enim actus magis, illa autem potentia horũ. Quod quidem igitur est prius actus potentia, & omni principio mutabili palam.

Et illa quæ transmutanẽ assimilanẽ illis quæ nõ corrũpunẽ vt terra & ignis. Ista eñ sunt agẽtia quæ habẽt motũ per se, & in eis. Aliæ verò potẽtiæ ex qb⁹ agunẽ oĩs cõtradictoriorum. Illud eñ quod habet potentiã mouere hic habet potentiã mouere non hæc etiã, vt omnia quæ habent verbum erunt. Illa autem quæ non habent verbũ non erũt cõtradictoriorum cũ sint præsentes primo. Si igitur ista fuerint naturę aliquę, aut vt substãtiæ tales, sicut illa quæ dñt qui faciũt exemplaria in verbis, tunc erũt illa quæ sunt cognitio magis multum aliqua cognitio, & motus etiam motum. Quod ista sunt magis actu, & illa sunt potentiæ istorum. Manifestum est igitur q̃ actus est ante potentiam, & ante omne principium transmutationis.

Et



vnū numero:sed forte magis vt diasis: qm̄ sunt duo quæ non sunt auditus:sed in sermone & vocibus,per quas mēsurat sunt multę: & diameter mēsuratur per duo & latus etiā:& sunt alia quæ magnitudines & habent oēs magnitudines. Non igitur est mensura omniū rerū:neq; omnium magnitudinū quæ cognoscunt.Et ex istis est substātia quæ cum diuidimus eam:aut per quantitatē:aut per formā:& ideo vnū nō diuiditur:quia est primū omnium rerum quæ nō diuidūtur.Et nō omne vnum est indiuisibile eodē modo vt pes & vnitas:sed quædā nō diuiduntur omnino.& quædā volumus vt sint indiuisibilia p̄ sensum:vt dictū est.Omne igitur continuū diuisibile & mensura semper est vnigenea. Verbi gratia quoniam mēsura magnitudinū est magnitudo:& similiter in vnoquoq; simplicium:longitudinis ergo longitudo:& latitudinis latitudo: & vocis vox: & grauitatis grauitas:& vnitatū vnitas:qm̄ sic oportet accipi: vt numerorum numerus:& si oportet vt sit ita:sed non est necesse vt sit sicut hoc.Sed est necesse vt sint mensura vnitates.Numerus autem est multitudo vnitatum.

H Mensura semp est vnigenea mēsurato.

4 Et vruntur hoc &c.idest & ponūt motum simplicē qui est velocissimus oīum motuū mensurā,p quā mensurāt omnes motus: & iste motus est motus cæli diurnus.tēpus enim istius motus est minimū oīm temporū. D.d.& ideo in cōputatione &c.i.& ideo mēsurant morū orbium stellarū per ipsum motū qui est principiū omniū motuū. D.d. causam in hoc:&.d.est enim positū apud eos]&c.i.& facilit hoc proprie de motu cæli diurno:quia opinant̄ q̄ motus cæli nō additur.neq; diminuitur & quod est valde velox:& istæ sunt necessaria in mēsura secundū q̄ est mensura in vnoquoq; generū. D.d.& in musica diasis: & intēdit totū.D.d.& in voce litere.i.quæ sunt mēsura dictionū.D.d.vnū enim in oībus istis est hoc modo.i.est minimū in illo genere:& nō est in eo additio nec diminutio. D.d.vnū enim nō est cōmune.i.& vnū in vnoquoq; genere est propriū illi generi:quia nō est vnū cōmune sicut dictū est.

Et cū declarauit quod vnū numero est prima mēsura in vnoquoq; genere:declarauit q̄ nō visitat in quolibet genere vna mēsura:& quidem dubitat:sed tamē quia maior notificatur per minorem.Deinde dicit.& nō semper vna mēsura &c.idest & mensura in quolibet genere non est vna:sed inuenitur in vno genere plus quam vna mēsura:sed maior mensuratur per minorem vt neumata composita quæ mensurantur per plus vno neumate:& hoc non est audibilibus tantum:sed in dictionibus vt syllabæ pedes. Deinde dicit diameter mensuratur per duo id est.& diameter circuli mensuratur per latus exagoni:& per alia latera cadentia in circulo:& similiter latera per plus mensurantur vna quātitate diametri. Deinde dicit vnum igitur non est mensura omnium rerum: & non est hoc vnum quod in sua natura sit vnum quod sit mensura oīum rerum:nisi omnia haberent eandem naturam.Deinde dicit neq; omnium magnitudinum.i.neq; oēs magnitudines habēt vnum quod mēsurat oēs & præcipue corpus:& maxime quādo mēsuramus ipsum qnq; per quātitatē:& qnq; partes eius quæ sunt secūdū qualitatē. D.d.& ideo vnū nō diuidit &c.i.& in vnoquoq; est vnū qd nō diuiditur:quia primū in quolibet genere debet esse indiuisibile:& si nō:non esset primū. D.d. & nō omne vnū est indiuisibile eodē modo &c.i.& nō omnes vnitates quæ accipiūtur ad mensurādū sunt indiuisibles eodē modo:sed quædā sunt indiuisibiles simplr & vnū in numero:& quędā per institutionē vt pes & palma:& quædā quia sunt res indiuisibiles in gñe secundū ponderus vt grana hordei. D.d.qm̄ omne cōtinuū diuidit.i.vt dicimus qd quædā mēsuræ sunt de natura cōtinui:& omne continuū est diuisibile.

I Mēsura est vnigenea idē.4.phy.12.9.

D.d.& mēsura semper est vnigenea &c.& hoc qd dixit est manifestū scilicet q̄ vnū q̄ mēsurat in quolibet genere est de natura illius gñis qa numeri nō mēsurant per magnitudinē: neq; magnitudines p vnitatem. D.d.oportet enim accipi hoc modo.i.vnū mēsurat numerū secūdum qd est cōpositus ex vnitatibus:nō secūdū q̄ est numer?.Numer? em̄ nō mēsurat secundū est numerus nisi per numerū. D.d.& si oportet vt sit &c.i.& si numerus mēsuratur per numerum,tamen nō est necesse vt ille numerus mēsurās mēsuret a numero:sed oportet vt mensuratio ꝓueniat numerus mēsurās mēsuret a numero:sed oportet vt mensuratio ꝓueniat ad numerū qui mensuratur per vnū:quoniā numerus est multitudo vnitatū. Et.d.qd mēsura numerorū est vna nō vnitas ad notificandū qd mensura cuiuslibet rei est sui generis:adeo quod mensura numerorum non est vnitas:sed vnum est mensura numerorum. Et intendit vt reputo quod cum sit ita in vno & vnitate: licet vnū denominetur ab vnitate:quāto magis in eis quę sunt diuersa in specie vt vnum & numerus.

L Prothagoras ait hominem omniū metrū esse. idem.11.metz.com.4.

Et sciētiam autē metrū rerū dicimus & sensum propter idē: quia cognoscimus aliquid ipsis:qm̄ mensurant magis quā mēsurant.Sed accidit nobis veluti si in alio nos mensurāte cognoscamus quāti sumus per cubitū ad tantū nostri addiscere. Prothagoras verō ait omnium esse metrū ac vtiq; si scientē diceret aut sentientē.Hos autē quia habent:hic quidem sensum: illa vero scientiā. Quæ dicimus esse metra eorū quę subiiciunt.Nihil itaq; diceret superabundans videntur aliquid dicere.quod quidem igitur vni esse maxime est secundū nemē qd determinat metrū quoddā:& maxime quātitatis: deinde qualitatis palā. Erit autē rale hoc quidē si est indiuisibile secundū quātitatem: illud autem si secūdū qualitatē.Propter indiuisibile est:aut simpliciter:aut inquantum vnum. Dicimus etiā q̄ scientia est mēsura rerū:& sensus:propter eandem causam. Scimus enim per ista aliquid & si nō magis dignū est vt mensurētur quam vt mensuras esse.Sed accidit nobis quasi si aliquis mensuraret nos sciremus cuius mēsuræ sumus p mēsurā cubiti posita super nos:& Prothagoras dicebat q̄ homo est mensura oīm rerū.i. sciēs & sentiēs qa alter istorū habet sensum:& alter sciētiā.Ideo

dicim⁹ ꝙ sunt mēsuræ rerū positarū: & quia nihil dicebāt distinctū nedū vt aliqd dixissent: manifestū est ꝙ essentia vnius magis & est nomē qđ ponūt pfectius est priscipaliter quātitatis: deinde qualitatis: & erit tale: alterū verò si fuerit indiuisibile secundū quātitatē: & alterū si fuerit secundū qualitatē. & ideo vnum est indiuisibile: aut modo simplici: aut qui est vnum.

5 Et dicitur ꝙ intellectus & sensus sunt mensuræ intellectus vero rerum intelligibilium, & sensus sensibiliū: quia per ista cognoscunt entia: & illud per quod cognoscunt est mensura: & hæc est causa communis sensui & intellectui & vni: & ū nō dignius est vt entia mensurent scientiā & sensum: ꝙ vt mensurētur entia. Non enim est mensurā nisi si entia sequerentur illud quod est in anima: vt dixit Protagoras. cum autem illud qđ est in anima sequat entia: necesse est vt entia mensurent animā: & nos apprehendemus quantitatem eius quod existit in anima ex hoc sicut ū aliquis mensuraret nos per cubitum: tunc comprehenderemus quot cubiti sunt in nos. Et hoc intendebat cum dicit, sed accidit nobis &c. Deinde dixit & Protagoras dicebat &c. id est quia opinabaē ꝙ verū est illud quod oēs opinabantur adeo ꝙ si duo hoies opinantur duo opposita in aliquo ꝙ vtrū. ꝙ erit verum. Opinabantur enim ꝙ verum sequitur opinionē. Deinde dicit, scilicet per sciens & sentiēs, id est & dixim⁹ ꝙ homo est mēsura: quia est sciēs & sentiens. id est & dicim⁹ hoc de sciēte & sentiēte: quia ista pars animæ habet sensum. & ista alia habet sciētiā. Deinde dixit & quia nihil dicebat &c. i. & inuit illos qui locuti sunt de diffinitiōe vni⁹ absq; eo ꝙ distinxerūt secundū quot modos dicit vnū: sic eā existimant dicere aliquid de diffinitiōe eius, & ipsū nihil dicunt: & ideo dicimus post. manifestū est igitur ꝙ entia vnū &c. id est & cū considerātū fuerit de vno secundū ꝙ distinximus: manifestū erit quod essentia vnius & intentio illius qđ est significatū a nōe perfecto in hoc genere inuenitur modo priori & simpliciter in vno qđ est in quātitate: deinde in vno qđ est in qualitate: & quod vnū non habet vnum in omnibus rebus: neq; principiū sicut existimauerunt. Et hoc inuenitur in alia translatione sic. illi autē qui dicunt ꝙ sunt mensuræ poūæ opinantur aliquid dicere magis per nomē per qđ distinguūt est mēsura primo verē quātitatis: & similiter qualitatis, id est & illi qui diffiniunt vnitatē: quia sunt mēsuræ rerū mēsurandarū existimant aliquod rectū dicere quomodo distinguūt illa quæ significat hoc nomē. & cū distinguūt videt ꝙ per hoc nomē mēsura & vnū metri significat ꝙtitatē existentē in vera ꝙtitate. s. discreta: deinde in qualitate: & sic apparebit ꝙ illud qđ dixerūt est falsum. Deinde dixit & erit tale &c. i. & vnū in prima mēsura. quod aūt existit in quātitate est illud qđ nō dividitur secundū ꝙtitatē: & qđ existit in qualitate est illud qđ nō dividit in qualitate & præcipue substātiali. D. d. & ideo vnū est indiuisibile &c. i. aut secundū ꝙ est vnū indiuisibile in substātia: aut secundū ꝙ est vnū indiuisibile in ꝙtitate. Et in alia trāslatiōe. & ideo vnū est indiuisibile secundū ꝙ est simpliciter: ꝙ secundū ꝙ est vnū. Et intēdebat declarare ꝙ dimittere distinctionē huius nois vnum fuit causa in opinione opinantiū qđ vnū qđ est in quātitate discreta est substātia. & qđ est principiū entiū, & qđ numeri propter hoc sunt substātiæ. Et hoc etiā fuit causa in opinione Aui. qđ vnū quod est principiū numerorū est genus decē entiū ita qđ significāt accidens cōmuneis: quia ignorauit differentiā inter hoc nomē vnū qđ significat principiū numerorū: quod scilicet est in quātitate, & hoc nomen vnum quod est synonimum huic nomini ens.



M Aui. ignorauit qđ vnū ꝙ est principiū numerorū est aliud ab vno qđ est synonymū enti. Idē 4. me. cō. 3. & hic infra com. 8.

N

## CAPVT III.

SECVNDVM substātiā vero & naturā quæren dū est vtro modo se habeat quēadmodū in dubitatiōibus tractauim⁹ quid ꝙ vnū est, & quomodo oportet de eo suscipere: vtrū velut substātia aliqua existēte ipso vno: sicut ipsi pythagorici dicūt pri⁹, & Plato posterius. Aut magis supponitialiqua natura, & quomodo oporteat notius' dici & magis sicut qui de natura. Illorū em̄ alicuius amicitiā dixit esse ꝙ vnū: aliq; aere: alius infinitū. Si itaq; nullū vniuersaliū esse substantiā est possibile sicut in sermōibus de substātia & ente dictū est. Nec ipsum hæc substantia nisi vnū aliquid præter multa possibile est esse. Cōmune nāq; sed si vt prædicatū solū palā ꝙ neq; ipsum vnū. Nā ens & vnū vniuersaliter prædicātur maxime de omnibus. Quare nec genera naturæ quædā & substātiæ separabiles ab alijs sunt. Nec vnū genus cōtingit esse, ꝓpter ens causas ꝓpter quas quidē nec substātiā. Adhuc autem similiter in omnibus necesse est se habere. Secundū autē, substantiā & materiā perscrutemur quomodo est quēadmodū perscrutati sumus de quæstionibus difficilibus quid sit vnū, & vtrū. oportet existimare ipsum esse vnū: sicut substātia alicuius: sicut dixerūt Pythagorici & Plato post. aut est alia natura posita, & oportet cū hoc dicere sermonē magis clarū: vt dixerūt naturales. Quidā em̄ dixerūt ꝙ vnū est amicitia, & quidā finitū, & quidā infinitū. Sed si sit impossibile vt aliquod vniuersaliū sit substātia sicut dictū est in sermōibus de substātia, & qui dicti sunt de ente: ergo hoc nō est substātia etiā: quoniā impossibile est vt aliquid sit præter multitudinē: quia est cōmune. sed quia est dictū tantū. Ergo manifestū est ꝙ nō est substātia sicut vnū nō est etiā. Vnum enim & ens sunt prædicamenta vniuersalia magis, & dicūtur de omnibus. Ergo neq; genera naturaliter, neq; substātiæ abstractæ ab alijs etiā. Et impossibile est ergo vt vnū sit genus propter illas causas: neq; ens: neq; substantiæ sunt genera etiam necesse est vt omnia sint similiter.

6 ET cum sit declaratū qđ in vno quoq; generū est vnū qđ est primū in illo genere perscrutemur de natura vnius. Substātia quid sit sicut perscrutati sumus de quæstionibus difficilibus. D.d. & difficultas est quid sit vnū &c. id est, & difficultas est in hac quæstione scire vtrū vnū existit per se aliud a substātijs sensibilibus vt Pythagorici dicebāt de numero. & Plato de formis: aut ignificāt aliquā substātiā sensibilē: vt dicūt naturales esse ipsum ignē: aut aerem, aut aliquid mediū. Deinde dicit oportet cū hoc dicere &c. id est, & oportet ponere nostrā perscrutationē secundū sermonē manifestiorē in sermonibus antiquorū de principijs: quoniā sunt entia singularia nō vniuersalia: vt fecerūt naturales. Quidā enim dixerūt qđ principiū substātiæ est amicitia, & quidā dixerūt corpus vnitū. V.g. aerem aut aquā, & quidā dixerunt corpus infinitū. D.d. sed si sit impossibile &c. id est, & cū declaratū est in tractatu de substātia, & de generibus entis: quoniā impossibile est vt aliquod vniuersaliū sit substātia, manifestū est qđ vnū vniuersale nō est substātia. D.d. impossibile enī est vt aliquid sit præter multitudinē &c. id est, quia impossibile est vt aliqđ cōmune pluribus sit substantia nisi secūdū qđ est in anima tantū. D.d. manifestū est igitur qđ nō est substātia: sicut nō est vnū, id est, & est vniuersalia non sunt substātiæ: manifestū est qđ ens cōmune nō est substātia existēs extra animā: quēadmodū vnū cōmune nō est substātia. D.d. vnū enī & ens &c. id est, qm vnū & ens a prædicamenta sunt vniuersalia quæ nō habēt esse nisi in anima. Et dixit magis: quia hoc nomē ens dicit de pluribus eis: b de quibus dicitur hoc nomē vnū: vt cū dicitur de significato rei. D.d. ergo neq; genera &c. id est, & cū vniuersalia non sunt substātiæ: ergo neq; genera sunt etiā substātiæ. D.d. & impossibile est vt vnū sit genus, ꝓpter illas causas. a. ꝓpter illas causas ꝑ quas fuit impossibile vt vniuersalia essent substātiæ. D.d. neq; substātiæ sunt genera &c. i. quia genera sunt vniuersalia. D.d. & etiā necesse esset omnia esse similiter, id est, omnia vniuersalia siue fuerint vniuersalia substātiarum, aut vniuersalia accidentium.

a Vnum & ens sunt vniuersaliaq; nō habēt esse nisi in aīa. Idē. 7. met. 57. & quæ ibi.

b Hoc nomē ens dicitur de pluribus eis de q bus dicitur hoc nomen vnū, oppositū. 4. me. te. com. 5. infra hic in ti. sequenti.

Dicūtur autē æqualiter ens & vnū. Ergo quoniā in qualitatibus est aliquid ꝓpvnū & aliqua natura, & similiter in quātis palā qa & totaliter quærendū quid & ꝓpvnū. Quēadmodū & quid eos tanꝑ nō sufficiēs quod hoc ipsum ipsius natura. Atvero in coloribus est aliquid quod color vnus: pura albus. Deinde alīs ex hoc etiā nigrū vidētur geniti. Nigrū enī priuatio albi, & vt lucis tenebra: hoc enim est priuatio lucis: quare si entia essent colores: essent vtiq; numerus quidā entium: sed quorū palam vtiq; quia colorū & ipsum vnū esset vtiq; aliquid vnum: puta albū. Similiter aūt si melodiæ essent: numer⁹ vtiq; essent. Diesim equidē sed nō numerus substātia ipsorū. & ipsum vnū esset vtiq; aliquid cuius substātia nō ipsum vnū: sed diesis. Similiter autē & in sonis elementorū vtiq; essent entia numerus & ipsum vnū elementū vocale, & si figuræ recti lineæ figurarum vtiq; esset numerus, & ipsum vnū trigonū. Eadē autē ratio & in alīs generibus. Quare siquidem in passionibus & in qualitatibus, & in quātitatibus, & in motu numeris existentibus & vno aliquo in omnib⁹. Numerus est quorūdā & ipsum vnū aliquid vnū: sed nō hoc ipsius substātia & in substātijs necesse est similiter se habere. Similiter enī se habet in omnibus. Quod quidē igitur vnū in omni genere est quædā natura, & nullius natura hoc ipsum quod vnū palā. Sed sicut in coloribus colorē vnū quærendum ipsum quod vnū, sic in substantia substantiam vnam ipsum vnum.

P In omni genere est vna materia quę est metrum omnium in illo genere.

Et ens dicitur modis æqualibus modis vnius: cū igitur vnū est in qualitatibus, & est alia natura, & hoc est in qualitatibus etiā: manifestū est ꝙ oportet vniuersaliter quærere quid sit vnū sicut ens, & cū in cognitione quod est hoc nō est sufficientia: sed in coloribus vnus color vt albus alīs aūt vidētur generari ex hoc & ex nigro, & nigrū est priuatio albi: sicut obscuritas priuatio lucis: hæc igit priuatio est lucis. Ergo si entia essent colores: tūc entia haberēt numerū: sed aliquorū. Manifestū est igitur quod essent colores & vnū etiā secundū quod est vnū si fuerit vnū, vt albū. Et similiter etiam si entia essent numeri: tunc diesis esset numerus: sed nō componit ea substātia & vnū ergo quodlibet est aliquid habens substātiā nō vnū: sed diesis. Et similiter in neumatibus etiā si enti essent literę numerus eorum esset vna litera vocalis, & si essent figuræ rectarū linearū: tunc numerus figurarū esset figuræ, & vnū triagulus, & idem sermo est de alīs generibus etiā. Ergo si in passionibus & in qualitatibus & quantitatibus & in motu est numerus, & in omnibus vnū aliquod, & numerus est alicuius vnius etiam & nō est hoc in substātia: necesse est vt si similiter sit in substantia etiam. Hoc enim est consimile in omnibus. Manifestum est igitur quod vnum in quolibet genere est natura, & nō est hoc vnum natura alicuius eorum: sed sicut in coloribus quærere vnum colorem est vnum: similiter in substantia etiam: quærere vnam substantiam est vnum.

7 Et cum dicitur vnū modis æqualibus eis quibus dicitur hoc nomen ens: sed differūt secūdū modū & in qualitate est vnū indiuisibile per naturā, & similiter in quātitate: manifestū est qđ oportet quærere quid sit vnū in ente, & hoc declarādo quid sit vnū primū in substātia qđ est indiuisibile in eq. D.d. cū in cognitione &c. id est, cū nō sufficit scire ꝙ in substātia est aliquid tale: sed & scire quid est illud qđ est vnū in substātia. D.d. sed nō in coloribus &c. id est, apparet cū qđ in substātia est

Universidad de Deusto Biblioteca

Q. Documētū Non debet aliquis dicere qđ colores cōponūtur ex duobus, scilicet albo & nigro. vide oppositū. j. phi. cō. 56. &. 5. phi. 6. 19. & 32. com.

dispositio sicut dispositio in coloribus: quēadmodū igitur in coloribus est vnū indiuisibile secūdū qualitatē, & est illud ex quo cōponūtur alij colores scilicet albū aut in substātijs dicitur esse aliquod tale. Et nō debet aliquis dicere qđ colores cōponūtur ex duobus scilicet albo & nigro: quoniā nigrū est priuatio albēficut obscuritas est priuatio lucis, ergo in coloribus nō est principiū & mēsura nisi vnū. Deinde declarauit hoc & dixit: ergo scientiæ essent colores &c. id est. Verbi gratia, quod si omnia entia essent colores haberēt aliquē numerū qui esset numerus colorū, & nō numerus aliorū, & haberent vnū numerans scilicet vnū colorē. Verbi gratia, albū. Et cū dixit, sed aliquorū: intēdit: sed est albū numerus colorū nō numerus simpliciter: sed nec̄ numerus alterius naturæ. Deinde induxit aliud exēplū, & dixit, & similiter si entia essent neumata &c. id est, & tūc numerus esset numerus neumatum tātū, & diasis esset vnū numerās in eis. D. d. sed nō cōponūtur &c. id est, & tūc essentiæ fierēt ab vno qđ est substātia: nec̄ ab vno qđ est principiū quātitatis: sed ab vno qđ est diasis. D. d. ergo quolibet &c. id est, ergo entia fierēt ab aliquo qđ habet naturā & substātiā nō naturā vnius secūdū qđ est vnū: secūdā vnū qđ est diasis. D. induxit etiā aliud exēplū &. d. & similiter in neumatibus &c. id est, & si entia essent dictiones tūc vnū numerās esset litera vocalis, & illa litera esset principiū entiū, & similiter si entia essent figuræ: tūc vnū numerās esset triāgulus, & similiter cōtingit in alijs generibus entiū. D. d. ergo in passiōibus &c. & cū sit verificatum quod in passionū prædicamentis. & qualitatū, & quantitatum, & motus sunt numeri, & in omnibus est vnū quod est principium illius numeri, & est illud quod non videtur in illa natura. & hoc nō apparet sensui in substātijs: nec̄ vna istarū vnitatū est apta vt sit principium numerorū substātiæ: necesse est secundū hoc vt similiter sit in substātijs scilicet vt in eis sit vnū qđ est principiū numeri eorū, & principiū sui esse omne eū qđ est principiū esse est principiū numeri, & qđ est principiū numeri est principiū essendi: & eū cōtingit ex hoc in oībus generibus. Et hoc intēdebat cum. d. est enim simile in omnibus.

D. d. manifestū est igitur quod vnū in quolibet genere &c. id est, & cū hoc sit ita sicut apparet secūdū inductionē: manifestū est quod vnū in quolibet genere est alia natura simpliciter naturæ illius generis, vt vnū nō est natura alicuius eorū scilicet vnū vniuersale. D. d. & in coloribus sicut &c. id est, qđ est principiū esse substātiarū & principiū numeri earū quæ existit in substātia. Et intēdit qđ cū hunc fuerit iunctum qđ declaratū est in physicis scilicet hoc esse primū motorē æternū & absolutū ab omni materia, & declarauit posī q̄ hoc nō solūmodo est principiū tanq̄ motor: sed tanq̄ forma & finis declarabitur q. d. illud est vnū de quo declaratū fuit hoc quod est principium substātiæ: sicut est declaratū quod est actus vltimus cui non admiscetur potentia omnino.

R 8. phi. 78. & 79. primus motor est principiū tā q̄ motor &

Quia vero vnū significat aliqualiter vnum, & ens palā per assequi æqualiter cathegorias, & quia non sunt in vllo vna: vt nec̄ in quid est: nec̄ in quale: sed similiter se habet sicut ens, & per hoc quod vnus homo nō prædicat alterum ab homine, ali quid: quemadmodū necesse prēter quiddam quale, & quantū: & vni



& vni esse id quod vnicuiq; esse. Quoniam autem intentio vnius est eadem quoquomodo cum intentiōe entis manifestū est: quoniā modi consecutionis istorum ad prædicamenta sunt æquales: & quia essentia eorum non est vna: nec̄ alterum solū. Verbi gratia, quod vnū est in prædicamento quod dicit quid: & in qualitate non est vnum: sed simile sicut ens: & quia non additur prædicamento aliud. & vnus homo hominum: sicut nec̄ per essentiam prēter quale: aut vbi aut quātum: aut illud quod est essentia vnius etiam: est essentia cuiuslibet.

tanq̄ forma & finis. Idē 12. me. com. 5. & 6. & 36. 38. 41. 44. & j. & 2. ca. de substātia orbis.

Quoniā autem hoc nomen vnum & ens sunt synonyma: manifestum est ex hoc q̄ æqualiter diuiduntur prædicamēta secundū ea: q̄m sicut dicimus qđ ens diuiditur in substantiā: & quantū: & quale: & alia: ita dicimus quod vnum aliud est vnū in substātia: & ad quale: & sic de alijs. & hoc intendebat cū dicit quoniā modi consecutionis &c. Et Auicen. dicit quod ens & vnum significant intentionem additā essentiæ rei. Non enim opinatur q̄ res est ens per se: sed per dispositionem additam ei: vt dicimus aliquid esse albū. vnū igitur & ens apud ipsum significat accidens in re. Et iam diximus impossibilia contingentia huic positioni in alijs locis: & post cōtinget ei hoc scilicet quod illa dispositio: aut illud accidēs per vnum est vnum & ens. Ens autem est etiam vnum & ens per aliquod additum: aut per se. si per additum procedetur in infinitum. si per se, ergo concessum est aliquid esse vnū & ens per se. Sed deceperunt eum duo, scilicet quia opinabatur quod vnū quod est principium quantitatis est vnum quod est synonymum enti: & quia hoc vnum numeratur in accidentibus existimauit quod vnum quod significat omnia prædicamēta est accidēs. Et etiam fuit deceptus: quia ignorauit differentiam inter hoc nomen ens quod si generat genus & quod significat verum. Quod enim significat verum est actus: & quod significat genus significat vnum quodq; decem prædicamentorum multipliciter. Deinde dixit, & quia essentia eorum &c. id est & quia essentiæ & quiditates prædicamentorum sunt diuersæ: & non est in eis aliquod cōmune: ita quod vnū & ens sint tanq̄ genus. Quoniam si ita esset: tunc hoc nomen vnū non significaret illud quod significat in prædicamento substantiæ aut qualitatis aut quantitatis prima significatiōe & sinemedio: sed significaret quemadmodum hoc nomen genus significat species mediante aliquo communi. Deinde dixit, nec̄ alterū solū, id est nec̄ substātia illius ex eis quæ sunt in quolibet prædicamēto est substātia. Deinde dixit, sicut est vnū in prædicamēto qđ dicit qđ &c. i. sicut non inuenitur aliquid quod sit vnū cōmune prædicamēto substātiæ & qualitatis: & aliorū prædicamentorū: sed dicit de eis principaliter & secundario: sicut dicit hoc nomē eius. Et cum induxit has duas ratiōes super hoc quod hæc nomina vnum & ens significant vnam essentiam sed differunt secundum modum: induxit tertiā rationē. & dicit & quia non additur &c. i. & signū eius est q̄ cū aliquis dixerit de aliquo hoc est homō statim esse vnum hominē: & esse hominem: nihil aliud induxit diuersum ab eo nisi liget hoc nomen vnum per aliquod prædicamētorum. Verbi gratia,

8 S

Digressio cōtra Auic. de vno require in. 4. met. com. 3. Impugna. Cā prima erroris Auic.

T Cā secūda.

Ens & vnū significāt de esse prædicamenta sine medio vide consi. 12. meta. 19. & 20. com.

gratia, vt dicat q̄ est vnus in vbi: aut vn⁹ substantia: aut vnū quantū. & hoc intēdebat cū dicit & illud qd' est essentia vni⁹ essentiæ cuiuslibet.

Et nō intendit q̄ ista nomina vnū & ens sunt idē omnib⁹ modis: sed intendit q̄ significāt idē secundū subiectū: & diuersa secundū modū: & ideo decept⁹ fuit Auicē. cū dicit si hæc nomina vnū & ens essent synonyma cū hoc nomine res nō esset verū dicere rem esse vnā. Verbi gratia, & si vnus homo significaret hominē: tunc dicere istū hominē demonstratū esse vnū nō esset enunciabile compositū ex prædicamento & subiecto. sed dicere hominem esse vnum: esset sicut dicere hominē esse hominem.

Documentum. Hinc sumit prædicationē eiusdē de seipso ēē negatoriā. vide idē. 4. meta. com. 3.

## CAPVT IIII.

OPponuntur autē vnū & multa secundū plures modos quorū vnovnū & multitudo vt indiuisibile & diuisibile. qd qdē ēm diuisum: aut diuisibile multitudo quædā dicit. Indiuisibile verō aut nō diuisum vnū. Q̄m ergo quatuor modis oppositiones dicunē: & horū secundū priuationē dicit alterū: cōtraria vtiq; erūt: & neq; vt cōtradictio: neq; vt ad aliquid dicta. Dicit aūt ex cōtrario & ostē dit ipsum vnū ex diuisibili indiuisibile, ꝓpter magis sensibilē multitudinem esse & diuisibile quā indiuisibile. quare ratiōe prior multitudo indiuisibili propter sensum. Et etiā vnū & multū opponuntur sibi secundū situ: & multis modis. Et vn⁹ eorū est vnū & plura: vt diuisio & nō diuisio. Vnū enim eorū secundū quod diuidit dicit multū. Illud ēm quod nō diuiditur dicit vnū secundū quod non diuidit. Opposita igit in situ sunt quatuor modis: & vnus eorū dicitur secundū priuationē. Sunt igitur contraria: & non dicuntur de cōtrario esse sicut contradictoria: neq; sicut relatiua. Et etiam sicut vnum quod non diuiditur. Multitudo enim est magis sensibilis: & quod diuidit est magis sensibile quā illud quod non diuiditur. Ergo sermo de multo est ante sermonem de indiuisibili propter sensum.

V Multitudo vnitate sensibilior est.

9

IXtēdit per opposita secundū situ quatuor opposita. & vnū opponitur pluri magis q̄ secundū vnum modū modorū oppositorū quatuor. Deinde dixit, & vnū eorū est vnū: & multū vt diuisum & nō diuisum. vnum enim est indiuisibile. multū aūt diuisibile est: & hoc intendebat cū dicit vnū enim eorū &c. i. multū enim dicit illud qd' diuisit. vnū aūt secundū q̄ est vnū est illud qd' nō diuidit. ergo oppositā secundū situ &c. i. & cū dictū est in alijs locis q̄ opposita sunt quatuor modis affirmatiua & negatiua &c. manifestū est q̄ vnū opponitur plur secundū hunc modū, scilicet habitū priuationē. indiuisibilitas ēm est priuatio diuisibilitatis. Deinde dixit sunt igit contraria &c. id est multum igitur & vnum sunt contraria ea cōtrarietate: secundum quam sunt contraria priuatio & habitus. Et vocauit priuationem & habitum contraria: quia contraria vera reducuntur ad hoc genus. Deinde dixit

X Vnū & multa sūt opposita secundū priuationē & habitū.



dixit, & nō dicitur de cōtrario &c. i. & vnum & multum nō dicuntur opponi secundū q̄ opponuntur sibi cōtradictoria, scilicet affirmatiua & negatiua: neq; secundū q̄ opponunt sibi relatiua. Deinde dixit, & scitur vnū diuisibile &c. & vnum opponitur pluri secundū q̄ priuatio opponitur habitui. Et quia indiuisibilitas est priuatio diuisibilitatis: & diuisibilitas est quasi habitus. Deinde dedit causam in hoc q̄ diuisibilitas est manifestior indiuisibilitate. & dixit multū ēm est magis sensibile &c. i. & causa in hoc est: quia diuisibile est multum & manifestiꝰ singulari: & etiam diuisibile est maius indiuisibile: & maius est manifestius minori: ergo concedere multum est ante concedere indiuisibile: & dicit hoc ne aliquis dicat q̄ multum est priuatio vnitatis.

Est aūt vnus quidē sicut & in diuisiōe contrariorū descripsimus: idē: & simile: & æquale. Pluralitatis verō diuersum: & diuisibile: & inæquale. Dicto verō eodē multipliciter: vno quidē modo secundū numerū: quod dicimus aliquādo ipm: hoc autē si ratiōe & numero vnū sunt: vt tu tibiꝑsi. & specie, & materia: vnū. Amplius autem si ratio primæ substātiæ vna fuerit: vt æquales lineæ rectæ eædem: & æqualia: & isagonia: & terragonia: & etiā plura: sed in his æqualitas vnitas. Et sicut de scripsimus in diuisiōe contrariorū vnū habet idē: & sile: & æquale. Et multū habet diuersum: & dissimile: & inæquale. Cū igit dicitur idē multis modis: quorū vnus est numerus quem forte dicimus idē: & etiā si fuerit vnū per diffinitionem & numerū. Aut sicut illud quod dicitur idē secūdum formam & numerū etiā: & etiā si diffinitio quæ est substantiæ fuerit vna. Aut sicut dicit quod lineæ æquales sunt lineæ recte idē: & similiter figuræ quadrāgule æquales: q̄m anguli earū sunt æquales. Quoniā & si sint plures: sed tamen æqualitas in istis est vna.

Et iam numerauimus cum diximus propria oppositorum: & diximus quod idem & simile, id est in quo non est diuersitas secundū qualitatē: & æquale in quo non est additio neq; diminutio sunt propria vni: & quod oppositis istis, scilicet diuersum & dissimile & inæquale sunt propria pluri: vnū igitur opponitur pluri secundū istos modos. Deinde dixit, cū igit dicit idē multis modis. i. & quia iā prædixim⁹ q̄ idē dicit multis modis: necesse est vt vnū opponat pluri omnib⁹ istis modis. Quorū vnus est vt existimant quidā, scilicet q̄ entia non distinguuntur adinuicem nisi propter hoc quod sint numerus: & secundū hoc demonstratum est vnū: quia distinguitur per vnitatem numeralē quæ est ipm: & similiter multum demonstratum nō est multum nisi per multitudinē numeralem. ita q̄ hæc dictio duo demonstrata nō sunt duo nisi propter dualitatem numeralem: & ratiocinabantur ad hoc ex hoc qd' alij dixerunt, scilicet quod numerus est prior materialiter numeratis: & vnitas numeralis vno. Continuū autē videtur esse vnum per vltima terminantia: quoniam corpus terminatur a superficiebus: & superficies a lineis: & linea

10

Linea arcualis non pōt æqri lineę rectę neq; non rectæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Vide oppositū in prædicamētis vbi dicitur qua dratura circuli scibilis nōdum tamen scitam.

& lineæ a punctis. Deinde dicit. & etiā si fuerit vnū secundū diffinitionem &c.i. & dicit vnum aliud quod est vnum secundū formam & materiā: vt callias & demōstratus: quū forma eius est vna. s. indiuisibilis: & similiter materia eius. D.d. & etiā si diffinitio quæ est substātiæ &c.i. & etiā si ea quæ cōueniūt in diffinitione substātiali dicūtur vnū: vt dicit q̄ lineæ rectæ sunt æquales ecōtrario de lineis nō rectis cū nō rectis. Linea enī arcualis nō pōt æquali lineæ rectæ: neq; nō recta nō rectæ. D.d. & similiter figura &c.i. & similiter qui diffinit figuras rectorū angulorū: qa sunt illæ quæ habēt quatuor angulos æquales. D.d. quū si fuerint plures &c.i. quū figuræ habētes quatuor angulos rectos: & si habent plures species, tamē cōueniūt in hoc: quū anguli earū sunt æquales: & similiter lineæ rectæ: & si habēt plures species: tamen cōueniūt in hoc q̄ recipiūt æqualitatē.

Similia verō si non sint eadem simpliciter entia: nec secundum substātiam in differētia subiectiua: sed si secūdū speciem eadē sint: vt maius terragonum minori simile: & inæquales rectæ. Hæ namq; similes quidem: eædem verō simpliciter non. Alia si eandem speciem habentia in quibus maius & minus sit: nec maius sit nec minus. Alia si sit eadē passio & vna species vt albū valde & minus: similia dicūtur esse, quia vna species ipsorū. Alia si plura habēt eadē q̄ altera: aut simpliciter aut quæ in prōpto: vt stannū argēto: vel auro ignis: aut rubicundū: aut russum. Quare palā q̄ diuersum & dissimile multipliciter dicitur, & hoc quidē aliud oppositæ & idem. Propter qđ omne ad omne aut idem aut aliud hoc autem: si non & materia & ratio est vna. Quapropter & tu & propinquus diuersus. Tertiū aūt vt quæ in mathematicis. Diuersum quidem igitur aut idē per hoc ad omne dicitur quæcunq; dicūtur & vnū & ens. nō enim cōtradictio est ciusdē. Quapropter non dicitur in non entibus: nō idē aūt dicit. In entibus verō omnibus dicitur. Aut enim vnū aut nō vnum aptū natū & ens & vnum. Diuersum quidē igitur & idem ita opponuntur. Et dicuntur consimilia cū non fuerint idē simpliciter & nō fuerint non diuersa per lineam compositā secundū formā: & fuerint idē. V. gratia q̄ quadrangulus maior est consimilis quadrāgulo minori & lineæ quæ sunt nō æquales etiā sunt cōsimiles. illa autem quæ sunt idem nō simpliciter: sed habēt formā quæ est eadem: & est in eis magis & minus cum nō fuerit magis & minus. Et quædā cū fuerit passio eadem in forma: vt albū valde: & minus dicūtur cōsimilia: quia forma eorū semp est vna. Et quædam cū in eis fuerint idē magis quā diuersa: aut simpliciter: aut facilis esse: aut stannū argēto & auro: qa est russum & igneū. Ergo manifestū est qđ diuersum etiā & dissimile dicūtur multis modis: & q̄ aliud & idem

Y Oē ad oē aut idē, aut aliud.



idē dīr secūdū opinionē in situ, & ideo omne dicit aut idē aut aliud. Et quędā qñ materia & diffinitio nō fuerint vnū, & ideo cōpositū etiā est diuersum. Et tertiū sicut illud quod est in mathematicis. Diuersum eñ aut idē propter hoc vtrūq; in respectu vnius cuiusq; aliorū, & sunt oīa quę dīr vnū & ens. Nō eñ cōtradictoria est idē. & ideo nō dīr in eis quæ nō sunt nō idem aut dīr, in oīb⁹ verō entib⁹ dīr. Vnū eñ aut erit vnū naturalr, aut nō erit. Vnū eñ dīr de ente naturalr, et de ente p accīs. i. vnum artificiatū. sicut scamnū, aut erit vnū naturaliter, aut nō erit, & ens vnū et diuersum idem secūdū hoc opponuntur sibi in situ.

Cum declarauit q̄ vnum & multum opponuntur secundum oppositionem eiusdem & diuersi & similis & dissimilis, & declarauit secūdū quot modos opponuntur simile & dissimile. Et dicit, & dicunt consimilia &c. id est, & dicuntur consimilia cum non fuerint idem secundum formam, neq; etiam fuerint diuersa secundum formas per diuersitatem linearū ex quibus componūtur vt diuersitas trianguli a quadrato. D.d. exemplum &c.d. V.g. quia quadrangulus maior & minor qui sunt consimiles in forma & in alia translatione. V.g. qñ quadrangulus magnus est similis quadrangulo paruo. id est, quorum figuræ proportionales non sunt eædem. V.g. qñ duo quadranguli æquales dicuntur esse idem, & non dicuntur esse consimiles, & similiter non dicitur q̄ quadrāgulus & figura oblonga rectorum angulorum & æqualium laterū sunt consimiles. D.d. & lineæ quæ sunt inæquales, id est, & lineæ rectæ non æquales in illis figuris consimilibus sunt etiam consimiles, id est, proportionales. D.d. quæ aūt secundū eadem simpliciter &c. id est, & dicuntur proportionalia illa quæ conueniunt in forma nō simpliciter, sed conueniunt in forma secundū magis & minus. D.d. & quædam qñ passio &c. id est, & dicunt consimilia illa quorū passiones, id est, qualitates sunt eædem in forma, sed diuersantur secūdum magis & minus. Dicunt eñ cōsimilia alio modo a primo, qñ subiecta diuersant secundū magis & minus secundū accidētia, & illa diuersantur secundū magis & minus in hoc q̄ sunt vt decem prædicamēta. D.d. & quædam qñ in eis &c. id est, & dicunt cōsimilia illa in quib⁹ dispositiones cōuenientes sunt magis quam diuersæ aut simpliciter, aut quia possunt esse per artificiū cōuenientia in plurib⁹ dispositionib⁹ leuiter & facile vt stannū & argentū, qñ per artificiū possunt esse cōuenientia in pluribus dispositionib⁹, ita q̄ existimabit stannū esse argētū, & similiter cuprum cū auro. D.d. ergo manifestū est q̄ diuersum &c. id est, & cum diuersum opponit eidē, & idē dicit multipliciter, manifestū est etiā q̄ diuersum dicit multipliciter, & similiter cōsimile dicit multipliciter, manifestū est q̄ dissimile dicit multipliciter. D.d. & aliud aūt & idē &c. id est, & diuersum aūt & idē sunt oppolita secūdū positionē. s. q̄ cū alterū ponit auferr reliquū. D.d. & quædā cū materia & diffinitio nō fuerit ea dē. id est, & quædā dīr diuersa qñ diuersantur in materia & forma, & hoc est oppositū endē. s. vno in materia & forma. D.d. & ideo oppositū etiā est diuersum. i. & ideo oppositū huic mōvni⁹ est nō, vni⁹. Et itēdit

quod

q̄ iste modus non diuiditur in verū & falsum, nisi inter duo existentia.

D.d.& tertiū est sicut illud quod est in mathematicis, id est, & tertiꝰ modus in quo inuenitur iste modus positus. ſ idem & diuersum est illud quod est in mathematicis, vt dicimus simul aut dissimile. D.d. diuersum autē & idem propter hōc &c. id est, & ideo diuersum & idē non opponuntur nisi inter duo existentia qū comparatur vnū & alterū.

D.d.& est omne quod dicitur vnū & ens, id est, vnū aūt quod est synonymū est ente nō opponitur ei quod est nō vnū, qū diuersum est illud quod dicitur in respectu vnius ad vnū, & ideo nō opponuntur vni hoc quod dicitur hoc nomē ens, cū dicimus aut est ens, aut non est ens, sed opponit omne quod est præter illud de entibus vt dicimus, aut est vnū aut multū. Et cū.d.q̄ vnū quod est synonymū cū ente opponit multo. D.d.causam in hoc,&.d.qū vnū, aut est vnū naturaliter aut multū, qm omne vnū aut est vnū naturaliter aut multa, vnū enim per artificium vt scamnum est multum, quia est vnū per accidēs, & vnum per accidens, & vnum per accidens est multū, & ideo diuidit verum & falsum de omni dicere secundum hoc significatū huius nominis vnū, aut est vnum aut multū, ſcānum em̄ est multū nō vnum naturaliter. D.d. & ens vnum.i. naturaliter. D.d.& diuersum & idem &c.i. & idem & diuersum secundū hoc opponuntur sibi perfecta oppositione cōtrario de eodem & diuerso quæ dicuntur in respectu alicuius ad aliud vnum.

Scamnū est multum nō vnū naturaliter. vide supra.c.j.

Differentia verò & diuersitas aliūde. Diuersum enim & à quo est diuersum non necesse aliquo esse diuersum. Omne nāque aut diuersum aut idem quodcūq̄ est ens differens verò ab aliquo sane differt. Quare necesse ipsum idem aliquid esse quo differunt. Hoc autem idem ipsum genus aut species. Omne nāque differēs differt aut genere aut specie. Genere quidem quorum non est communis materia, nec generatio adinuicem: vt quorumcunq̄ alia figura cathegoriæ. Specie verò quorum idē est genus, dicitur autem genus secundum quod ambo idem dicuntur secundum substantiam differentia.

A

Quæ genere differentia. Quæ specie differentia.

Diuersitas autem & alietas alio modo. Quoniā diuersum: & illud cuius est diuersum non est necesse vt sit diuersum à re. Omne enim ens aut est diuersum aut idem. Quæ aūt differūt ab aliquo, per aliquid differunt. Ergo est necesse vt sit aliquid idem per quod non differt, & hoc est genus aut forma. Omne enim differens differt per genus aut formam. Per genus autem illa quæ non habent medium materiam communē neq; gerentur ex inuicem, vt omnia quorum figura prædicamenti est aliud. Per formam verò illa quorū est genus idem. Et dicitur genus illud quod est idem per substantiam omnia diuersa.

12 Diuersa aūt & non diuersa opponuntur sibi alio modo ab eo secūdū quē opponit idē. D. incepit dare differētiā &.d. diuersum em̄ &c. id est, diuersum qđ opponit eidē nō est de capitulo ad aliqd, ita q̄ si diuersum ab aliquo vt differens est differens ab aliquo & conueniens, conueniens alicui. Deinde dicit omne ens &c. id est, omnia enim duo entia aut sunt diuersa aut idem. Deinde dicit, illud autem quod differt &c. id est, & quia differens differt per aliquid necesse est vt illud quod non differt conueniat cum illo per quod fuit differentia, & vt illud in quo conuenit sit illud per quod differt. Si igitur aliqua conuenientia conueniunt secundum genus, aut secundum formam, necesse est vt illa quę differunt, differant aut secundum genus, aut secundum formam. Deinde dicit, secundum autem genus illa quæ non habent &c. id est, & illa quæ differunt secundum genus sunt illa quæ non habēt materiam communē neq; transmutantur adinuicē. D.d. hoc quia illa quæ transmutantur adinuicē habent materiā cōmunē. D.d. vt omnia quorū figura prædicamēti est alia, id est, vt omnia quæ sunt sub diuersis prædicamentis, vt linea, & album. Ista em̄ nō cōueniunt in aliquo genere, quia vnū & ens non sunt genera vera, & ideo non transmutantur adinuicē. D.d. & per formā vero &c. id est, illa em̄ quę differunt per differentias formales sunt illa quorū genus vnū. D. descripsit ipsum genus, &.d. dicitur genus &c. i. & dicit gen⁹ illud qđ est prædicabile de diuersis scīm q̄ est vnū quodq̄ eorū. Ista em̄ est dispositio prædicabilis substantialis.

Illa quę trāsmutātur ad inuicē hāt materiā cōmunē. Idem primo de generatiōe. 43 &.53.

B

Hinc sumi solet diffinitio cōtrario rum.

Contraria verò differentia sunt, & contrarietas est differētia quædam. Quod autem hoc bene supponimus palam ex inductione, quia enim differentia & eadem videntur & nō solum diuersa entia. Sed hæc quidem genere diuersa. hæc autem in eadem copulatione cathegoriæ, quare in eodem genere & in eadem specie. Determinatum etiam autem in alīs quę sunt genere eadem aut diuersa.

## CAPVT V.

QVoniam autem differre contingit abinuicem differentia plus & minus, est aliqua maxima differētia. Et hanc dico contrarietatem. Quia verò maxima est differentia palam ex inductione, & genere nāq̄ differentia non habent viam inuicem, sed distant magis & incomparabiliter. Differentibus verò speciē generationis ex contrariis sunt vt vltimis. Vltimorum verò distantia maxima est. Quare & quæ contrariorum. At verò maximum in vnoquoq̄ genere perfectum. Maximum enim cuius non est excessus. Et perfectum cuius non est adhuc extra sumere aliquid possibile, finem enim habet perfecta differentia sicut & alia, eo q̄ finem habeant perfecta dicuntur. Nihil autem extra finem. Vltimum autem in omni, & continet. Propter quod nihil extra finem, nec eget aliquo quod est perfectum.

C

Maximum in vnoquoque genere est pfectum

Quoniam aūt & contrarietas, est aliqua diuersitas, manifestum est ex sequentibus q̄ bene fuit hoc positū, omnia em̄ videntur esse differentia & non illa quæ sunt diuersa tantum. Sed

Universidad de Deusto
Biblioteca



quædam sunt diuersa secūdū genus,& quædā per ordinē vni⁹ prædicamēti. Ergo sunt in eodē genere,& sunt eadē secūdū genus. Et determinatū in alijs locis quæ sunt secūdū genus idem aut diuersa. Et cū possibile est vt differūt abinuicem differētia maiori & in minori,manifestum est ꝙ aliqua differētia maxima est,qm̄ illa quæ differūt secūdum genus impossibile est vt sint ex inuicem,sed distāt magis,& nō cōueniūt. Illa aūt quæ differūt secūdū formā generanf ex cōtrarijs,quia sunt maiora, & distantia aliarū rerū est maxima distātia,ergo distātia contrariorū est,sed maximū in quolibet gñe est perfectum. Maximum enim est illud cui non est additio. Perfectum verò extra quod nihil est. Diuersitas em̄ habet perfectionē, sicut alia etiā dicunt perfecta quæ habent complementū,& nihil est cōtinēs extra perfectionē vltimū,sicut ens,& est continens,& ideo nihil est extra perfectionem, & perfectio nulla indiget omīno.

D Maximum quid. Perfectum quid.

83 QVorum aūt bene posuimus ꝙ cōtraria & contrarietas est alia differentia manifestum est ex sermone sequenti,scilicet ex inductione. D.d.omnia enim videntur &c. id est,apparet enim ꝙ omnia quæ dicuntur esse differentia & non conuenientia non dicitur hoc in illis quæ sunt differentia simpliciter,sed in eis quæ sunt differētia aut secundū gen⁹,aut diuersa secūdū formā tm̄,sed quędā secūdū gen⁹,& qdā secūdū formā. D.d.ergo sunt in eodē gñe &c.i.ergo illa quæ sunt differētia sunt quæ non conueniunt in eodem genere,& quæ sunt conuenientia conuenūt in eodē gñe. D.d.& determinatū est in alijs.i.& distinctū est superius modi rerū quæ sunt eadē secūdū gen⁹,aut diuersæ secūdū gen⁹. D.d.cū igit̄ pos̄ est &c.i. & pos̄ est vt res differāt abinuicē magna dſia & parua,manifestū est ꝙ dſia quæ est in fine est maxima dſia. D.d.qm̄ illa quæ differūt secūdū gen⁹ &c.i.illa vero quæ differūt in gñe nō agūt in se inuicē neq; sunt cōtraria,sed distant abinuicē & in rei veritate nō sunt dſia,dſia em̄ agūt in seinuicē,illa vero quę differūt secūdum formā aut sunt cōtraria,aut sunt illa quorū gñatio est ex cōtrarijs,& sunt cōtraria quæ cōtraria sunt maioris distātiæ inesse quē admodū illa quæ sunt dſia prima in loco sunt illa quorū distātia est maxima. Et debes scire ꝙ hæc diffinitio est cōtrariorū ,ppter cōtrarietatē quæ est in loco.distātia em̄ in loco est maxima.s. cētri ad circūferentiā,& ista distātia est causa in cōtrarietate substātiarū corporū ,pprior rū in istis locis.& ideo dictū est in diffinitiōe cōtrariorū simplr ꝙ sunt illa inter quæ est distātia in esse maxima. D.d.sed maximū &c.i. li distātia maxima in quolibet gñe.i.distātia in loco & distātia in qualitate & forma est pfecta. D.d.maximū cū est illud cui nō est additio.i.& illud cui nō est additio.i.& illud cui nō pōt fieri additio est cōplemētū. D.d.& cōplemētū est extra qđ nihil est.i.& illud extra quod nihil est, est cōplemētū.ergo distātia quę est inter res cōtrarias & differētes est distātia cōplera. D.d.& est cōtinēs.i.cōpletū,& ideo nihil est extra cōplētū,id est,ꝙ est cōtinēs & cōpletum nullo indiget omo.i.nullo additō.

Documētū. Idē.5.meta. com.4. Cōtrarietas in loco est causa in cōtrarietate substātiarū corporū ,priorū illis

Quod



Quod quidē ergo contrarietas est differentia perfecta:ex his palam.Multipliciter autem dictis contrarijs sequetur qđ perfecte ita sicut vtiq; quod est contrarijs esse extiterit ipsis.His autē entibus palam ꝙ non contingit vni plura contraria esse. Nec enim vltimo vlterius.Et erit vtiq; aliquid.Nec distantiæ vnius plura sunt quā duo vltima.Totaliter autem si est contrarietas differentia:differētia verò duorū:quare & perfecta.Necesse autem & alios terminos esse veros contrariorum.Etenim pluribus differt perfecta differentia.Genere autem differētibus nō est magis extra accipere his quæ specie.Ostensum est enim qa ad ea quæ sunt extra genus nō est differētia.Horum autem hæc maxima.Et in eodem genere plurimum differentia contraria: maxima nāq; differentia horum quæ perfecta: & quæ in eodē susceptibili plurimum differentia.eadem enim est materia contrarijs:& quæ sub eadem potentia plurimū differentia:etenim scientia circa vnum genus quæ vna:in quibus perfecta differentia maxima. Quoniam autem differentia completa contrarietas est manifestum est ex istis:& cum contraria dicunt multis modis accidit eis vt sint completa hoc modo: secundum ꝙ est eis essentia vt sint contraria etiam ; & cum omnia ista sint, manifestum est qđ impossibile est vt vnum habeat multa contraria. Nullum enim est magis posterius quā postremum : & vna dimensio non habet plus quam duo vltima:& vniuersaliter si diuersitas est differentia & diuersitas est duorū:ergo & cōplementū etiā:& necesse est etiā diffinitiones cōtrariorum nostremæ sint veræ: diuersitas enim completa habet diuersitatē maximam. impos̄ est enim vt aliquid sit magis distās in diuersis secundū genus & formam. Declaratum est igitur qđ diuersitas nō est in eis quæ sunt extra genus: & quod hoc in eis est maximū:& qđ maxime diuersa in vno genere sunt cōtraria.diuersitas enim maxima in istis est diuersitas completa: & etiā diuersitas maxima diuersitate quæ sunt in eodem genere. Quoniam materia est eadē cōtrariorū:& quæ sunt in eadē potentia sunt diuersitate maxima diuersa.Eadē enim scientia est in eodē genere:& in eis est completa diuersitas & maxima.

locisopp.5° phy.cō.10.

E Vbi nō cōcedit cōtrarietatē aliquā i substātijs. Nō contingit vni plura contraria esse.

F Eadem est materia cōtrarijs.

Manifestum est igitur ex sermonibus prædictis.s.ꝙ diuersitas quæ est in cōtrarietate est diuersitas cui impossibile est addere in illo genere esse, ꝙ vt aliquid illius generis sit extra illud : & quod est tale est completum in distantia:ergo contrarietas est diuersitas cōpleta. Deinde dicit & cum contraria dicuntur &c.idest & cū sit declaratum quod cōtrarie-

1 4

tas est

Universidad de Deusto
Biblioteca



tus est diuersitas cõpleta secundũ q̃ est cõtrarietas. Cõtraria aũt dicũtur multis modis: vt dictũ est superius: manifestũ est q̃ diuersitas inter modos eorum debet esse completa secundũ essentiã cõtrarij secundũ q̃ est cõtrarium qm̃ si fuerit in loco: tunc diuersitas in loco erit perfecta: & si fuerit in forma tũc diuersitas in forma erit completa: & si sunt in qualitate erit completa. Et cũ declarauit hoc: incæpit declarare q̃ cõtrariũ vnũ habet cõtrariũ: & hoc vtik in cælo & mũdo tã q̃ sumpto &c. d. & cũ ita sit manifestũ &c. & hoc intellectũ est p se. D. d. demõstrationẽ: & d. qm̃ nõ aliqd erit &c. i. qm̃ positũ est q̃ cõtrariũ est in extremo vltimo distãtiæ: & vltimũ nõ est nisi vnũ quãdmodũ & primũ: & ideo. d. & distãtia nõ habet plura q̃ duo. f. q̃ duo vltima. f. principiũ & finẽ. D. d. & vlr &c. i. & vlr si cõtrarietas est diuersitas: & diuersitas est duorum: manifestũ est q̃ diuersitas eorũ est cõpleta. D. d. & necesse est etiã &c. i. manifestũ est ex hoc sermone q̃ diffinitio cõtrariorũ conuenit diuersis: maxime in eodẽ gñe: cõtraria em̃ sunt illa quorũ diuersitas est cõpleta: & diuersitas cõpleta est posit̃ nõ est maior: & nulla diuersitas est maior q̃ illa quæ sunt i eodẽ gñe: qm̃ inter illa quæ sunt diuersa sec'm gen⁹ & formã nõ iuenit magis distãs & magis ppinquũ. f. qm̃ iter ista a nõ accidit cõparatio sicut nõ accidit mẽsura iter diuersas magnitudines in gñe. D. d. declaratũ est igit &c. a. declaratũ est igit q̃ nõ inuenit diuersitas cõpleta in eis quæ nõ sunt in eodẽ gñe: qm̃ diuersitas quæ est inter illa est maxima: & est declaratũ etiã q̃ illa quę maxime differũt i eodẽ sunt cõtraria: & est cõtrario sermoni dicẽti q̃ cõtraria sunt i eodẽ gñe: & q̃ sunt maxime dñia in illo gñe. D. d. & etiã dñia &c. i. & etiã est declaratũ q̃ illa quæ maxime differũt sunt in eodẽ gñe: & q̃ dñia eorũ est cõpleta. D. d. materia enim eorũ contrariorum &c. i. & significat quod illa quæ sunt in eodẽ genere sunt cõtraria hic quod materia recipit contraria: & quod illa quæ sunt in potentia in eodem loco sunt diuersa maxima diuersitate: & ideo eadem est scientia contrariorum.

Primo cæ. text. c. 10.

G a Inter illa quæ sunt diuersorum generum nõ accidit comparatio. Idẽ 7. phy. tex. com. 27.

## CAPVT VI.

H Contradictiõis nihil est medium.

PRima verò cõtrarietas habitus & priuatio est: sed nõ oĩs priuatio. Multip̃r em̃ dicit priuatio: sed quæ cũq; pfecta fuerit. Alia aũt cõtraria secũdũ hoc dicẽtur: hoc qdẽ p habere: illa verò p facere aut factiua esse. Alia aũt p acceptiones esse & abiectiones horũ: aut aliorũ cõtrariorũ. Si ergo opponũtur cõtradictio priuatio & cõtrarietas: & ad aliqd. Horũ aũt primũ cõtradictio. Cõtradictiõis autem nihil est mediũ. Cõtrariorũ aũt cõtingit. Q̃d qdẽ nõ idẽ cõtradictio & cõtraria palã. Priuatio verò cõtradictio quædã est: aut em̃ qd impossẽ totaliter habere: aut si q̃ aptũ natũ habere nõ habeat priuatũ: aut totaliter: aut aliqualiter determinatũ est. Multip̃r em̃ iam hoc dicimus: sicut diuisum est à nobis in alijs. Ergo priuatio quædam est contradictio: aut in potẽtia determinata: aut concepta cum susceptiuo. Quapropter cõtradictionis



ctionis quidem non est medium: sed priuationis alicuius est. Aequale nãq; aut non æquale omne. Aequale verò aut inæquale nõ omne: nisi solum susceptiuo æqualitatis. Et prima cõtrarietas est habitus & priuatio: & nõ oĩs priuatio: qm̃ priuatio dicit multis modis: sed illa quæ est perfecta. Alia verò contraria talia dicũtur de talibus istis: quædã em̃ qa habẽt: & quæ dã qa agũt: & qa habẽt agẽtia: & quædã qa sunt diminutio: & etiã ista & alia cõtraria. Et si opponũtur secũdm oppositionẽ cõtradictoria: & cõtraria: & priuatiua: & relatiua: & cõtradictoria sunt prima istorũ: & nullũ mediũ est cõtradictoriorũ. Contraria verò possunt habere mediũ. Manifestũ est igit q̃ contradictoria & cõtraria nõ sunt idẽ. Priuatio autẽ est contradictio quoqũo: qm̃ si illud qd nõ habet potẽtiã vt oĩno sit & illud qd nõ habet istud q̃ naturaliter debet habere est priuatio: aut vtraut aliquomodo singulari. Qm̃ hoc dicitur multis modis: sicut diximus in alijs locis. Ergo priuatio est cõtradictoria quæ distincta est sine potentia accepta cum recipiente: & ideo non est medium inter contradictoria. Alia autem priuatio non habet medium. Aequale verò illud quod nõ est æquale. Aequale verò totum æquale non totum: sed si fuerit in receptione æqualis.

15 I Omnia contraria opponuntur secũdum priuationẽ & habitum quia vilius cõtrariorum est sicut priuatio pfectioris. Idem supra com. 9. & 1. c. 7. & 2. ph. cõ. 15. & 3. ph. cõ. 5. Et primo de generatiõe. cõ. 18. & 2. ce. cõ. 18. & 4. met. t. com.

ET prima contrarietas &c. & d. hoc quia opposita secundũ habitum & priuationem præcedunt naturaliter opposita secundum contrarietatem. Omnia enim contraria opponuntur secundum priuationẽ habitum: quia vilius contrariorum accidit ei vt sit p. fectioris priuatio. & declaratum est in physicis q̃ prima cõtrarietas est priuatio & forma. D. d. & non est omnis priuatio &c. idest sed non omnis priuatio & habitus præcedunt contraria: sed priuatio quæ est pura priuatio & non coniuncta cum esse oĩno. D. d. alia vero cõtraria &c. i. alia vero cõtraria dicunt cõtraria qa pẽdẽt ex istis cõtrarijs descriptis: quoniam quædam dicuntur contraria: quia habent aliquid de intentione verorum contrariorum: quædam dicuntur contraria quia sunt acta a contrarijs: & quædam quia sunt agentia contraria. Deinde dicit & quædam quia est diminutio. i. & quædam dicuntur contraria: quia alterum eorum est completus habitus: & alterum diminutus.

Deinde. d. & etiam ista & alia contraria. idest ista igitur est dispositio cõtrariorum de quibus induximus exemplũ superius: & alia contraria sunt quæ non diximus. D. d. & si opponuntur secundũ oppositionẽ &c. i. & cũ oppositæ completæ sint quatuor vt descriptum est in alijs locis: contradictoria illorum sunt magis oppositæ & prima in hoc: & hoc declaratum est in vltimo capitulo Perihermenias. Deinde incæpit dare differentiam in hoc &. d. & non est mediũ contradictoriorum. i. & affirmatiua & negatiua differũt a cõtrarijs: quia affirmatiua & negatiua nõ habẽt mediũ: & quædã contraria habẽt: ergo manifestum est q̃ contradictio-

Universidad de Deusto
Biblioteca



27. Idē hic t. seq. Priuatio & habit' nō diuidunt verū & falsum nisi qñ subiect' eorū fuerit terminatū: secus de cōtradicio. rijs. idem in post prædicamētis. & 5. met. com. 27. & 1. ce. 129. & 3. pa. cō. 4. & 4. phyſi. 109. Idēdic in cō. sequēti.

tradictoria & cōtraria nō sunt eadē. D.d. priuatio aūt est cōtradictoria quoquo modo: & dicit hic: quia priuatio & habitus nō diuidūt verū & falsum: nisi qñ subiectū eorū fuerit ens: aut terminatum contradictoria vero diuidūt verū & falsum siue subiectū fuerit siue nō vt declaratū est in logica. Deinde incæpit dare differentiā inter illā & cōtradictoriā & dicit qm̄ si illud quod nō habet potentiā &c. i. & priuatio est cōtradictio quoquo modo: quia qñqz non priuatur ab aliquo illud quod nō habet potētiā vt ūt in cane rationalitas ab asino: & quādoqz priuat ab aliquo illud qd̄ naturaliter habet aut simpliciter & in omni tpe: vt ętas in hoīe a principio natiuitatis: aut in aliquo tēpore vt barba in puero. Priuatio enim dicitur multis modis: & necesse est in omnib⁹ recipiēs esse: & ideo dicit ergo priuatio est negatio in qua nō est potentia ad affirmationē cū fuerit accepta cū proprio accipiēte. Deinde dixit & ideo nō est medium &c. i. & ideo causa in hoc qz cōtradictoria nō habet medium est: quia cōtradictio est priuatio nō in recipiēte proprio. Priuatio aūt & habitus habent simile medio qñ prædicant de alio a proprio recipiēte: qñ tūc falsant ambo.

D.d. exemplū & dicit qñ æquale &c. V.g. æquale & inæquale in albo enim falsant ambo. æquale & inæquale. D.d. æquale vero totū &c. i. æquale vero & inæquale qñ prædicant de subiecto ꝓprio. s. magnitudinibus diuidunt verum & falsum qñ accipitur oppositū æquale & inæquale diuiditur enim verū & falsum. dicere enim quod ista linea est aut æqualis illi: aut inæqualis: sed si fuerit declaratum quod est non æqualis diuiditur etiam in magnum & paruum. diuisio enim perfecta est dicere quod ista linea est æqualis: aut maior aut minor.

L

Ois cōtrarietas habet priuationē alterius cōtrariorū sed nō sic oꝑa.

Si itaqz generationes ipsi materiæ ex contrarijs fiunt: aut ex specie & ex specie habitu: aut priuatione aliqua specie & formæ palā: quia contrarietas priuatio quædam & vtiqz omnis. Priuatio verò non omnis forsan cōtrarietas. Causa verò quia multipliciter cōtingit priuari priuatum. ex quibus enim permutationes extremis cōtraria. Palam autem & per inductionem. Omnis enim contrarietas habet priuationem alterius contrariorum: sed non similiter omni. Non inæqualitas æqualitatis: dissimilitudo similitudinis: & malitia virtutis. Differt autem vt dictū est: hoc quidem enim si solum priuatum: hoc autē si est: aut quando: aut in quo: vt si ętate aliqua aut principali aut oīno. Quapropter horū quidē est medium: sed neqz bonꝰ homo nec malus: aliorum verò non est. Sed necesse est esse: aut parem: aut imparem. Amplius alia quidem habent suppositū determinatū: alia aurē non. Quare palā quia semper alterū cōtrariorū dicitur secundū priuationē. Et generationes in materia sunt ex contrarijs: & generantur: aut forma & ex habitu formæ: aut ex aliqua priuatione formæ: manifestum est quod contraria omnia erunt priuatio verò non erit neqz omnia cō





traria, & causa in hoc est quia possibile priuatum priuari multis modis. Ista enim contraria sunt ex alijs ex quibus sunt trāsmutatiōes, & hoc manifestum est ex sermone sequēti. Omnia enim cōtraria habent priuationē alterū contrariorū. Sed nō est simile in omnibus: quoniā inæqualitas ętatis est, æqualitas, & dissimilitudinis similitudo, & prauitas studiositatis, & diuersantur sicut dictū est. Vnum vero quando fuerit priuatum tantū, & aliud quando in aliquo tēpore fuerit alicuius: sicut est aliquis in aliquo tempore ętatis: aut modo dominanti in natura totius. Et ideo quædā habent mediū, & est homo non bonus, aut malus. Sed & in quibusdam non est: sed impar: aut par, & etiā in quibusdā est subiectum terminatum & in quibusdam non: ergo manifestum est quod semper alterū contrariorū est modo priuatio, & quod hoc necesse est.

16

Id est, si generatio est in materia inter cōtraria. & omnis generatio est ex forma cōpleta in formā diminutā aut econuerso & generatio est ex cōtrarijs: manifestū est qd̄ in altero cōtrariorū est priuatio, & nō omne in quo est priuatio est cōtrariū. D.d. priuatio vero &c. id est, sed nō de necessitate omnis priuatio est cōtrariū. D.d. quoniā quædā priuationes sunt in quibus nō est contrarietas scilicet cū plurimæ priuationes. Et causa in hoc est: quoniā in omni priuatione nō est cōtrariū quoniā priuatio: aut est priuatio secundū totū: aut est priuatio quia caret perfectione tantū. D.d. ista enim &c. id est, & causa in hoc qd̄ cū cōtrarijs admisceatur aliqua priuatio est: quia sunt ex principijs cōtrarietatis ex qua fit generatio simpliciter scilicet quæ sunt forma & priuatio, & hoc est manifestū etiā ex inductione scilicet qd̄ alterū omniū cōtrariorū est priuatio nigrū vero quoquo modo est priuatio albi. & similiter calidū & frigidū, & leue & graue. D.d. sed nō est simile in oībus &c. id est, sed habitus & priuatio quæ est in altero cōtrariorū nō est similis in omnibus modis cōtrariorū, & inæqualitas enim opponitur ęqualitati, & dissimilitudo similitudini, & qd̄ opponitur prauitati est studiositas. Et cū ista sint diuersa secundū sua cōtraria: ergo & priuationes coniunctæ in eis sunt diuersæ. D.d. & differunt sicut dictū est &c. id est. & istæ priuationes diuersantur: quoniā quædā sunt in quibus est priuatio simpliciter, & quædā sunt in quibus est priuatio secundū aliquod tēpus. V.g. secundū aliquod tēpus ętatis vt priuatio barbæ ante pubertatē. & quædā habent de priuatione intentionē dictā principaliter & vere. D.d. & ideo quædā habent mediū &c. id est. & propter diuersitatē naturæ cōtrarijs & naturæ priuationū accidit vt quædā haberent mediū. V.g. quoniā homo heremita qui nō est pars ciuitatis nō est bonus aut malus, & est medius. Et quædā non habēt mediū: vt par & impar, & etiā quædā priuationes habent subiectū terminatū, & quædā nō: & intendit prima ꝓpter quā significat hæc particula non. D.d. ergo manifestum est &c. id est, ex prædictis manifestum est quod necesse est vt priuatio & habitus sint illa ad quæ reducuntur contraria.

Heremita non est pars ciuitatis: nō est bonus aut malus. Id. 5. met. com. 27.

## CAPVT VII.

SVFFICIT autē & si principia & genera cōtrariorū: puta vnū & multa. Alia nāq; ad hæc reducūtur. Quoniā autē vnū vni cōtrariū est dubitabit aliquis quomodo opponuntur vnum & multa, & æquale magno & paruo. Vtrū em̄ semper in oppositione dicimus: vt vtrū albū aut nigrū, & vtrū albū aut nō albū: vtrū vero homo aut albū nō dicimus nisi ex suppositione, & quærētes vt vtrū venit Cleon aut Sor. sed nō necesse est in vno aliquo genere hoc sed hoc inde venit. Nā opposita sola nō contingit simul existere: quo & hic vtitur in eo q̄ vter venit. Si em̄ simul cōtingeret ridiculosa erit interrogatio. Si vero & ita similiter incidunt in oppositionem in id quod vnū aut multa: vt vtrum ambo venerunt aut alter.

Et si principia cōtrariorū & genera eorū sunt sicut vnū & multū, vnū attribuitur istis. Sed cū vnū est cōtrariū vni; rectū est vt aliquis quærat quæstionē, difficilē quomodo opponuntur secundū oppositionē vnū & multū & æquale magno & paruo: quoniā si opposita secundū positionē dicuntur, semper per vtrū scilicet vtrū albū aut nigrū, & vtrū albū & nō album, & nō dicimus vtrū homo aut nō albū nisi per accidēs. Et quæstio est ille veniens est Meleon aut Sor. quoniā hic nō est necesse in aliquo genere omnino: sed iste etiā deinde fuit deceptus: quoniā opposita secundū oppositionē nō possunt existere insimul. Et ipse vtitur hoc. Hoc etiā cum d. vtrū veniens est alter. Quoniam si esset insimul: tūc quæstio esset diuisibilis, & fuerit hoc modo etiam tunc caderet sub oppositione in vno aut multo: sicut vtrum veniunt ambo: aut alter.

17 ET si principia & genera cōtrariorū sunt vnū & multā: quia vnū accipitur in diffinitione cōtrariorū: sed si vnū & multū sunt contraria, & est dictū quod contrariū nō habet nisi vnū cōtrariū & multū nō est vnū, & similiter æquale q̄d est proprium vni opponitur magno & paruo, & cū in istis nō est vnū sed plura vno: quoniā igit dicit q̄d vnū est cōtrariū vni. D. incepit declarare diuersitatē inter opposita & nō opposita. Et d. cū si opposita secūdū oppositionē &c. id est, cū si illa quæ sunt opposita secūdū oppositionē sint illa de quibus quæritur per hāc particulā vtrū. V. g. vtrū iste color est albū aut nigrum aut mediū: aut iste color sit albus aut nō albus. D. d. & nō dicimus vtrum homo &c. id est, & nō quærit per hāc particulā vtrū in eis quæ nō sunt opposita nisi oppositio accidat in eis per accidēs. V. g. cū aliquis quærit vtrū veniat Sor. aut Plato non est necesse vt ista sit oppositio in aliquo genere omnino: quoniā possibile est vt veniāt ambo insimul. D. incepit declarare modū secundū quē homines quærūt hāc quæstionem &c. sed. iste deinde fuit deceptus, id est, sed qui hoc quærit fuit etiā deceptus in hoc: quia quærēs talē quæstionē credit q̄d nō veniāt simul, & tūc quærit aut scit q̄d alterū eorū debet venire, & ideo sunt opposita per accidens scilicet quia accidit eis hoc secūdū quærentē scilicet quia quærēs scit q̄d illi nō veniāt insimul: aut quia alterū eorū debet venire ignorat quis. D. d. causam in hoc &. d. opposita eīm secundū oppositionē &c. id est, & hæc particula vtrū cōsignitur semper cū oppositis: quia opposita nō possunt esse insimul. D. d. testimoniū super hoc q̄d qui quærit hoc scit q̄d nō cōueniunt insimul &. d. & ipse vtitur hoc &c. id est, & potētia istius quæstiōis est sicut quæstio quærētis vtrū veniens est alter istorū. Et. d. hoc: quia si potētia istius quæstiōis nō est potētia alterius interrogatiōis: tūc potētia esset ociosa. D. d. & si fuerit hoc modo &c. id est, & cū declaratū sit q̄d ista interrogatio scilicet vtrū venit Sor. aut Plato est sicut interrogatio quæ est an venit alter eorū manifestum est: quoniā ista interrogatio reducitur ad interrogationē quæ est in oppositis: sicut interrogatio quæ est in oppositione quæ est inter multum & paucū, & intēdit per hoc quod omnis interrogatio est in oppositis.

Si itaq; in oppositis semper est ipsius vtrū interrogatio: dicitur autē vtrū magis: aut minus: aut æquale: aliqua oppositio adhuc æqualis. Nō enim alteri soli contrarium nec ambobus. Quid enim magis aut maiori aut minori. Amplius inæquali cōtrariū est æquale. Quare in pluribus erit aut in vno. Si vero inæquale significat idē simul amborū vtriq; erit quidē oppositū ambobus. Si igitur semper in oppositis est interrogatio per vtrū. Et dicit vtrū est magis aut minus: aut æquale. Quid igitur opponitur secundū oppositionē æquali non: quoniā nō est contrariū: neq; alteri tantū: neq; vtriq;. Quoniā erit maius minori, & etiā æquale est contrariū non æquali. Ergo erit aut multitudinis aut vnitatis, & si nō æquale significat idem vtriq; ergo erit oppositum in oppositione vtriq;. M

Cum declarauit q̄d interrogare per vtrū est 1 quatuor oppositis: quæ 18
erit hāc quomodo æquale & magnū & paruū opponūtur cū in eis vtatur N
ista particula vtrū. Et. d. & si semper &c. id est, q̄d si interrogare per vtrū est in quatuor modis, & multotiēs interrogamus in magnitudinibus vtrū sit maius aut minus aut æquale quomodo eorū cōponit æquale minori aut maiori. D. d. quoniā nō est contrariū &c. id est, quoniā si fuerit cōtrariū aut erit cōtrariū alteri: aut vtriq;, & impossibile est vt sit cōtrariū alteri. V. g. minori inuenitur enim maius minori, & minus maiori. D. d. & etiā æquale &c. id est, & cū dicimus q̄d æquale est contra etiā inæquali: tūc dicere nō æquale: aut significat vnā naturā aut plures. Si igitur inæquale significat vnā naturā oppositā naturaliter æquali cōtingit vt illud quod nō eū non æquale sit æquale: quod est falsum.

Et dubitatio iuuat dicētes inæquale duabitatē esse. Sed accidit vnū duobus esse cōtrarium: quod est impossibile. Amplius

æquale quidē mediū videtur esse magni & parui: cōtrariatio autē intermedia neq; videtur neq; ex diffinitione impossibile. Nō em̄ vtiq; erit perfecta mediatio alicuius existēs: sed magis habet semper suimet aliquod mediū. Restat igitur aut vt negationē opponi: aut vt priuationem. Alterius quidē vtiq; itaq; nō contingit. Quid em̄ magis magni aut parui. Amborū igit negatio priuatiua. Quapropter ad ambo vtrū dicitur ad alterū vero nō: vtvtrū maius: aut æquale aut vtrū æquale aut min⁹. Sed semper tria. Nō priuatio autē ex necessitate. Nō em̄ omne æquale ꝙ nō maius aut minus: sed in quibus aptū natū est esse est itaq; æquale quod neq; magnū neq; paruū: aptū natū magnum aut paruū esse, & opponitur ambobus vt negatio priuatiua. Quapropter & mediū est, & quod neq; malū neq; bonū opponitur ambobus: sed innominatū. Multipliciter enim dicitur vtrūq;, & nō est vnū susceptiuū sed magis ꝙ neq; albū neq; nigrū. Vnū vero nō hoc dicitur. Sed determinati coloris in quibus dicitur priuatiue negatio hæc. Nā necesse aut pallidum: aut rubeū esse: aut tale aliquid aliud: quare nō recte increpant opinantes similiter dici omnia: vt si calcei & manus mediū quod neq; calceus neq; manus. Quoniā quidē & quod neque bonū neq; malū boni & mali tāquā omniū futuro aliquo medio nō necesse autē accidere hoc, hæc quidē em̄ oppositorū cū negatio est: quorū est mediū aliquod & distantia aliqua nata est esse. Horū autē nō est differentia. Nā in alio genere quorū negationes. Quare nō vnū quod subiicitur.

Et quæstio difficilis accidit dicentibus ꝙ inæquale solū est inter: sed accidit vt vnū cōtrariū sit duobus: quod est impossibile. Et etiā æquale vt videtur inter magnū & paruū. Contrariū enim non videtur inter, & impossibile est hoc de diffinitione etiā. Quoniā si non est cōpleta si fuerit inter: sed habet semper aliquid inter. Remanet igitur vt opponātur secūdū oppositionē sicut negationē: aut sicut priuationē. Sed impossibile est alteri. Nō em̄ est negatio magni magis quā parui. Ergo est vtriq; negatiua priuatiua, & iō vtrū dicit de vtroq; & nō dicit de altero vtrū est maius: aut æquale: aut vtrū est æquale aut min⁹: ergo sunt tria priuatio autē de necessitate: qm̄ nō oē ꝙ nō est maius aut minus est æquale: sed inæquale eis quæ sunt illa. Æquale enim est illud quod nō est magnū aut paruū, & naturaliter est magnū aut paruū: opponitur autē ambobus secūdū oppositionē. Quoniā vtrūq; dicitur multis modis, & recipiēs nō est vnū

(sed



sed plura. Et non est album aut nigrum: neq; hoc est vnum sed terminatur aliquo modo illud de quo dicit hæc negatiua modo priuatiuo. Quoniam necesse est vt sit aut rubei coloris aut alterius. Nō igitur est sermo verus existimātiū quod sermones omniū rerum sunt consimiles: ergo erit inter manum & vestimenta manus quod est neq; vestimentum aut manus: cum nō sit bonum aut malum etiam inter bonum & mālum. Est enim medium inter omnia & non accidit vt hoc sit de necessitate: quoniam negatiua congregata quæ opponitur secundū oppositionem est medium. & habet naturam vt sit aliqua distātia: quædam autem non habent diuersitatē quorū negatiua cōgregata sunt in eodem genere: ergo subiectum non est vnum.

19 Et quæstio difficilis accidit dicentibus quod inæquale solum ita inuenitur in exemplari: & si non est error intendit ꝙ dicentes ꝙ inæquale significat vnam intentionem: & est inter æquale & non æquale: accidit etiam eis quæstio & est ꝙ inter affirmatiuam & negatiuam est medium. Deinde dixit, & etiam æquale videtur &c. id est & etiā æquale dicitur esse mediam inter magnum & paruū & neutrū contrariorum est mediū inter duo extrema. Deinde dixit nec est possibile hoc etiā ex diffinitione &c. id est & etiam hoc impossibile est ex diffinitiōe cōtrariorū, scilicet quod maxime distant vt æquale sit cōtrariū magno & paruo. Quod enim est contrarium non est medium inter duo contraria: sed contraria sunt illa inter quæ est medium: & ex hoc apparet qđ magnū nō est contrariū paruo neq; æquale mediū inter illam: magnū enim & paruū nō maxime distant, id est perfecte cū inueniatur maius magno: & minus paruo. D. d. remanet igitur &c. id est & cum æquale nō opponitur magno & paruo secūdū cōtrarietate: remanet vt sint oppositi aut secundū affirmationē aut negationē: aut secundū priuationē & habitū.

D. d. sed impossibile est &c. i. sed impossibile vt æquale sit oppositū alteri illorū secundū negationē: qm̄ non magis opponit magno secundū negationem ꝙ paruo. Et dixit hoc: quia si esset negatio esset negatio vnius tantū: cum sit impossibile vnā negationē esse duorū quod nō est in priuatiōe. D. d. ergo vtriq; &c. id est & cū inæquale nō opponitur æquali secundū negationē ergo opponit secundū priuationē: & cū dicit ꝙ est vtriq; negatiua priuatiua. s. illud qđ significat inæquale: incepit declarare quo apparet ꝙ nō est priuatiua vni⁹. Et dixit & ideo dicit de vtrū &c. i. & inæquale qđ significat alterū. s. aut magnū aut paruū nō opponit æquali: qa nō quæritur vtrū hoc sit maius aut æquale: aut vtrū hoc sit minus: aut æquale. D. d. ergo sunt tria &c. i. ergo quærere ꝙ vtrū est de tribus. s. vtrū sit aut maius: aut minus: aut æquale. D. d. priuatio aūt necessario &c. i. æquale autem esse oppositū magno & paruo secundum oppositionē priuatiōis & habit⁹ sequit necessario vt secundū negationē & affirmationē. inæquale aūt nō est negatiuū æqualis: quoniam non omne qđ nō est maius aut minus est æquale. V. g. qm̄ color nec est minus nec maius: tamē nō est æquale. sed æquale inuenitur in natura in

qua

Universidad de Deusto
Biblioteca



Vide cām ifti? supra. c. 13. Et quæ ibi.

quæ inuenit magis & min?:& ideo nō significat mai? nec min?. : D.d. æquale cm̄ est illud qđ &c.i. inæquale enim nō est negatio æqualis: qm̄ æquale & inæquale nō diuidūt verū & falsum inter se nisi in natura terminata. s. in natura quæ recipit magis & min?: nō in oīb? entib? sicut est dispositio de affirmatiōe & negatiōe: & ideo æquale & inæqle nō diuidūt verū & falsum i colore. D.d. sed nō habet nomē &c.i. sed inæquale secūdū qđ significat mai? & min? nō habet nomē q̄ significat aliqđ finitū: maius em̄ dicit mai? respectu pluriū: & sic min?: ita q̄ hoc procedit in infinitū: vnde sequit vt priuatio eorū dicat de intentionib? infinitis: ideo nō fuit positū nō terminatū. Et quia causa fuit in hoc. s. qđ negatiua priuatiua quæ negāt extrema opposita nō significāt vnā naturā. V.g. nō maius nō minus: nō albū nō nigrū. s. in hoc q̄ imponeret ei nom̄: incēpit declarare hoc: & dicit & recipiēs nō est vnū &c.i. & illud qđ significāt hæc duo negatiua priuatiua. s. nō albū nō nigrū nō est vna natura: quēadmodū illud qđ significat nō maius: & nō min?: nō est vna natura cū maius & min? sint relatiua. D.d. nec est vnū &c.i. & illud q̄ significat nō albū: nō nigrū: nō est vnū significatū: sed plura terminata scilicet colores medij inter albū & nigrū: & cū dicit illud de quo dicit hæc negatiua modo priuatiuo: intēdit: nō albū nō nigrū: & vocauit hæc duo priuatiua qa nō sunt negatiua simplr: qa significāt naturā existentē & terminatā. D.d. qm̄ necesse est &c.i. necesse est em̄ illud qđ significat nō albū nō nigrum sit color ruheus & viridis: aut alius color inter albū & nigrū. D.d. ergo nō est verus sermo &c.i. ergo nō est ver? sermo singentiū q̄ sermones oīm rerū secundū affirmationē & negationē oīm sunt falsi: qm̄ si negatio esset quorūlibet duorū diuersorum ab inuicem sicut negatio duorum oppositorū a medijs amborum: tunc esset inter vestimenta manus & manus aliquid quod esset nec vestimenta manus nec manus: sed est impossibile qm̄ non est medium inter manū & vestimenta manus neq̄ inter pedē & manū neq̄ inter asinum & equum: sicut inter bonū & malū. scilicet vir: neq̄ bonus neq̄ malus. Duo autē negatiua quæ negant secundā priuationē extrema opposita quæ sunt in eodē genere significāt naturas medias: & hoc intēdebat cū dicit negatiua vero cōgregata &c. id est duo autem negatiua congregata ex negatiōe duorū extremorū oppositorū sunt illa quæ significāt aliquod medium. s. tertiā naturā. D.d. & habet naturā &c.i. & illud medium habet naturā per quā habet distantiā terminatā a duobus extremis. s. q̄ pertinet naturæ mediorū. quædā autē negata abinuicē nō habēt hanc naturam quæ inuenitur inter opposita. scilicet quæ sunt in eodē genere, scilicet quod negatio duorum extremorum in eis vere dicitur de medijs.

Vide supra com. 16.

## CAPVT VIII.

Similiter etiā & de vno & multis dubitabit vtiq̄ aliquis: nā sit multa simplr vni opponunt accidūt quædā impossibilia. Nā vnū paucū: aut pauca erit. Nā multa & paucis opponunt. Amplius ipsa duo sunt multa si duplex multiplex dicit autē secundū duo: quare vnū paucū. Ad qđ em̄ sunt multa ipsa duo nisi ad vnum



vnū & paucū: nihil em̄ est minus. Amplius sicut in lōgitudine & productū & breue: sic in multitudine multū: & paucū: & quodcūq̄ fuerit multū: & multa multū. Si nō ad aliquid forte differāt i cōtinuo bene terminabili: paucū multitudo erit quædā. Quare vnū multitudo quædā est: siquidē est & paucū: hoc autē necesse: si duo sunt multa. Sed forsan multa dicunt quidē vt multū sed vt differēs: velut aque est multum. Multa autē nō: sed quæcunq̄ diuisa in his dicunt. vno quidē modo si fuerit multitudo habēs excedentiā: aut simpliciter: aut ad aliqd. Et paucū similiter multitudo defectū habēs. Hoc autē vt numer? quod & opponit vni solū. Ita enim dicimus vnū aut multa vt si qs dicat vnū: & pluraliter vna: aut albū & alba: & mēsura ad metrū: & mēsurabile: sic & multiplicationes dicunt. multa em̄ vnusquisq̄ numer? quia vnū: & qa mēsurabilis vno vnusquisq̄ & vt qđ opponit vni nō pauco. sic igit sunt multa & ipsa duo: vt autē multitudo habēs excedentiā: aut aliqd: aut simplr nō sunt. Sed multitudo sunt primū pauca simpliciter ipsa duo multitudo em̄ est qđ defectū habens prima. Quapropter nec recte destitit Anaxa. cū dixisset q̄ simul oēs res erāt infinitæ: & multitudine & paruitate. Oportebat autē dicere pro & paruitate & paucitate. Nō em̄ infinitæ: qm̄ paucū nō ꝓpter vnū: vt quidā dicūt. sed ꝓpter duo. Quæreda est quæstio hæc de vno etiā & multo: qm̄ si multū opponitur vni modo simplici accident quædā impossibilia: tūc enim erit vnū paucū aut pauca. Multa enim paucis opponunt: & etiā duo erūt multa: cū duplū est de magnis multiplicib?: & opponitur duobus etiā: ergo vnum est paucū: & si nō fuerit ita: cum igitur opponuntur duo & erunt multa: vt vni aut pauco. Nihil em̄ est minus de numero: & etiā si est sicut in lōgitudine lōgū & breue: ita in multitudine multū & paucū: ergo quod est multū est multa: & quod multa est multū: nisi differat aliquo modo in cōtinuo facilis determinatiōis: tunc igit erit paucū alia multitudo: ergo vnū erit multitudo: & si sit paucū etiā. Et similiter necesse est vt duo sint multitudo. Sed rectum est vt quædam multitudo dicatur multitudo etiā: sed quia est diuersum vt aqua est multū non multitudo: sed sicut illa quæ nō diuidunt in ista. Quoniā ista dicūtur vno modo si fuerit multitudo quædā quæ habet partes quedā, id est & sua quædā sunt sicut numer? & opponunt vni tm̄. Et similiter opponit vnū multitudini: sicut cū aliquis dicit vnum

& vnū

& vnū semper albū & album: & mensurata in respectu mensuræ: & mensuratum est vnum: & omne vnū est mensuratum ab vno: & quemadmodum oppositū est vnū nō paucum. Similiter duo sunt multa etiā additā: aut alicui aut simpliciter. sed duo sunt pauca simpliciter: quia est prima multitudo quæ habet quædā: & ideo nō bene dixit Anax. in hoc quod d. quod oſa erāt insimul infinita in multitudine & paruitate. Et etiam deberet dicere in loco paruitatis paucitatem. Quoniā nō sunt finita in paucitate vniuſ: sicut dixerunt quidā: sed ꝓpter duo.

20 CVm induxit quæstiōes cōtingētes in hoc ꝙ quale opponī magno & paruo & declarauit ꝙ de necessitate opponī secundum habitum & priuationem: incæpit perscrutari de vno & multo quomodo opponunt sibi. Et d. quærenda est &c. i. & quærēdum est hoc similiter de vno & multo scilicet verū opponantur simul secūdū cōtrarietatē: aut alio modo. D. d. qm̄ si multitudo &c. i. qm̄ si vnū opponī multo simpliciter secundā cōtrarietatē accidēt plura impossibilia. D incæpit dicere impossibilia: &. d. tūc em̄ erit vnū paucū &c. idest quoniā si fuerit positum quod vnū est cōtrariū multo: & illud qđ est cōtrariū multo est paucū: accidet vt vnū sit paucū. D. incæpit declarare quæstionē: &. d. & etiā duo erūt multa &c. i. & etiā duo sunt multa: quia duo sunt duplū: & duplum est multitudo: quia dicitur in respectu pauciatis: sicut multiplex dicitur in respectu submultiplicis.

Deinde dicit conclusionem ex hoc. &. d. ergo vnum est paucum &c. idest quoniā cū duo fuerit duplū: & duplū est multitudo respectu eius cuius est duplū: sequitur ꝙ illud cuius duo sunt duplū. s. ad vnum sunt paucū: qm̄ si vnū non fuerit paucū cui igit̄ comparātur duo cū dicantur esse multa: & qđ omne multū comparatur pauco: sed nō comparatur ad vnū aut ad aliquid minus vno: sed nihil est minus vno: ergo de necessitate comparāt adinuicē: & vnū est illud paucū ad quod cōparat multitudo multa quæ sunt duo. D. d. alia quæstionē &. d. & etiā si quēadmodum in tēporis longitudine &c. i. & etiā deberet aliqs dicere: quēadmodū in oi tēpore est longū & breue: longū. s. in respectu breuioris: & breue. s. in respectu longioris: & omne multū est paucū in respectu pluris: & multū in respectu pauciorisi aūt vnū fuerit paucū in respectu duorū: contingit vt sit multū in respectu pauciorisi sicut contingit duo sint pauca in respectu pluris: & ga vsus est in hoc sermone: ꝙ oē ꝙ est multū est multitudo multa: & hoc nō est verū in liquabilibus excepit illa: & hoc non nocet in hoc quod intēdit cōcludere. qm̄ numerus non est de liquabilibus & multū dicitur de numeris: & de liquabilibus æquiuoce: & hoc intēderā cū d. nisi hoc differat &c. Et cū cōpleuit hāc dubitationē quæ sequitur ab impossibili quod est vnū diuidi: incæpit soluere eā & declarare quomodo vnū & multū opponunt sibi: & dixit. sed rectū est vt quædam multitudo &c. i. sed rectū est vt quædā quæ dicuntur multa vere dicantur multa: quia natura eorū diuersa: vt aqua quæ vere dicitur multa: & nō vere dicit multitudo. Multitudo vero cuius vnitates nō diuiduntur dicitur vno modo: cū partes eius fuerint sicut partes. s. de quantitate discreta.



discreta. Et intēdit ꝙ nō oismultitudo est multitudo eiꝰ qđ est pauciorisneq; omnis paucitas est multitudo eius qđ est pauciorisi & hoc manifestum est de multitudine & paucitate in numeris, & ideo non est necesse vt ex numero vnum opponatur duobus secundū pauciatem & multitudinē. D. d. & opponitur vni tantū &c. i. & modus quo vnum opponitur multitudini. & multitudo vni est modus quo vnū opponī multo quod est de specie illius vnius & vnum album opponitur pluribus albis, & vnum pluribus vnis, & ista oppositio nulla alia est nisi oppositio mensurantis: admensuratum & numerantis ad numerabile. Omnis enim multitudo mensuratur per vnum suæ spēi, & ideo opponitur sibi secundum contrarietatem, sed secundum numerans & numeratum. Et declaratum est in principio istius tractatus quod vnū secundum ꝙ est vnum, & simplex est mensura eius quod componī ex hoc. D. d. sed quēadmodū oppositū &c. i. & quēadmodū illud quod opponī multitudini est vnū secūdū ꝓportionē mēsurātis ad mēsuratū. ita est de vno & duob⁹. D. d. qm̄ aūt habet multitudinē &c. i. duo vero quæ sunt multitudo dīr multa, ga addūt supra pauci⁹ illis, aut quia sunt multa simplr dīr i respectu ei⁹ ad qđ dr multitudo simplr. s. pauciora, & nō est ita. D. d. sed duo sunt pauca &c. i. sed duo sunt prim⁹ numerus numerorū paucorū, sunt igit̄ pauca simplr cū nō inueniunt pauciora, & ideo nō sunt prima multitudo. D. d. & ideo nō bn fecit Anaxa, &c. i. qm̄ illud qđ opponī multitudini est paucitas, & illud qđ opponitur paruo est magnum. ¶ Si igitur dixerit ꝙ oſa sunt infinita propter paruitatē & magnitudinē nō est sermo falsus, & si dixerit infinita i pauciatate & multitud, ne esset falsus quodāmō, & ver⁹ alio mō falsus vero ga qđ disponī ꝙ multitudinē & pauciatem nō ꝓcedit in infinitū. ver⁹ aūt ga paucitas opponitur multitudini. D. d. debet enim dīre &c. i. si aliquis dixerit ꝙ illa quæ disponunt per multitudinē sunt finita in pauciatate & peruenīt ad vnū nō diceret verū, sed verū est dīre ꝙ sunt finita in paucitate, quia proueniunt ad duo quæ sunt pauciora paucorum.

O Omnis multitudo numeratur ꝙ vnū sue specie.

Opponitur itaq; vnū multis vt metrum mensurabili. Hoc autem vt quæ ad aliquid quæcunq; non secundum se eorum quæ ad aliquid. Diuisum autem est a nobis in in alijs, quia dupliciter dicuntur quæ ad aliquid. Alia namq; vt contraria, alia vt scientia ad scibile, quia dicitur aliquid ad ipsum. Vnum autem esse minus aliquo, puta duobus nihil prohibet. non enim si minus & paucum. Multitudo autem quasi genus est numeri. Est enim multitudo vno mensurabilis, & opponuntur alie qualiter vnum & numerus non vt contrarium, sed vt dictum est eorum quę ad aliquid quidā. Inquantum em̄ metrum hoc, hoc autem mensurabile sic opponuntur. quapropter nō omne quodcunq; fuerit vnū numerus est, puta siquid indiuisibile est. Similiter aūt dicta scientia ad scibile non similiter assignatur. Videbit em̄ vtiq; scientia metrū esse, scibile verò quod mensuratur. Accidit aūt qdem sciam oēm scibile esse, scibile verò non esse

P Multitudo est quasi genus numeri.

esse scięti ã, quia mõ quodã scia mensurat scibili. Multitudo aũ tẽnec pauco est contraria, sed huic quidẽ multũ, sicut excedens multitudo excesse multitudini, neq; ipsi vni omnino. Sed hoc qdẽ vt dictũ est, qa diuisibile illud aũt qa indiuisibile hoc vt ad aliqd vt scientia scibili si fuerit numerus. vnũ verò metrũ.

Et vnum opponitur multò vt mensura mensurato. Ista aũt quæ opponuntur secundum relationem sunt omnia quæ non sunt per se de capitulo relationis, & iam ostendimus in alio libro cp relatiuum dicitur multis modis, vno modo sicut contraria, & alio modo sicut scientia à scitum. Dicitur enim istud in respectu illius. Vnum autem nihil prohibet vt sit minus aliquo. V.g. duobus, qm̃ non si est minus paucũ etiã. Multitudo verò est tanquam genus numerorum. Numerus verò est multitudo mensurata per vnum, & opponuntur vnũ & numerus quoquomodo non sicut cõtrarium, sicut dictum est in quibusdam relatiuis quæ opponuntur sibi sicut opponitur mensura et mensuratum. Et ideo non omne quod est vnum est numerus etiam sicut est quod diuiditur, & scientia dicitur tali modo in respectu sciti, sed non conuertitur, Scientia igitur videtur mensura & scitum mẽsuratum, sed accidit cp omnis scientia sit scitum, sed nõ omne scitũ est scientia. Scientia enim quoquomõdo mensuratur per scitũ. Multitudo verò non est contraria pauco etiam. Sed hoc multum quod est sicut multitudo vna addita multitudini ei est contrarijs. Et multitudo non est contraria vni omni modo, sed cuidam sicut dictum est, quia diuiditur. Illud autem quod non diuiditur est sicut illud quod est relatiuum sicut scientia sicut numerus sciti, vnum verò mensura.

21 Dixit Arist. & vnum opponitur &c. i. & vnum est oppositum multo. non secũdũ relationẽ cõtrariã, vt multũ pauco. sed secũdũ relationẽ id qua nõ est contrarietas vt mensura & mensuratum. Et d. hic, quia posuit in quæstione prædicta cp vnum opponitur multo secundũ cp multũ
5. met. t. cõ. 20. opponitur pauco. d. illa aũt quæ opponuntur &c. i. illa quæ sunt opposita secũdũ relationẽ tm̃, sunt illa quæ non sunt relatiua in se. Declarata est enim in tractatu in quo exposuit nomina quæ est relatiuum est duobus modis quorum vnus est illud quod est relatiuum per se, & alius relatiuum per aliud, scilicet quia aliud comparatur ad ipsum vt sensatũ & intellectum. sensatum enim & intellectum sunt relatiua: quia intellectus & sensus quæ sunt relatiua non per se comparantur ad ipsum & per se non sunt relatiua. D. d. & iam diximus in alio libro &c. id est, & iam diximus in alio tractatu: quia relatiuum est duob⁹ modis. Vnus aũt modus est relatiua per se, & sunt illa quorũ vtrũq; non habet esse niũ secundũ cp refert ad secũdũ, & isti relationi accidit contrarietas vt



vt paucum & multum. Secundus autem est illa quæ non sunt relatiua per se, & sunt illa in quibus non accidit contrarietas. vt scientia & scitum. D. d. dicitur enim istud &c. id est, scitũ ẽm dicit relatiuũ, non qa est relatiuũ per se, sed qa aliud cõparat per se ad ipsum. s. scientia. D. d. vnũ aũt nihil prohibet &c. id est. Et d. hic ad dissoluendũ quæstionem prædictã dicentem cp si duo sunt multa, sequit cp vnũ sit paucum, quia est paucius. & d. respondẽdo cp nõ sequit vt omne quod est minꝰ aliquo sit diuisibile, sed potest esse indiuisibile omnino, & hæc est dispositio vnius cum duobus. & ideo vnum non est paucum. D. d. multitudo autem est tanquam genus numeri, id est, multitudo vero oppositum vni est multitudo quæ est tanquam genus numeri. & innuit per hoc illud quod dictum est in distinctione numeri. s. est multitudo composita ex vnitatibus. & ideo d. numerus ẽm est multitudo mensurata. i. numerata per vnũ. D. d. & opponuntur vnum & numerus &c. id est, & forte non opponitur numero secundũ oppositionẽ contrarij, sed secundũ oppositionem modi relatiui, quod nõ est relatiuũ per se. Et d. hoc quia posuit in quæstione prædicta cp multitudo opponit vni secũdũ quod opponitur vni secundũ quod opponitur pauco, & est oppositio secundum contrarietatem, & ideo sequitur ex illo sermone vt vnum sit paucum. Et cum dixit quod multitudo opponitur vni modo relatiuo. d. exemplũ &c. d. opponitur enim sicut opponunt mensura & mensuratum. D. d. & ideo non omne &c. i. & ideo non sequitur vt illud quod est vnum & mensurat multitudinem vt sit sicut paucum. vnum ẽm mensuras potest esse indiuisibile omnino. D. d. & scięntia dicit &c. i. & scięs cognoscitur per scięciã, sicut mensuratum per mensurã. & scientia dicit hoc modo secundum relationẽ ad scitũ, sed non conuertitur. s. vt sit sicut oũis scientia habet scitã, vt omne scitum habeat scientiam. Et intendit sic conuertitur dicere omnis mensura est mensura mensurati, & omne mensuratum est mensuratum mensura. D. d. rectum est igitur &c. id est, rectum est igitur vt scięcia sit mensura, & scitum mensuratũ, sed accidit vt omnis scięcia sit scitũ. s. vt omne mensurans sit mensuratum, & non omne scitũ sit scientia. i. cognoscitur per scięciã. scięcia ẽm quoquomodo cognoscit per scitũ. D. d. multitudo vero &c. i. multitudo vero nõ opponit pauciati simplr, sed opponitur paucũ multitudini quæ dicitur secundum additionem supra atum multitudinem. D. d. multitudo non est contraria omni vni &c. id est, & multitudo non est contraria omni vni secundum pauciatem, sed quibusdam vnis. s. vni quod diuiditur. Illud enim quod diuiditur de vnitatibus opponitur multitudini, sicut scientia opponitur scito, & hoc intendebat cum. d. illud vero quod diuiditur est sicut relatiuum &c. id est, illud vero quod non opponit sicut scia scito opponit, si scięcia fuerit, numerus & mensura sciti. D. d. vnum vero est mensura. i. qm̃ nõ accidit in eo vt sit mensuratum secundum cp est vnũ sicut accidit scientiæ vt sit mensurata per scitum,

## CAPVT IX.

R Oia media sunt in eo dẽ gẽe cum extremis.

QVoniã aũt cõtrariorũ contingit mediũ esse aliqd, & quorũdã est necesse ex cõtrarijs ee. Oia nãq; media in eodẽ sunt gẽe, & quorũ sunt media. Media

em̃ hic dicimus in quæcũq; permutar i prius est necesse quod permutatur, vt ab ipate in nete, nisi transit per minimã rationem prius veniet ad medios sonos. Et in coloribus si veniet ex albo in nigrum prius veniet ad puniceum & plumbeũ quam ad nigrum. Similiter autem & in alijs. Permutari verò ex alio genere in aliud genus non est nisi secundũ accidẽs, vt ex colore in figuram. Necesse est ergo media & quorum sunt media in eodẽ genere esse. At verò omnia media sunt oppositorũ quorũ dam. Ex his enim solis secũdũ se est permutari. quapropter impossibile esse media nõ oppositorum. Esset em̃ permutatio & nõ ex oppositis. Oppositorũ verò cõtradictionis qdẽ medium non est. Hæc em̃ est cõtradictio oppositio eius cuiuscũq; altera pars adest nõ habẽtis vllũ mediũ. Cæterorũ verò alia ad aliud alia vt priuatiua, alia cõtraria. Eorũ aũt quæ ad aliquid, quæcũque non cõtraria nõ habẽt media, causa verò qa nõ in eodẽ genere sunt. Quid em̃ sciæ & scibilis mediũ, sed magni & parui.

Contradictionis nihil est medium.

S Contraria verò possunt esse mediata, in quibusdã est necesse vt sit mediũ inter cõtraria. Omnia em̃ mediata sunt in eodẽ genere, & illa quæ habent medium etiam, & dico media oĩa ista ad quę primo trãsmutabile trãsmutatur necessario primo. Verbi gratia, cp si motor fuerit de neumate ad acutum, primo veniet in neumatibus minus cõuenientibus quæ sunt inter se. Et similiter in coloribus si fuerit motus de albo in nigrũ, primo veniet ad rubeum & glaucum, & similiter de alijs. Transmutatio verò de vno genere in aliud, non est nisi per accidens vt de colore in figuram. Ergo de necessitate media & illa quæ habent media sunt in eodem genere, sed omnia sunt media rerum oppositarum, quoniam ex istis solum modo est transmutatio per se. Et ideo non possunt transmutari illa quæ non opponuntur. ergo transmutatio & non transmutatio erit de oppositis & oppositorum. Contradictoria verò non habent medium. Contradictoria enim sunt opposita quorum altera pars semper est, & nullum habet medium omnino. Alia verò opposita quædam sunt relatiua, & quædam priuatiua. Relatiuorum verò omnia quæ non sunt contraria non habent mediũ. & causa in hoc est cp non sunt in eodem genere, & non est medium inter sciẽtiam & scitum, sed inter magnum & paruum.

Medium quid.

22 ID est, & proprium est contrarijs inter alia opposita cp in quibusdam eorũ est medium, & causa in hoc est cp in quibusdã generib? in quib? sunt, necesse est vt sit medium inter cõtraria, quoniã media & illa inter quæ



quæ sunt media sunt in eodem genere: & contraria sunt in eodem genere. ergo sequitur per conuersionem maioris propositionis vt media sunt in cõtrarijs. Deinde dicit descripsit medium. &c.d. & dico media &c. & intelligit per medium illud ad quod transmutabile transmutatur primo & essentialiter, scilicet quando transmutatur de contrario in contrarium. Deinde dicit exemplum. &c.d. Verbi gratia. &c. idest. Verbi gratis quoniã transmutatio quæ est a neumate grauissimo ad acutissimum erit per transmutationem supra neumata quæ sunt inter graue & acutũ: & similiter motus de albo in nigrum fit per motũ supra colores medios primo: & posi peruenitur ad nigredinẽ. Et causa in hoc est quod transmutatio est de cõtrario in contrarium. & cõtraria sunt in eodem genere: & media in genere in quo sunt contraria sunt illa in quæ primo cadit transmutatio. Transmutatio vero in genere in genus scilicet quæ nõ est in eodem genere nõ est nisi per accidẽs. Verbi gratia de colore in figuram. Deinde dicit ergo de necessitate &c. idest & cum transmutatio fuerit de contrario in medium primum. d. in sui cõtrarium: & contraria sunt in eodem genere sicut dictum est. ergo necesse est vt media & contraria sint in eodem genere. Deinde dicit sed omnia media &c. idest & quia media sunt contraria. ideo etiam transmutari ex eis adinuicem erit per se sicut erit inter extrema mediantibus illis. Deinde dicit. & ideo impossibile est & cadest & propter hoc quod transmutatio debet esse de contrario in cõtrarium: nõ transmutãtur illa quæ nõ componũtur sibi adinuicem essentialiter. ergo trãsmutatio erit de illis quę sunt opposita. Et quasi iste sermo est cõuersus primi. in primo enim posuit quod; transmutatio est de cõtrario in cõtrariũ: & declarauit ex hoc cp trãsmutatio erit primo ad media. In hoc aũt posuit qd' trãsmutatio est ad media: & declarauit ex hoc quod trãsmutatio est de cõtrarijs. ista enim videntur conuerti. Deinde dicit & oppositorũ &c. i. & contradictoria inter opposita nõ habẽt mediũ: & hoc manifestũ est. D.d. alia vero opposita &c. i. & illa quæ sunt opposita apud interrogationẽ per vtrũ sunt quatuor cõtradictoria: & relatiua: & priuatiua: & contraria. Relatiuorum autẽ illa quæ nõ sunt contraria nõ habent medium. Deinde dicit. & causa in hoc scilicet quod quædam relatiua nõ habent mediũ est cp vnũ relatiuorum potest esse in aliquo genere. & suum correlatiuum in altero: vt scibile & scitum. Scientia enim est in qualitate: & scitum in substãtia. Et ideo. d. & nõ erit medium inter scientiam & scitum. D.d. sed inter magnum & paruum. i. & medium nõ inuenitur in relatiuis nisi in quib? est contrarietas vt magnum & paruum inter quæ est æquale.

Vide idẽ. 5. phy. tex. 22.

Si verò sunt in eodem genere media vt ostensum est: & media contrariorum necesse ipsa componi ex his contrarijs. Nam aut erit aliquod genus ipsorum: aut nullum: & siquidem genus erit ita: vt sit prius aliquid contrarijs. differentiæ priores contrariæ erunt facientes species contrarias: vt generis. & genere enim & differentijs species: vt si album & nigrũ contraria. Est autem hic quidem disgregatiuus. Ille verò congregatiuus color. hæ differentiæ congregatiuum & disgregatiuũ

Scientia est in qualitate & scitũ est in substãtia oppo. 7. ph. 20.

gregatiuũ priores. Quare hic cõtraria inuicem priora. at verò cõtrariæ differẽtia magis sunt cõtraria & reliquæ & media genere erũt & differẽtijs: vt quicũq; colores albi & nigri sunt medij oportet hos ex gñe dici: est aũt genus color & ex differẽtijs quibusdã hæ verò nõ erũt prima cõtraria. Si aũt nõ: erit vnusquisq; aut albus aut niger. altera igit media, ergo primorũ cõtrariorũ hæ erunt. Primæ aũt differentiæ congregatiuũ & disgregatiuũ: qa hæc prima sunt. quærendũ aũt quæcũq; cõtraria nõ in gñe ex quo media ipsorũ necesse enim quæ sunt in eodẽ genere ex incõpositis genere cõponi: aut incõposita esse. Contraria nãq; incõposita sunt ex inuicẽ. Quare principia quæ aũt intermedia aut omnia: aut nullum ex cõtrarijs verò fit aliquid. Quare erit trãsmutatio in hoc prius quã in ipsa. Vtriusq; enim & minus erit & magis. Medium igitur erit hoc cõtrariorum. Et alia igit oĩa cõposita quæ sunt media. Nam huius quidẽ magis: illius verò minus compositũ est aliqualiter ex illis: quorũ dicitur esse: huius quidem magis: illorũ verò minus. Quoniã autem non sunt altera priora eiusdem generis cõtrarijs: omnia vtiq; ex contrarijs media erunt. Quare & inferiora omnia & contraria & media ex primis contrarijs erunt. Si igitur media sunt in eodem genere: sicut declaratum est: cõtraria habent media: necesse est vt fiant cõposita ex istis cõtrarijs. Quoniam aut habebunt aliquod genus: aut non habebunt. Si habebũt ergo erunt secundũ hunc modum: quasi aliquod recipiẽs: aut cõtraria & erunt contraria ante differentias quæ fecerũt cõtraria. Formæ enim sunt ex genere & differentijs. vt album & nigrũ sunt contraria: & alterũ color segregans: & alterũ color cõgregans. Istæ igitur differentiæ segregans & cõgregans sunt ante: ergo ista sunt contraria ante. sed illa quæ differunt secundũ cõtrarietatem sunt magis contraria: ergo erunt ista media ex genere & differẽtijs. vt omnes colores qui sunt inter album & nigrũ. Oportet igitur vt ista dicantur ex differentijs & genus est color: & qa ista sunt ex aliquibus differentijs: sed non erunt cõtraria prima. Et si nõ: tunc quodlibet aut erit album: aut erit nigrũ: aut aliud medium. Ergo ista erunt inter prima contraria: & primas differẽtias quæ sunt tales: & quæ cõtinent. Ergo quærenda sunt ista primo & omnia contraria quæ non sunt ex alio quo medio in genere. Necesse est enim vt illa quæ sunt in vno genere sint composita ex illis quæ non sunt composita secundũ genus:



genus: aut sunt non composita. Quoniam contraria nõ sunt cõposita ex inuicem. ergo sunt principia. Media verò aut omnia: aut nulla. Et erit aliquod ex contrarijs. Ergo transmutatio erit in hoc antequã perueniat ad ista: quoniam erit in quolibet eorum minus aut maius. Et hoc etiam est inter contraria: & etiã omnes partes compositæ sunt mediæ. Compositio enim ex altero magis quàm ex altero minus dicitur quoquomodo quod est ex altero magis & ex alio minus. Et cum nulla alia sunt diuersa vt omnia contraria. ergo media sunt ex contrarijs. ergo ossa quæ sunt sub & cõtraria media erunt ex primis cõtrarijs.

Dicit quod substātiæ sunt tres sensibilis & insensibilis. sensibilis autem diuiditur in duo in substātiā æternam qđ est corpus quintū. & in substātiā generabilē & corruptibilē quā omnes cōcedunt vt plātæ & animalia, & dixit cuius elementa necesse est accipere. Alex. dixit super hoc qđ nō est intelligēda ex hoc substātia generabilis & corruptibilis & vtraꝙ generabilis & nō generabilis. Et Alex. dixit. demonstrare enim principia entiū quæ sunt est primi phylosophi, & qđ istis vtitur naturalis est: nō quia declarat ea: sed quia ponit ea. Substātia enim immobilis est principiū & causa rerū naturaliū: de quo modo loquitur principaliter, ista autē alia principia sunt tantū naturalis, id est, ad declarandū quæ sunt, & dixit hoc qđ dixit postquā dixit substātiā sensibilē generabilē & corruptibilē scilicet cū dixit: cuius elemēta necesse est accipere. Ita inuenitur in vna scriptura, & expositio est sicut diximus. Et in alia scriptura inuenitur sic, & hoc est æternū cuius elemēta est accipere &c. d. Alex. & expositio est secundū hāc literam, & necesse est accipere principia & elemēta substātiæ æternæ. Causa enim prima de qua in hac arte loquitur est causa & pincipium corporis diuini, dixit: sed prima scriptura est melior: quoniam iam posuit quod sua intentio est loqui de elementis sensibilis substantiæ in qua sunt res generabiles, & etiam ipse ita faciet postquam pertransibit de consideratione in istis rebus ad formas abstractas. Hæc sunt verba Alexan. Sed habent quæstionem. Cum enim dixit quod demonstrare principia entium est primi phylosophi: non naturalis, & quod naturalis ponit ea positione &c. id est, si intendebat quod principia entium de quibus phylosophus considerat, & quæ naturalis concedit esse sunt principia substantiæ sensibilis æternæ quæ sunt substantia abstracta, & quod principia de quibus considerat naturalis declarando ea esse sint principia generabilis & corruptibilis erit sermo non rectus. Substātiā enim æterna declarata est in naturalibus in fine, octauo physicorum sicut declaratat sunt principia substantiæ generabilis & corruptibilis in primo istius libri. Quomodo igitur dicitur quod naturalis ponit hac positione cum impossibile sit vt declaretur nisi in naturalibus, & quomodo est rectum dicere qđ naturalis nō declarat nisi principia substātiq generabilis & corruptibilis: cū nō solummodo cōsideret de substantia generabili & cor-

5 Alex. expositio super illo verbo cuius elemēta est accipere.

Auerro. per scrutatio circa Alexan. expositionē 2 seu digressio.

ruptibili: sed etiã de nõ generabili & nõ corruptibili: considerat cũ de ente mobili siue generabili siue nõ secũdũ igitur hũc intellectũ, iste sermo est falsus. a Si igitur aliquis dixerit qđ dictũ est in logica quod nulla scientia habet probare sua principia: sed subiectũ scientiæ naturalis est corpꝰ mobile, & ciꝰ principiũ est substãtia: abstracta. Dicemꝰ qꝫ hoc verũ est: sed illud qꝫ dictũ est in logica: est qa b nulla facultas habet probare sua principia scilicet propter quid: quoniã hoc nõ fit nisi per principia illorũ principiorũ, & per principia principiorũ generis: cũ illa principia habuerint principia. Sunt igitur alterius generis necessario superioris ista. Ille enim qui cõsiderat de illis principijs habet cõsiderare de hoc, & ideo facultas inferior nõ habet cõsiderare principia sui generis secundũ simplicẽ demõstrationẽ, secũdũ vero demõstrationes quæ vocãtur signa possibile est, & ideo principia subiecti naturalis nõ demõstrãtur nisi per res posteriores in scientia naturali. c Et ideo impossibile est declarare aliquid abstractũ esse nisi ex motu, & omnes viæ quæ reputantur esse ducẽtes ad primũ motorẽ esse præter viam motus æqualiter sunt insufficientes, & si essent vere essent numeratæ in prima philosophia, prima enim principia impossibile est vt demonstrentur. Iste enim sermo Alex. nõ est intelligẽdus secundũ suũ intentum. d Et tamen Auic. reputauit hunc sermonẽ esse verũ scilicet qđ nulla facultas habet probare sua principia. Et Aui. hic absolute dixit qđ primus philosophus habet declarare prima principia sensibilis substãtiæ siue æternæ si ue nõ, & quia naturalis ponit positione naturã esse, & qđ primus philosophus demõstrat eã esse, & nõ distinxit inter duas substãtias. e Si igitur aliquis dixerit qđ philosophus cõsiderat de principijs entis in eo qđ est ens, ergo cõsiderat de principijs substãtiæ sicut dictum fuit in principio istius tractatus, & principia substantiæ sunt principia naturalis subiecti. f Diuinus igitur habet probare principia naturalis subiecti, & naturalis positione ea quæ ponit. Et dicemus nos qui dẽ qđ philosophus inquirit quæ sunt principia substãtiæ secundũ qđ substãtiæ, & declarat qđ substãtia abstracta est, principiũ substãtiæ naturalis: sed hoc ponẽdo accepit pro cõstãti hoc qđ declaratũ est in naturalibus de principijs substãtiæ generabilis & corruptibilis scilicet qđ declaratũ est in primo phy. scilicet qđ est cõpositũ ex materia & forma & qđ declaratũ est in. 9. g scilicet qđ motũs æternã substãtiam est abstractũ a materia. h D. declarat qđ principia substãtiæ generabilis & corruptibilis sunt substãtiæ istorũ. & qđ substãtiæ istorũ nõ sunt vniuersalia: neqꝫ vnũ, & vniuersaleꝫ neqꝫ formæ neqꝫ mathematica: i & hoc qđ declarauit in tractatu secũdo & tertio declarat etiã in hoc tractatu quod principiũ primæ substãtiæ abstractæ etiã est substãtia & forma, & finis, & qđ mouetur vtroqꝫ modo, & hoc intẽdit primo declarare in hoc tractatu. Sed quia modus cõsiderãdi in hac scientia est de principijs substãtiæ in eo qđ est substãtia siue æterna siue nõ: incepit declarare in hoc tractatu de principijs substãtiæ nõ æternæ, & fecit rememorationẽ de hoc qđ declaratũ est ex eis in naturalibus, & in præcedentibus tractatibus. Deinde post hoc incepit declarare principia æternę substãtiæ, & posuit etiã hoc qđ declaratũ est in naturalibus, & q̃ consideraũit de eis cõsideratione propria huic scientiæ. Verbi gratia, quod est substantia

2 Obiectio qꝫ naturalis nõ potest de monstrare substantias abstractas esse.

b Nulla scientia habet probare sua principia demõstratiõe propter quid. Idẽ. 2. phy. 9. 26. tr. & pri. phy. cõ. vlt. & 24 de anima. 27.

c Impossibile ẽ demõstrare aliqđ abstractũ eẽ nisi via motus.

3 d Error Auicẽ de quo vide pri. ph. cõ. vlt. & 2 phy. cõ. 12. & 26. & 3. phy. cõ. 3.

e Obiectio bona qđ diuinus probat principia naturalis.

f Nota qõ diuinus probat principia scientię naturalis p quo vide etiã. 4. me. cõ. 5. & prio me. cõ. 15. & 18. &



stantia prima & forma quod est principiũ & finis. Deinde cõsiderat de hac substãtia immobili vtrũ sit vna: aut plures, & si plures vtrũ reducantur ad vnũ & quomodo ordinãtur ab eo. Sic intelligẽda cõmunicatio istarũ duarũ scientiarũ in cõsideratione de principijs substantiæ, scilicet quod naturalis declarat ea esse secundũ quod sunt principia substãtię mobilis, philosophus autẽ cõsiderat de eis secundũ qđ sunt principia substãtiæ in eo qđ est substãtia nõ substãtia mobilis, & etiam philosophus declarat abstractũ esse qđ est principiũ substãtię sensibilis: sed postquã accepit pro concesso a naturali huiusmodi esse substantiã. Et for te hunc modũ intẽdebat Alex. dicere cũ dixit quod philosophus; considerat quæ sunt principia substãtiæ æternæ: sed hac via considerationis nõ indiget naturalis: neqꝫ necesse est ei ponere ipsum, & forte etiã intendebat dicere quod naturalis considerat quæ sunt principia substantiæ generabilis & corruptibilis secundũ modum propriũ ei scilicet per principia propinqua, & hæc scientia cõsiderat de multis principijs: cũ declarat qđ substãtia immobilis est principiũ substãtiæ mobilis, & hoc intelligendũ de hoc sermone, & si nõ erit dubitabilis, & hoc fecit Auicẽ. errare, qđ autẽ Alexãdicit qđ prima scripta est melior secũda forte est econtrario: quia hæc est sua prima intentio in hoc tractatu. Et cũ posuit tres substãtias esse, & qđ vna earũ est abstracta: induxit testimoniũ & dixit, & ideo dicũt quidã quod est abstracta & c. id est, quia opinabãtur (sicut nos. & quia istorũ hominũ quidã diuidunt hoc abstractũ in duo, & quidam reducunt hæc duo in vnũ, & quidã ponunt tantũ vnũ. Deinde, & quidã eorũ diuidunt ipsum in duo, & quidã ponunt formas mathematicas tantũ ex istis, id est, quod hæc substãtia quidã ponũt eam dupliciter naturæ scilicet formas & mathematica quæ ponunt inter formas abstractas & substantias sensibiles, & quidã ponunt formas, & mathematica vnam naturam, & quidam substantiam abstractam sola mathematica, & non dicunt formas esse. Et primus sermo est Plato. Secundus autẽ vt dixit Alex. est alterius, & secundum expositionem quorundam discipulorum Platonis est Platonis. Tertius est Pythagore, & aliorum quamuis varietet de istis qui non dicunt numerũ esse abstractũ, & in tractatu sequẽti cum istis loquitur de hac substantia.

7. met. 5. 9. et. 39. & 6 me. cõ. 5. & 8. me. cõ. 4. & hic cõ. 5. & infra. 4

cõ. 6. &. 2. ph. 4. &. 21.

g Octauo phy. 78. & 79.

h Prio meta. de numeris 2. 19. ad 25. & 2. 25. vsq; infinẽ de specieb. 1 ,Secundo me. 4. &. 5. &. 3. met. 2. 7. &. 15. mouet quæstiones.

Ille quidem naturales: cũ motu enim sunt. & hoc alterius: si nullũ illis principiũ cõmune est. Sensibilis vero substãtia mutabilis: si autẽ mutatio est ex oppositis & medijs: sed oppositis nõ omnibus. Nõ albũ enim vox: sed ex contrario necesse subesse quid mutabile in cõtrarietatẽ: nõ enim cõtraria trãsmutantur. Amplius hic quidem manet: aliud vero cõtrarium nõ manet. Est igitur aliquid tertium præter contraria materia.

Et sermo de istis modis duobus est naturalis: quoniam sunt cum motu, & ista alterius est cum non habeant: neque vnum principium commune. Substãtia autem sensibilis est trãsmutabilis. Si igitur trãsmutatio est ex oppositis in situ aut ex medio: non est ex omnibus oppositis in situ. Vox enim non albũ:

sed econtrario necesse esse vt subiectum sit ei quod transmutatur ad contrarietatem. Contraria enim non transmutãtur: hic autem permanet contrarium autem non permanet. Materia enim tertia est à contrarijs.

6 Sententia Alex. de cõsideratione naturalis circa principia naturalium.

Dixit Alex. & cum locutus fuit de substãtia mobili. d. quod naturalis debet loqui de istis duabus substantijs scilicet æterna & corruptibili. Consideratio enim naturalis est de substãtijs mobilibus secundũ qđ accepit principia istorum a primo philosopho: substantia autem immobilis est propria primæ philosophiæ. Alex. autem in hoc loco aperte videtur dicere quod naturalis cõsiderat de substãtia mobili quærendo principia eius a philosopho, & qđ philosophus declarat hæc principia esse: sed iam declaravimus qđ iste sermo nõ est verus, & quia naturalis cõsiderat de substãtia mobili quærendo principia eius perueniendo a posterioribus ad priora: vt declaratũ est istic. D. d. ista enim sunt cum motu, id est, & consideratio de substãtia mobili est alterius scientiæ scilicet istius, & causa in hoc est: quia ille duæ substãtiæ sunt mobiles: hæc autẽ est alia ab eis & immobilis: cũ mobile & immobile non habeant principium sibi commune. D. d. substãtia autem sensibilis &c. id est, Alex. cum dixit qđ sermo de substãtia sensibili est naturalis cũ sit in motu, & iam prædixit quod necesse est accipere elementa substantiæ sensibilis si vnum & si plura. Cõsideratio enim in hoc & in inueniẽdo principia naturalium est primi philosophi, & ideo incepit suum sermonem in hoc, & declarauit quæ sunt elementa naturali substantiæ, & ad hoc accepit propositionem manifestam scilicet quod omnis sensibilis substantia est transmutabilis. Omnis enim huiusmodi substãtia aut est trãsmutabilis in loco vt substantia æterna: aut in qualitate & magnitudine: aut in substantia vt in generatione. Deinde coniungit eã aliam propositionem manifestam, & est quod illud quod transmutatur ex contrario: aut ex medio inter contraria transmutatur: sed ea quæ sunt inter contraria non dicuntur esse contraria: media enim ex quibus fit transmutatio ad extrema non simpliciter sunt contraria extremis: vnde videtur non ex contrarijs: quomodo autẽ transmutatio quæ est in istis, & ex istis etiam ex contrarijs: quia ista quæ sunt inter cõtraria sunt ex mixtione contrariorum: in tractatu decimo declaratum est. a Et cum. d. quod transmutatio quæ est inter coutraria. d. & accepit in hoc loco opposita loco contrariorum, & posit quod omnis transmutatio sit ex contrarijs aut ex medijs quæ sunt inter contraria. Deinde dicit, vox enim non est alba sed econtrario. Alex. id est, quamuis possumus dicere quod vox nõ est alba: tamen non propter hoc sit album ex voce: quia vox nõ est albũ. Oportet enim quod illud quod trãsmutatur fiat contrarium ei ex quo transmutatur. Deinde Alex. forte non intendebat hoc: sed cum dixit vniuersaliter quod transmutatio sit ex oppositis & ex medijs: opposita autem multipliciter dicuntur declarauit quod transmutationes non fiunt ex quibuslibet oppositis. Quoniã bene possumus dicere quod vox opposita est albæ: cum dicendum sit quod vox non est album: sed tamen non propter hoc est dicendum quod album sit ex voce, & qđ vox trãsmutatur in album: non enim ex omnibus de quibus dicitur non album

2 Decimo me. to. cõ. 23 Alia expositio Alexan. quare dixit ex oppositis.



sit album: qm̃ nõ ex omnib9 oppositis fit trãsmutatio sed ex contrarijs.

Et cũ declarauit qp necesse est in omnib9 naturalib9 vt in principijs sit aliqua cõtrarietas. cõiungit hoc qp necesse est vt in omnib9 transmutabilibus sit aliquod subiectũ trãsmutetur ad cõtrarietatẽ qua fit trãsmutatio: & qp in aliqua hora fit in aliqua parte eius: & in alia hora in alia parte. Impossibile enim est vt cõtraria recipiant sua contraria permanentib9 illis: & hoc iã declaratũ est in primo physi. a & consimiliter etiã hoc qđ declaratũ est in illis tractatibus: qp illud quod trãsmutatur cũ transmutatẽ permanet. cõtraria aũt ex quibus trãsmutatio fit non permanent: & ex hoc apparet qp necesse est in omnibus transmutationibus vt sit tertium permanens aliud a contrarijs: hæc sunt verba Alex. & est perfecta expositio. Sed hoc quod dicit qđ consideratio in hoc & in inueniendo principia naturalium est philosophi non intelligendo secundum suum modum, scilicet quod demonstrare principia naturalis substãtię esse est primi philosophi: sed ecõtrario. Naturalis b eũ habet dare causas mobilis substantiæ materiales & mouentes: formales autem & finales non potest. sed philosophus dat eas demonstrando qđ principium mouens quod iam declaratum est esse in scientia naturali: est principium substantiæ sensibilis secundum formam & finem. Secundum igitur hunc modum quæritis philosophus elementa substantiæ sensibilis, id est elementa entis in eo quod est ens. Declaratur igitur in hac scientia qp ens non materiale quod iã declaratũ est esse mouens substantiam sensibilem est substantia antecedens substantiam sensibilem: & qp est principium eius secundum formam & finem secundũ hoc igitur intelligendum est qp philosophus quærit de principijs substantiæ naturalis, scilicet de prima forma & fine. de causa autem mouente & materiali est naturalis: & in hac scientia ponit has duas causas esse principium perscrutationis de duabus alijs causis: & ideo incæpit ponere has duas causas: & primo materialem: & declarat illa per propositiones illas easdem quibus vsus fuit in scientia naturali. & ideo videtur quod hic consideratio non est propria huic scientiæ: sed est pars scientiæ naturalis: sed quia vicinæ sunt hæ duæ considerationes: & necesse est vna earum vti in altera quasi principio fecit rememorationem de hoc quod declaratum est in scientia naturali: sed tamen hic magis generaliter perscrutatur quã naturalis. Verbi gratia, quod tamen declarat quod principia substantiæ sensibilis est materia & forma: quærit vtrũ principia substãtiæ sunt principia aliorũ prædicamentorũ aut nõ: & sicut præscrutatus est in prædictis tractatibus de forma vtrũ sit substãtia aut nõ. & de vniuersali & particulari. & ideo fecit rememorationem in hoc loco de eo qđ declaratũ est de principijs substantiæ sensibilis in scientia naturali & in tractatibus prædictis istius scientiæ. Istæ autem duæ scientiæ vicinæ sunt scilicet scientia quæ cõsiderat de principijs substãtiæ mobilis in eo qp est mobilis: & quæ cõsiderat de eis in eo qp substãtiæ. & ideo possibile est vti his propositionibus magis generalibus qi in scientia naturali: nõ in eo qp est substãtia mobilis: sid in eo qp est substãtia simpliciter. Et secundũ hoc verificabit sermo Alexan. cũ dicit qp cõsideratio naturalis est de substantijs quæ sunt in motu secundũ qp accipit principia istorũ a primo philosopho, scilicet qp intelligẽda sunt ex hoc causa formalis & finalis

3

a Prio ph. 50. 51. 52. &. 53. j. ph. 59.

Digressio i qua inquirit quare diuinus considerat principia rẽbilis substãtiæ: & qliter expositio Alex. verificari põt.

b Naturalis habet dare causas mobilis substãtiæ materiales & mouẽtes. formales aũt & finales nõ potest. opp. 2. phy. tex. cõ. 70.

H

Quõ expõ Alex. potest habere veritatem.

Cã formalis finalis & mouẽs sunt idem subiecto. Id. 10. me. com. 7.

finalis non materialis & mouens quãuis sit vna secundũ subiectum. Et similiter verificabitur sermo eius prædictus: cum dicit q demonstrare principia entiũ est primi philosophi: & q naturalis ponit ea positione. scilicet q intelligenda est causa formalis & finalis non mouẽs & materialis. Similiter & verificabitur etiã sermo eius cũ dicit illa autẽ principia sunt naturalis tñ. cum fuerint intellecta ex istis hæc duo tñ principia. s. materia prima & primum mouens. Et cecidit dubitatio in hoc quod principiũ formale & finale: & mouens non sunt tria numero: sed vnum in subiecto & tria in ratione. secundũ autẽ quod est mouẽs declaratur esse in scientia naturali: & quod nõ est in materia: & secundũ qd̃ concedit hæc scientia q hoc mouens non est in materia declarat quod est forma & finis istis sensibilis substantiæ non in eo quod est sensibilis sed in eo quod est ens. secundum igitur hoc intelligendum quod principia vtriusq; scientię sunt diuersa in modo tñ nõ esse. & ideo sermo Alexan. est valde dubitabilis nisi determinetur sic. Ex quo errauit Auicenna sicut dixit & oportet Alexan. si hoc intendebat sicut est famosus in hac scientia distinguere & determinare hoc: & ideo videmus Themistium dimittere hanc intentionem vniuersaliter.

*Si itaq;* transmutationes sunt quatuor. aut secundum quid: aut secundum quantitatem: aut secundum qualitatem: aut vbi. Generatio quidem simpliciter & corruptio secundum hoc: & augmentum: & decrementum: quæ secundum quantitatem. Alteratio autem quæ secundum passionem: latio autem quæ secundum locum. In contrarietates vtiq; erunt eas quæ secundum vnumquoq; transmutationes: necesse itaq; transmutari materiam potentem ambo. *Si* igitur transmutationes sunt quatuor: aut in quid: aut in quale: aut in quantum: aut in vbi. Generatio autem simpliciter est in hoc: augmentum vero inquantum. Alteratio autem in passiones: translatio autem in locum: videtur quod transmutationes non inueniantur nisi in eis quæ sunt in vnoquoq; & necesse est vt materia transmutetur: quia potest vtrunq;.

7 Cũ declarauit q trãsmutatio sit ex cõtrarijs: aut eorũ quæ sunt inter cõtraria quæ etiã sunt cõtraria: & declarauit q cõtraria habẽt tertium subiectũ: & est materia coniunctiui: vult declarare quot sunt modi cõtrarietatis qui sunt in transmutationibus. Et dixit quod transmutationes sunt. iiij. aut in substãtiæ: & dicitur generatio & corruptio simpliciter: aut in qualitate passiua. & dicitur alteratio: aut in quantitate: & dicitur augmentũ & diminutio: aut in vbi: & dicitur translatio. necesse est vt omne quod transmutatur transmutet ex contrarijs quæ sunt in vnoquoq; istorũ modorũ. iiij. Et iam declaratum est in. 5. phyli. qui sunt modi diuersitatis inter has transmutationes: & diuersitatem quæ est inter hæc contraria. Contrarietas autem in substantia est forma & priuatio: in qualitate autẽ vt calor: & frigus in tactu: & dulce & amarum in sapore: & albũ & nigrũ in visu: & omnia ista reducuntur ad sensum tactus:

5. physi. 10. 2. de gñatione. 6. & 7. Primo phy. 30. & 59.



vt declaratum est in lib. perigene. In quantitate augmentum & diminutio. Et cum posuit quod hic. iiij. sunt modi transmutationũ dicit & necesse est vt materia transmutetur quia potest vtrũq;. i. & si necesse est sicut declaratum est vnũquodq; istorũ cõtrariorũ habere naturam super quã succedãt sibi contraria: necesse est vt non sit materia nisi secundũ qd̃ recipit vtrũq; contrariorũ: nõ quia habet alterũ cõtrariorũ in substãtia: & vt nõ sit materia: nisi q trãsmutaꝫ ex cõtrario ad cõtrarium illo permanente: & totum hoc perfecte declaratum est in physicis.

Quoniã autẽ duplex est ens trãsmutẽ omne ex potẽtia ente in actu ens: vt puta ex potẽtia albo in actu albũ: similiter autẽ in augmẽto & decremẽto: quare nõ solũ secundũ accidens contingit fieri ex non ente sed ex ente fiunt omnia: potentia quidem ente: ex nõ ente verò actu. Et qa ens est duob⁹ modis omne transmutabile transmutatur ex eo quod est ens in potentia ad illud quod est ens in actu. Verbi gratia. ex albo in potentia ad album in actu: & similiter in generatione & corruptiõe: ergo nõ tantũ est possibile vt sit accidẽtaliter ex nõ ente sed ex ente, id est vt sint omnia ex ente in potentia: & non ente in actu.

8 Cum declarauit q principia sunt substantiæ cõtrariorũ: vult declare cuiusmodi esse sit esse materiæ: & præponit huic q ens diuidit in potẽtia & actu in oibus prædicamẽtis. & Alex. dixit q hoc declaratũ est in tractatu. 9. in quo loquit̃ de potẽtia & actu: & intẽdebat p hoc qd̃ in hoc tractatu demõstrat potentiã esse præcedentẽ ad actũ: & dicit impossibilia contingentia ad negantes potentiam esse: & ponentes eam cum actu: & hoc non fecit in illo tractatu nisi ad confirmandum. Potentiam enim esse non indiget demonstratiõe. Et cum posuit quod inuenitur ens duobus modis: aut in potentia: aut in actu dicit q transmutatio est ex potentia ad ens in actu in omni specie transmutationis. Verbi gratia, quod transmutatio ad album est ex albo in potentia ad album in actu: & transmutatio ad illam substantiam est ex illa substantia in potentia: & similiter corruptum est ex illo quod est in potentia corruptũ. & hoc intendebat cum dixit. & similiter in generatione & corruptione: & intẽdebat q omne transmutabile fit ex illo quod est in potentia in illo modo prædicamenti. Et quia hoc ignorauerunt antiqui errauerũt in generatione: & dixerunt: quod nulla generatio est omnino: sed entia fuerunt præcedentia in esse in actu: sed reputanꝫ ꝑpter sensum esse generata: & non sunt in rei veritate: sed exeunt abinuicem: & vnus eorum qui hoc opinati sunt: est sicut Anaxa. & mouit eos ad hoc credẽdum q ens non fit ex non ente. non esse enim non transfertur in esse: neq; etiam ex ente: quia illud quod fit tunc esset prius ens q̃ esset. Et cum posuit q generatio fit ex ente in potentia vt declaratum est in primo physic. dicit ergo non tamen possibile est &c. & innuit per hoc modum quo dissoluit quæstionem dictam in primo physic. de generatione. Dictum est enim illic quod si generatio est: aut est ex non esse: aut ex esse. si ex non esse ergo non esse transfertur in esse. si ex esse contingit vt ens sit ens antequã sit. & dissoluit hanc quæstionem in illo tractatu dicendo. quod generatio

Vide. j. phy. 33.

Primo phy. 71. mouetur quæstio solutur autem

generatio sit ex non ente accidentaliter: quia est ex ente potentialiter scilicet materia cui accidit priuatio quæ est ens simpliciter: & etiam est ex nõ ente in actu accidẽtaliter. Accidit enim materiæ ex qua est generatio essentialiter quod fuit non ens in actu: & ens in potentia. Facit igitur hic rememoratione de eo ꝙ declaratũ est illic quod generabile nõ generat ex ente accidentaliter sed etiã essentialr. s. ex ente in potentia. idest quod non sufficit dicenti in solutione istius quæstionis quod generabile impossibile est quod generetur ex non esse dicere quod generatur ex non esse essentialiter: sed accidentaliter: sed oportet etiam dicere ei cum hoc quod generatur ex ente essentialiter scilicet ex ente in potentia. Et Alexan. dixit quod non compleuit sermonem in hoc loco de materia: quoniam transmisit nos ad physicam. Et hoc demonstrat ipsum videre quod sermo in probando primam materiam esse est naturalis econtrario Auicen.

Et hoc est Anaxagoræ vnum. Digniusenim est quam simul omnia: & Empedoclis mixtura: & Anaximãdri: vel vt Democritus: aut nobis erant omnia potentia: actu verò minime.

Et hoc est vnũ qđ Anaxa. ignorauit. Et est melius ꝙ qđ oĩa sint insimul: & est etiã mixtio Empedo. & hoc Anaximandri: & sicut Democritus: omnia fuerunt nobis in potentia: in actu autem non quouscp numerentur admisceri cum materia.

9 Vult declarare quod omnes antiqui cum voluerunt dissoluere illam quæstionem de generatione speculabantur naturam materiæ debiliter: & non potuerunt scire veritatem illius materie sed tamen omnes intendebant quasi veritas induceret eos ad illam. Et dixit. & hoc est 2 verum &c. idest & istam materiam quæ declarata est esse reputabat Anaxa. esse mixturam suam. Materia enim assimilatur mixtioni: quia res admixtæ propinquæ sunt vt sint in potentia: sed tamẽ insimul sunt in actu: & ideo d. & est melius quod omnia sint insimul. idest & ponere quod materia est in potentia omnia in dissolutione illius quæstionis melius est quam dicere quod omnia existunt in actu in mixtione insimul. Non enim potest euadere per positionem mixtionis ex hoc quod generatio sit ex ente in actu & sic remanet quæstio destruens generationem. Deinde dicit. & est etiam mixtio. Empe. & ista materia est quam Empe. inspiciebat: cum posuit qđ mundus est admixtus aliquãdo per amicitiã: M & aliquãdo segregatus per litẽ. D. d. & hoc Anaximandri. i. & quod po 3 nebat iste homo habet aliã similitudinẽ cũ materia. Ponebat enim ꝙ elemẽta oĩm rerũ est infinitũ & mediũ inter aerẽ & ignẽ aut inter aquã & aerẽ sicut ait? faciebat. Isti ei inspiciebãt potẽtiã existẽtẽ in materia. Et ideo posuerũt ipm mediũ inter ea quæ sunt entia actu: & inspiciebãt etiã natura materiæ: cũ posuerũt ipm infinitũ ne ẽnatio fecet. esse enim est in potẽtia ola est cã, ppter qđ ẽnatio nõ abscindit. D. d. & sicut d. Demo. oĩa fuerũt nobis in potẽtia in actu actu autẽ nõ. i. & de ppinquioribꝰ istis inspiciẽdo materiã fuit Democritꝰ cũ. d. partes eius esse indiuisibiles quæ sunt apud ipm elemẽtũ oĩm. D. enim ꝙ istæ fuerũt in potẽtia oĩa antequã cõglutinarent adinuicem: & nũquam fuerũt in actu. D. Alex. & forte iste

L ibidẽ. 1. 74. &. 75. Priuatio est nõ ens simpliciter vide. 1. ph. 79.

Cõtra Auicen. vide etiã. c. vl. primi phy. &. 22. secũdi. phy.

De propinquioribꝰ in aspiciendo materiã fuit Demo. oppositũ. 1. ph. com. 76. de Platone.



te iste sermo quem. d. omnia fuerunt, nobis in potentia. in actu autem non, non est totius Democriti, sed sermo Democriti est, omnia fuerunt nobis in potentia, id est, æterna quæ assimilantur materiæ in hac intentione, & erit sermo eius, omnia sunt in potentia, in actu autem nõ propriũs Aristo. & quia correxit sermonem Demo. dicendo & Demo. qui dicit ꝙ partes indiuisibiles semper fuerunt æternæ bene inspexit naturam materiæ, & maxime esse eius in potentia omnia facta ex eis non in actu. D. d. quouscp inueniantur admixtæ cum materia, id est, & natura veritatis induxit omnes antiquos vicinari materiæ. Et. d. hoc qđ fuit testimonium super hoc quod probauit de materia. Nullus enim scit materiã in rei veritate ante ipsum, sed inspiciebãt ipsum a longe.

4 Nullus scit materiã ante Arist. sed inspiciebãt, eã a longe. Idẽ. 1. phyli. com. 79. Naturæ materierum diuersunt secũdum modos naturæ trãs N 10 mutationis. Idẽ. 5. ph. t. c. 8. &. 1. ph. 63. vide etiã 3. de aia. c. 5. iuxta principium digressionis. a Corpꝰ celeste non habet materiã Idẽ tra. 36. 41. 48. & 49. &. 1. celi. c. 5. 20. 23. 95. & in 2. celi. 3. 15. 31. 32. 36. 38 61. &. 1. ph. 63. &. 73. et 8. me. cõ. 12 &. 9. meta. cõ. 17.

Quare materiam habuerunt, omnia vero materiã habent quæcunqꝫ transmutantur, sed aliam & sempiternorum. Quæcunque non generabilia. mobilia autem latione, verũ non generabilem habent, sed vnde & quo.

Et anima quæ transmutantur habent materiam, sed diuersam. Omnia igitur æterna, scilicet omnia quæ sunt ingenerabilia, & mouentur secundum translationem habent materiã, sed non generatam, sed ex vbi, aut ad vbi.

Et si omnia quæ transmutant habẽt materiã sicut diximus, sed naturæ materierũ diuersantur secundũ modos naturæ transmutationis, materia aũt generabiliũ est in potẽtia. translatorũ aũt est in actu cũ translatum sit aliquid in actu, & ideo quod ex translatis fuerit nõ generabile, neqꝫ corruptibile, non habebit materiã quam habet generabile & corruptibile, & est quæ est in potentia, &. q. d. & omnia æterna quæ sunt nõ generabilia, sed mouent motu secũdũ trãslationẽ habẽt materiam, sed non habẽt materiã generabiliũ, sed materiã eorũ quæ mouentur de vbi in vbi. Ex hoc videt corpus a cæleste nõ habere potentiã dissibilem secundũ diuisionẽ corporis. s. formã materialẽ si ita esset, esset in eo materia quæ est in potẽtia, & iam declaratũ est ꝙ nullũ æternum habet potentiã vt corrũpatur, & in primo cæli & mundi. Auic. autem erauit in hoc cũ. d. ꝙ materia quæ est in potẽtia existit tolꝫ corpiꝫ.

Dubitabit aũt aliquis ex quali non ente est generatio. Tripliciter enim ens. Si itaque est aliquid potentia, attamen non ex quocũque, sed alterũ ex altero, neque sufficiens, quia simul res omnes. differunt enim materia, quoniam quare infinita facta sunt sed non vnum. Intellectus enim vnus. Quare si materia vna. illud factum est actu cuius materia erat potentia.

Et dubitandum est in hoc & dicendum ex quo non ente fit generatio. Non ens enim tripliciter dicitur. Si igitur fuerit in potentia, sed non ex qualibet potentia: sed alterum ex altero. Et non sufficit etiam vt omnia sint insimul, quia differunt in materia, & si non qua de causa sunt infinita non vnũ. Intelligentia enim vna est, si autem materia etiam fuerit vna,

& illud

& illud erit in actu quod materiæ fuit in potentia.

O Vult narrare q̃ quãuis materia prima sit vna tamẽ multa est in potentia & habilitate, & q̃ quodlibet ens cũ materia cõmuni habet naturam

Materia est vna, tñ est multa potẽtia & habilitate. vide. 5. de gen. c. 84

proprią, & incepit ponere quæstionẽ quã dissoluit, & est q̃ ens non fit ex ente, sed ex non ente. Et d. & si aliquis posuerit q̃ generatio fit ex nõ ente, habet dubitare & dicere ex quo nõ ente fit generatio. Non ens enim dicitur tripliciter. Et intendit quorum vnum est nõ ens simpliciter quod nõ habet esse neq; imaginationem. Secundũ est nõ esse quod est in materia. s. priuatio formarũ. Tertium est ens in potẽtia. Ens ẽm

2 in potentia dicitur nõ ens. s. nõ ens in actu. Et cũ posuit hic tria, incepit breuiter ponere intentionẽ qua dissoluitur quæstio. & d. si igit̃ fuerit in potẽtia &c. i. & si quæstio dissoluit̃ ponẽdo q̃ ens fit ex non ente

22. &. 1. c. 29. &. 4. physi. t. c. 8

in actu & ente in potẽtia. nõ ẽm quodlibet ens fit ex qualibet potentia, sed vnũquodq; entiũ fit ex eo quod est in potẽtia illud quod fit. i. ex potẽtia ꝓpria, ita q̃ numerus

a Numerus potentiarũ est sicut numerus specierũ entiũ generabiliũ.

a potẽtiarũ sit sicut numerus specierum entiũ generabiliũ. Et d. hoc quia opinatur q̃ prima

b Prima materia. j. habet potẽtiã ad recipiendum formas elemẽtorũ.

b materia est vnum secundũ subiectũ, & multa secũdũ habilitatem. Primo ẽm habet habilitates ad recipiendum primas cõtrarietates scilicet formas omnũ

3 quatuor elementorũ. Secũdo vero habet potẽtias cõsimiliũ partiũ mediantibus formis quatuor elementorũ. & istæ potẽtiæ diuersãt secundũ diuersitatem mixtionis quatuor elementorũ ita q̃ ex hoc diuersantur formæ generabilium. Et quia antiqui secũdũ positionẽ suã in materia non possunt dare causam in multitudine entiũ ex materia. d. & non sufficit etiã q̃ omnia fuerint insimul, sd est. & ideo nõ sufficit in dando causam multitudinis entiũ dicere q̃ ex ex quibus fit generatio fuerunt etiã insimul in actu, neq; entia in potẽtia: cum potentiæ non fuerint mutæ. & ista quæstio consequitur Anaxa. dicentem mixturam & omnes

4 antiquos, contingit enim eis vt quilibet fiet ex quolibet, eo q̃ nõ sunt

Q. et eis mediãtib⁹ ad formas mixtorũ. idem. j. c. 67.

materiæ propinqua propriæ vnicuiq; enti. album igitur non fit ex non albo quod est nigrum, sed ex quolibet nõ ambo. Verbi gratia, ex linea. Non album enim dicitur de linea. Et similiter contingit Democrito &

Multitudo entium, puenit ex multi

Empedocli, cum elementa distinguantur apud ipsum ex vno quod fecit amicitiam apud corruptionem mundi. Et cum. d. q̃ non sufficit in positione eius ex quo est generatio dicere q̃ ex ex quibus fit generatio fuerunt entia ante generationem, dedit causam in hoc. &. d. nam sunt diuersa secundum materiam &c. id est, & sermo Anaxagore proprie non

5 sufficit, quia multitudo entium prouenit ex multitudine materiæ aut formæ agentis, & si non qua de causa diuersantur entia in infinitum diuersitate infinita & non sunt vnum cum agens est vnum apud ipsum q̃d

tudine materiæ aut formæ agentis. vide. 7. met. cõ. 28.

est intelligentia, & intendebat cum materia sit vna & agens sit vnum. Necesse est vt non sit multitudo, multitudo enim est aut ex multitudine materiæ, aut ex multitudine agẽtis si fuerit possibile, vt formæ diuersę habeant eandem materiam, aut ex multitudine duarum causarum. Dicit, si autem materia fuerit vna &c. si autem materia fuerit vna & generans vnum & potentia vna, tunc illud quod sit erit vnum, subiectum enim cum fuerit vnum, & potentia existens in eo fuerit vna & agẽs vnũ tunc nulla erit causa multitudinis.

Cum subiectum fuerit vnũ & potẽtia existens in eo fuerit vna & agẽs vnum tunc nulla erit causa multitudinis.

CAP.





CAPVT II.

TRres verò sunt causæ, & tria principia, duo quidẽ contrarietates. Cuius hoc quidem ratio & species. Illud verò priuatio. Tertium vero materia. Post ea quod non fit materia nec species. Dico autem vltima omne namq; transmutat aliquid & ab aliquo, & in quid à quo quidem primo mouente, cuius verò materia, in quodve rò species in infinitum ergo sunt si non solum æs fit rotundũ. Sed & ipsum rotundum, aut æs necesse est itaq; stare.

Causæ igitur sunt tres & principia tria, quorum duo sunt contraria, quorum vnum est forma, & alterũ priuatio, & tertium materia, & post ista neq; materia sit neq; forma, sed illa duo alia. Omne enim quod transmutatur, transmutatur ex aliquo in aliquod. Illud autem à quo trãsmutatur est motor, trãsmutabile autẽ est materia. illud autẽ ad quod transmutatur est forma, & processus in infinitũ, si cuprũ nõ tantum fuerit rotundum, sed etiam cuprum, & rotundum necesse est vt præcedat.

12

CVM declarauit in principio istius tractatus quod ipse non quæreret nisi principia & elementa substantiæ, & posuit quod substãtiæ sunt tres, mobilis & immobilis, & mobilis diuidit in duo, in æterna & non æterna, & fecit rememorationẽ de eo quod declaratũ est in scientia naturali, & etiã in tractatibus præcedentibus, & declarauit quantum comprehenderunt antiqui de principio materiali. & quod nullus eorũ dixit in hoc sermonem conuenientem generationi & corruptioni, & hoc q̃d dicunt quod principia sunt contraria, non sufficit, et quod necessarium est dicere subiectum esse, & quod nullus eorum dixit sermonem rectũ, vnde nõ potuerũt dissoluere quæstionẽ dictã in dissolutione generationis neq; potuerũt reddere causam, propter quam generabilia sunt multa, materia aũt sit vnũ & agẽs similiter, & cum omnia ista fuerint declarata ab eo. Dixit, q̃ causæ sunt tres &c. D. d. q̃d forma nõ generatur, neq; materia, sed illud quod cõgregatur ex eis. Omne enim trãsmutabile ab aliquo, & ad aliqd, & ex aliquo trãsmutat, illud aũt a quo trãsmutatur est motor, & illud ex quo trãsmutat est materia. & illud ad qd̃ trãsmutat est forma. Si igit̃ a forma gñaret esset cõpõsita ex materia & forma, quia trãsmutaret ab aliquo, & ex aliquo & ad aliqd, & forma tunc haberet formã, & cõtingeret sic in ista vt haberet essentia, & sic in infinitũ. Forma igit̃ in eo q̃d est forma nõ generat, & sic est de materia si esset generata esset cõpõsita, & sic inueniret ex parte materiæ species minima in cõpõsito, aut generatio esset ex nihilo, & hoc est declaratũ in tractatibus præcedentibus istius scientiæ. D. d. & processus est in infinitũ, sd est. Formæ & materiæ. s. quod si fuerint generabiles contingit vt in eodẽ sint formæ & materiæ infinitæ. D. d. si cuprũ tũ nõ fuerit rotundũ. s. necesse est vt formæ & materiæ sint infinitæ, si posuerimus quod generatũ nõ est cõpõsitũ tm. sed etiã forma. & materia. V. g. q̃d generatũ nõ est cuprũ

Expositio. Nec forma nec materia generat, sed quod congregatur ex eis. Idem. 7. met. 23. 26. & 27. 31. Vide opp. s. phy. c. 60. de materia. a Si forma gñaret esset cõpõsita ex materia &

forma. Idē 7.met.com. 26.&.27. Documētū. Vide.i.phy. tex.xō,82.

cuprū rotundū,sed rotunditas & cuprū,qm̄ si ita fuerit.continget vt ea te rotunditatē lit rotunditas,& recipiēs rotūditatem,& similiter cuprū indiget recipiente & forma. Et hoc quod dixit nō est impossibile in compositis materijs & in cupro, sed est impossibile in prima materia & in simplicibus formis, & accepit cuprum rotundum loco cōpositi, & cuprum loco materiæ, & rotundum loco formæ. D.d.sed rorūdū etiā & cuprū necesse est vt præcedant, id est, sed forma & materia necesse est vt præcedant compositum.aut intendit, sed si posuerimus formā esse generabilem, & materiam esse generabilem sicut est compositū ex eis,necesse est vt præcedant eas forma & materia. V.g.quod si rotundū fuerit generabile necesse est vt sit compositum ex rotundo & cupro.

Postea quia quæcumq; ex vniuoco fit substantia. Nam & quæ natura sunt substantiæ & alia, aut enim arte, aut natura sunt aut fortuna,aut casu.Ars igitur principium est in alio.Natura autem principium in ipso. Homo nanq; hominem generat,reliquæ verò causæ horum priuationes.

S

Et est ista,quia vnumquodque substantiarum fit ex eo quod est conueniens ei in natura. Naturalia enim sunt substātiæ, & illa alia residua,aut sunt artificialiter:aut naturaliter, aut casu. Ars igitur principium est in altero,natura verò est principium per se. Homo enim generat hominem, causæ autem residuæ sunt priuationes alterorum istorum.

13

Alex.quæstiones de generatis ex putredine, & de mulo quō fiāt a sibi simili.

Cum declarauit principia substātiæ generabilis & corruptibilis ex sententia in ea.s.formā & materiā, vult etiam declarare principia agentis ad veniendum ad prima principia, & incepit facere rememorationē de eo quod declaratum est in tractatibus substantiæ,&.d.q; vnaquæq; substantiarum fit ex eo quod conuenit ei in nomine, vt homo ex homine, & equus ex equo. Et.d.Alex.q; debet homo cōiungere huic & quærere de animalibus generatis a putrefactione quomodo sint generata cō uenientem in nomine. Ista enim videtur generare natura nō voluntarie aut

T

casu, neq; etiam mulus fit ex cōueniēte ei cūm̄ gēnetur a mulo. Quod autem coniungit est quod ponit maiores dubitationes, quoniam cū.d. q; ea quæ sunt secundum naturam sunt ex conuenientibus addit in suo sermone q; & illa alia residua aut erūt artificialiter, aut naturaliter, aut casu.Reputatur enim q; iste sermo non est q; eatenus substantiæ sint ex conuenientibus,sed & omnia alia quæ sunt ex non substantia sunt etiā ex conuenientibus. Ea autem quæ fiunt artificialiter possibile est vt sit verū.cū ars est forma illius quod fit quam facit artifex in materia.dicit.d.in sermone præcedenti q; ratio cuiuslibet est forma. In eis autem

7.met,23.

quæ sunt casu quorū agens nō est terminatū quomodo est intelligendū q; ista fiunt ex conuenientibus. Et forte cum.d. in istis dicit neq; q; sunt, neq; q; fiāt a similt.qm̄ cū.d.de rebus quæ fiūt naturaliter, & quæ artificialiter,sequitur post &.d.causæ aūt residuæ sunt priuationis istorum,& priuationes non sunt generationes secundū primā intētionē,sed secūdū errorē ex accidētibus positis,qm̄ neq; in artificijs etiam ea quæ fiunt secundū errorē fiunt in rei veritate,id est,q; est credendum q; Aristo,opi



sto.opinabatur quod ea quæ fiūt a casu fiūt ex cōuenientibus: cū nō sit rectum vocare ea gñata.sed priuationes generabiliū: sunt enim in natura sicut ea quæ fiūt in artificio errores: & sicut ista nō est rectū vt vocētur generabilia artificialia: ita illa quæ fiūt casu in rebus naturalibus: & hoc intēdebat cum.d.causæ aūt residuæ sunt priuationes istorū. D.d. Alex. iam locutus fuit de hoc multū in tractatu.7.& declarauit quomodo fit vnaquæq; rerū quæ fiūt ex conuenientibus: & etiā locutus fuit Aristo. de rebus quæ fiunt ex putrefactione in physicis: qm̄ ista quāuis nō sint ex cōuenientibus simpliciter: tamē sunt ex aliqua operatione: calor ēm existens in substantijs est causa in generatione huiusmodi. D.etiā,& quid intelligebāt per suū sermonē ex cōuenientibus ita est q; quæ fiūt naturaliter: naturaliter fiūt: & quod nullū eorū quæ fiūt naturaliter fiūt ab artificio: sed ex natura: & sīr artificialia ex artificio: & similiter casualia: nullum enim istorum fit ex natura: aut artificio: & qd' ōia ista declarata sunt hic. D.d.artificiū autem est principiū per se.i.qd' ars est principiū mouēs in alterū in eo quod est alterū. Natura aūt est mouens aliquid per se.i.quia existit in re per se nō accidēt aliter: & hoc declaratum est.2.phy.& cum non dixit in hoc sermone ea quæ fiunt voluntarie. D. Alex.q.d' possibile est ordinare ea quæ fiūt volūtarie: etiā cū eis quæ generantur secundū artē. Voluntas enim est etiā principiū in alterū. D. Alex.& cū dixit hoc.d.post: homo enim generat hominē: & iste sermo significat q; non intendebat per hoc quod.d.de eis quæ generantur quæ fiūt ex cōuenientibus nisi primā intētionē intentionū cōuenientiū. Ōia enim quæ sunt naturaliter: aut artificialiter nō habent dispositionē talē. Inueniuntur enim per se: aut per casum: cū vocat ea quæ sunt huiusmodi priuata nō generata. Et intēdit Alex. per hūc sermonē q; ex de quibus.d. Arist. qd' ea quæ sunt ex cōuenientibus: & ex arte secundū primā intentionem. Omnia enim quæ fiunt a natura & artificio sunt talia: cum tam perfectitatis est de casu in alio loco: & ipse dat rationem ex hoc q; Arist. nō vocat ista generata. D. Alex. & forte fiunt casu & per se animalia quæ generantur ex putrefactione: qm̄ aūt ea quæ fiunt ex conuenientibus. Iam declaratum est ex primis tractatibus: quoniam vero mulus fit ex conueniente declaratum est in primis tractatibus. Sit enim ex asino & equa: & sunt vna intētio: & habēt vnum nomen positū. i. qd' intētio conuenientes ex qua fit mulus est natura communis asino & eque. Et hoc quod.d. Alex. in expositione istius loci est totum bonū: sed nō videt ex verbis Arist. qd' ponit præter substātias aliqua generari ex conuenientibus sicut ipse dicit qd' apparet ex sermone eius: qm̄ cū.d. & illa alia residua non respōdēt ad illud qd', d. quod fiūt ex cōuenientibus: sed est principiū sermonis & suum appositū est: aut artificialiter: aut naturaliter: aut casu & in alia trāslatione ab ea quā exposuit Alex. cecidit aut artificialiter. & secūdū hoc.q.d.qd' generabilia quæ sunt substātiæ sunt ea quæ fiunt ex conuenientibus: illa autē alia fiunt naturaliter: aut casu: & secūdum hoc nō accidit dubitatio in hoc sermone: & idem declarauit in tractatu.7. Et inuenimus hunc sermonem copulari in alia translatione cum eo quod dictum est prius hic sic. Deinde dicit necesse vt hoc sit post hoc: omnis enim substantia sit ex conueniente in nomine & diffinitione: ea autem quæ fiunt natura sunt substantiæ: talia autem aut sunt

2.phy.83. &.84. Alia expositio Alex.

Expositio auer. contra primā expositionem Alexan.7.met. 32.

naturaliter aut per se. Et reputo quod hoc quod cecidit in translatione Alexã. & illa alia relicta: quoniã sunt aut casu aut per se. s. hoc qd addidit hãc particulam: quoniã: quia secundũ hoc qd. d. & illa alia relicta: respondendũ ad hoc quod. d. ex conuenientibus. Et hoc fuit nobis ex trãslatione Ioannis sicut. d. & cũ processus fuerit in infinitũ si cuprã nõ fuerit tantũ rotũdum: sed rotũdum aut cuprũ necesse est vt sit. deinde post hoc quãlibet vnaquæq; substãtiarũ sit ex conuenire in nomine: & ea quæ in natura substãtiæ: & illa alia relicta: quãm sunt aut artificialiter: aut naturaliter: aut casu aut per se: & hoc facit existimare q̃ ola sunt ex conuenientibus secundum qd. d. Alex. & quod plus ponit dubitationẽ in hoc est: quia ponit in eis ea quę sunt artificialiter. Iam enim. d. Arist. quod ea quæ sunt artificialiter sunt ex cõuenientibus: sed videtur mihi quã inter debat per alia relicta alia accidentia: præter substantiam. & ideo posuit inter ea quæ sũt accidentaliter. Et secũdũ hoc substantiæ quę sũt ex putrefactione collocantur in eis quæ sũt ex conuenientibus nõ in eis quæ sunt ex casu. Et eã quæ sunt ex casu nõ habẽt ordinẽ: neq; sunt spẽs intente a natura. Istæ aũt videntur esse species a natura: sed tantũ diminute a speciebus generatis a patre & matre. a Et plura eorũ sũt in rebus determinatis. nihil est igit in istis dicere qd̃ sunt casu. hoc autem quod. d. quod Aristo. d. ista in physicis erraut per obliuionẽ: & forte. d. ea in tract. 2. b & iste tractatus est diminutus in quibusdã locis secundũ qd̃ pertinent ad nos. Et cũ diximus quod illud quod generatur c ex putrefactione generatur ex conuenientẽ: non volumus dicere quod generatur ex calore innato tantũ: sicut. d. Alex. secundum alteram suarum expositionum: sed est dicere quod putrefactio ex qua generatur est sicut semen in animalibus generantibus. s. quia sicut in seminibus est virtus generatiua speciei habẽtis illud semẽ quã Arist. assimilauit artificio: ita virtus quæ est in putrefactione propria alicuius ãalis est. similis artificio quod est in semine: & cum ea quæ sunt ex artificio sunt ex conuenientẽ. necesse est vt ea quæ sunt ex virtute quæ est in putrefactione propria alicuius animalis sunt a conuenientẽ. Et nulla differẽtia d est inter virtutem quæ est in putrefactione quæ assimilatur artificio: & eam quæ est in semine: sed ea quæ est in semine sunt ex habẽte semẽ & sole: illa aũt quæ est ex putrefactione a sole tãtũ. & ideo. d. Arist. e qd̃ homo generatur ab homine & sole. & ideo nullo modo indigem⁹ ponere formas quas existimauit The. ponere ex necessitate in animalib⁹ quæ sunt ex putrefactione.

Prima rõ. Ea quæ sũt causati non habẽt ordinẽ: neq; sunt species intẽte a natura. vide idẽ infra. com. 18. & .7. me. com. 31.

a Secunda ratio.

b Vide. 2. phy. 83.

c Quomodo genita ꝑ putredinem sunt a conuenienti.

d Differentia inter virtutẽ putredinalem & seminis.

e 2. ph. 26.

Substantiæ autem tres sunt: materia quidẽ hoc aliquid substantiam apparere. Nam quæcunq; sunt tactu & non cõnasce tia materia & subiectũ: natura verò hoc aliquid inquãtum habitus quidam. Amplius tertia quæ est ex his singularis vt Sor. & Callias. In quibusdam igitur hæc non est præter compositam substantiam vt species domus: si nõ est ars nec est generatio: nec corruptio horũ. Sed alio modo sunt: & non sunt vt domus quæ sine materiæ & sanitas: & omne quod secundum artem. sed siquidem in eis quæ sunt materia. Substãtiæ autem sunt



sunt tres. Vna est materia: & hoc est secũdũ ꝙ videtur. Quoniã illud est secundum contactum: & nõ est secundũ ordinem & materia & subiectũ. Natura autẽ est hoc: & etiã est tertiũ istorum quod est vniuscuiusq; vt Sor. & Callie. Quoniam in vno quoq; intentio huiusmodi rei non est nisi substantia compositæ vt forma domus. Nisi ars esset non esset generatio & corruptio istorum: nisi alio modo sint entia: & non entia sine materia & sanitate. Et omne quod est per artificium: sed est per causam in eo quod est per naturam.

14

Cum dixit. principia substantiæ sensibilis quorũ principia sunt substãtiæ intendit dicere in hoc capitulo quot sunt substãtiæ: & ipse facit rememorationẽ de eo quod declaratũ est in tractatibus substantiæ: & in scientia naturali: & declarat quod sunt tres materia: & forma: & illud quod ex eis cõgregat: vt veniat ex hoc ad cognoscendũ primã formã & primũ ens. D. Alex. & primo Arist. d. de materia hũc sermonẽ. Vna aũt est materia & est secũdũ qd̃ videtur: etiã in hoc sermone est difficultas: & intentio est: quia substantiæ sunt tres. Vna igit earũ est materia: & hoc est quando recipit formam & adunatur: quia tũc est cum forma. Forma enim est in actu: & videtur illic illa autẽ per se non videtur. Dicit erit intentio sic: & est quia materia est hic secundum quod videtur: qñ materia per se & in rei veritate non est hoc: sed reputatur esse hic: qñ in quolibet inuenitur materia: & hæc sunt quæ sunt subiecta. Intentio autem primæ expositionis Alex. est quia materia est illa quæ videt aut sentitur propter formã: & debet dicere qd̃ materia est illa quæ videtur secundũ qd̃ est hoc loco eius quod. d. qd̃ est hoc secundũ qd̃ videt. Intentio vero secundæ expositionis est quod materia est hic in sensu. i. qd̃ sensus nõ cõprehendit differentiã inter ista: & hoc secũdũ intellectũ: ideo antiqui reputauerunt substãtias rerũ esse materias earũ: & qd̃ formæ nõ sunt substãtiæ. Formæ nõ sunt in sensibiles sed intelligibiles: & habet tertiã & quartã expositionem quas nos post dicemus. Deinde Alex. & hoc qd̃. d. post: qñ illud quod est secundũ tãtũ & nõ est secundũ ordinẽ est materia & subiectũ: addidit ipsum ei ꝙ. d. & est secũdũ ꝙ videt inquãtũ demõstrat ꝙ materia videt hoc in reb⁹ i quibus existit: cũ fuerit cõtingẽtes se adiuncem & adhuc nõ ordinate: aut cõpositæ sicut est res generata: & est illud quod componit ex eis: ista cũ reputantur esse materia eius qd̃ sũt ex ea secundũ qd̃ hic quid: nõ eñ cõtingerẽt se adinuicẽ: nisi essent hic in actu: & secundũ hunc modũ lapides & lateres sunt materia domus: & ligna: & tabulæ materiæ nauis. Sed forte intendebat cũ. d. ꝙ hoc igit est hoc sed̃m ꝙ videt demõstrare ꝙ materia quæ videt est hic materia aũt quæ videt est materia ꝓpinqua. hic aũt est in re. Et forte. d. secũdũ ꝙ videt ad declarandũ materiæ naturã. Quod eñ. d. de ea in alio loco ꝙ ipsa materia est cognita secũdũ similitudinẽ cõuenit huic ꝙ. d. modo secũdũ ꝙ videt ibimus eñ ad intelligẽdũ naturã eius ex reb⁹ quæ videnf: & forte hoc est illud ꝙ declarauit ꝓ exẽplum cũ. d. qñ illud ꝙ est secũdũ tãtũ nõ secundũ ordinẽ est materia & subiectũ: qñ si in rebus quæ videnf. s. cõpositis fuerit aliqd nõ secũdum ordinẽ: vt in domo

Prima expositio. Alexan.

Secunda expositio eiusdem.

Summa prime expositionis.

Summa. ij. expositiõis.

Tertia expositio.

Universidad de Deusto
Biblioteca



materia videtur vicina rebus: ex quib⁹ fit domus: lapides eñ & lateres habent talē dispositionē & proportionē sicut materia habet in alijs rebus. & forte dicit hoc in loco eius quod diceret q̄ est aliqua substātia. hæc igitur sunt verba Alex. Intentio autē primi sermonis est: quia cū dicit q̄ materia reputaſ esse hoc secundū sensum declarauit qñ existimatur & dicit & hoc erit cū materie rei ex quib⁹ cōponi fuerint contingentes se adinuicē: sicut dispositio lapidū & laterum in domo. Domus enim non reputaſ esse nisi lapides & lateres. cū enim materiæ rei fuerint admixtæ: tunc enim reputanſ esse illa res: & secundū hoc intendebat cū dicit per ordinē mixtionē: & cōfirmat hāc expositionē illud qđ inuenit in alia translatiōe. Intētio aūt tertiæ expositiōis quā dicit super hoc q̄ materia est hic secundū q̄ videt: quia intēdebat materiā propinquā: &. q.d. & materia ꝓpinque rei est materia huius rei vilibilis: & secundū hoc erit intētio sermonis ei⁹: qm̄ qđ est secundū tactū nō secūdū ordinē est materia & subiectū: ga materiæ ꝓpinquę sunt illæ quę tāgūt se adinuicē. Quæ eñ admiscent & adunant nō secundū materiā ꝓpinquā. V. g. ga caro & os & man⁹ ex qb⁹ man⁹ cōponit est materia ꝓpinqua man⁹: & sunt cōtingētia se adinuicē. quatuor aūt elemēta quæ sunt mixta adinuicē ſ sunt materiæ remotæ. Intētio aūt quarte expositiōis est qđ dicit in primo physi. i. q̄ prima materia nō intelligit nisi secūdū cōparationē. sillā cuius cōparatio ad oīa entia in actu est sicut cōparatio materiæ sensibilis ad illud cuius est materia vt comparatio ligni ad nauē: & secundū hoc erit intētio ei⁹ qđ dicit q̄ materia est hic secundū q̄ videt. i. q̄ prima materia nō intelligit esse materia huius rei nisi secundū materias quæ vident. Materiæ eñ cōtingētes nō adunatæ faciūt intelligere hāc intētionē. Et ola tita quæ iste dixit nihil faciūt nos acquirere quæ ante nō sciuimus de materia. Si igif potuerimus exponere hūc sermonē tali modo quo potuerim⁹ scire rē nouā de materia: & conueniens litere erit aliqđ. Et videt mihi q̄ intēdebat dare differentiā inter materiā materiæ in esse: & naturam formæ vniuersalis: & maxime illi⁹ qđ est gen⁹. Reputaſ eñ q̄ primā materiā quia est cōis habet naturā rei vlr prædicabilis de plurib⁹. Vnde qđā existimāt materiā esse corpus. Esset ita esset haberet formā: & nō est vna secūdū numerū sed secūdū formā: s. d iā dictū est in alijs locis ipsam esse vnā secūdū numerū.

Demōstrandū igif qūo vnū numero pōt inueniri in plurib⁹. hoc qđē nō intelligif in eo qđ est in actu: in eo aūt qđ est in potētia differētię est qđ ē vnū numero: & cōe plurib⁹: & nō habet differētias qb⁹ differūt in singulis sduiduis adinuicē: & ga differētię indiuisibiles aduenit & carēt formis qb⁹ iuenit pluralitas in numero dicunt esse vnū: & ga carēt forma q̄ res dī ē vna nūero dūr ē cōes reb⁹ plurib⁹ in numero: nō ga hāt formā cōem sicut est in gñe: secūdū igif q̄ carēt differētijs formarū iduidualiū est vna nūero nō ga habeat formā indiuidualē q̄ sit vna nūero: & secundū hoc etiā q̄ caret forma in actu indiuiduali est cōis plurib⁹ reb⁹. Formæ eñ cōes in qb⁹ inueniunt vtia sunt entia in potētia: & scire ideo aliqđ secundū q̄ est vniuersale est scire in potentia. Communitas a igif quæ intelligif in formis cōib⁹ habet esse extra aīam i potētia. Ista aūt cōitas quæ intelligif in materia est pura priuatio cū nō intelligatur nisi secundū abstractionē formarū indiuidualiū ab ea. Materia igitur

Quarta expositio.

Expositio prime expositionis Alexan.

Expō. ij.

Expō. iij.

Expō. iiij.

Expositio Auer.

X Intellectus ꝓpōnis q̄r materia est vna numero & pluribus communis. Inde colligitur q̄ formā rē esse vnam numero. Vide cōsec. 2. de 2. com. 7. &. 8. &. 7. me. c. 49. & 83. 6. phy.

a Communitas quæ intelligitur in



igitur nō habet esse extra animā secūdū intellectū scilicet quia est cōmunis omnibus generabilibus & corruptibilibus cū nō intelligatur sic nisi secūdū prinationē, & cū ita sit illud igitur quomodo differt a nō esse, & est aliqđ ens extra animā est: quia est subiectū indiuidui sensibilis q̄ videt nō illud qđ intelligif ex ea, & hæc est perfecta imaginatio materiæ, & hoc nūq̄. d. Ari. in aliquo loco sed inuenif ex eius verbis. Si igif iste sermo est cōueniēs huic expositiōi: tūc iste sermo facit intelligere q̄ esse est esse materiæ, & est ꝓprius huic scīētiæ, & nō de scīētia naturali, & nullus potest intelligere esse materiæ in rei veritate nisi sic, & cū inspexeris verba Ari. videbis qđ hæc expositio nō remota est ab eis plus illis quatuor expositiōibus, & est multo melior eis. Et secundū hoc erit intētio eius qđ dixit est hoc secūdū qđ videt, id est, & est illa cuius esse nō est nisi secūdū qđ sentitur, id est, ꝓpter illud quo fit sensibilis, & hæc est forma. Materia eñ nō est sensibilis per se sed per aliud. id est, per formā, & nō habet esse: nisi quia sentitur per aliud nō per se. est eñ ens per illud qđ sentitur, & quia esse materiæ est esse in cōparatiōe ad hoc esse quo sentitur, & est forma. d. quoniā qđ est secūdū tactū &c. id est, & causa qđ suū esse est per illud qđ sentitur est: quia omne cuius natura est in cōtactu, & cōtinuatione cū alio vt perficiat per ipsum: nō cuius natura est in ordine intellecto ab eo, & etiā forma intelligibilis est materia & subiectū. Ista enim natura quia nō habet formā nō habet intētionē, intellectā ab ea, & fuit suū esse in cōparatione ad formā, & quasi intendebat demōstrare qđ sua natura est in cōparatione, & qđ non habet naturam propriā. & accepit cōtactū loco comparationis. Omne enim cuius esse est per contactum & per continuationem cum alio non per naturam intellectam ab ea qua sit ens per se est materia. Et forte intendit ꝓtendere manifestiorem omnibus prædictis secūdum verba, & est quod materia est illud ad quod inuenitur secundum sensum. Forma enim non comprehenditur secundum sensum: sed secundum suā actionem, & ideo non comprehenditur nisi ab intellectu, & dixit quod autē est secundum contactum non secundū ordinē est subiectum & materia, id est, & ideo elementa sunt ea quæ tangunt se nō secundum ordinē qui sit a rebus tangibilibus, & intendebat per ordinem formā, & iste sermo secūdū intellectum istum est proprius materijs propinquis. Et dixit secundū contactum non mixtionem quia hoc est cōmune elementis admixtis & non admixtis, scilicet quia admixta primo tāgūt se: deinde admiscētur. Et cū dixit hoc incepit dicere formā &c. d. & in tactu nō est hoc: ad quod est aliquid habitū in esse, id est, & secūda substantia est natura ad quā trāsmutatur substantia quæ in materia, & est habitus scilicet forma. Deinde dicit, & etiā tertia &c. id est, & tertia substantia composita ex istis quæ est vnumquodq̄ indiuiduorum. Deinde dicit, quoniam in qualibet re intentio huius rei non est aliud a substantia composita vt forma domus nisi ars, id est, manifestum est quod intentio rei quæ existit in ea in actu & est forma eius non est separata a materia quæ est in eo nisi in artificijs. Forma enim eius quod fit est in anima, & est aliud ab eo quod est extra animam. Et hoc est manifestius in alia translatione. Dicit enim loco istius sermonis: quoniam intentio istius est quod non est extra substantiam compositam. Et cum in-

N 4 duxit

formis communibus habet esse extra animā in potētia. Idē pri. met. 45. &. 7. me. 57 vide hic cō. 4. i & i infra com. 18.

Auer. applicat suam expositionem textui.

Y Idē. i. physi. 69. &. 1. cc. de substātia orbis &c. 4. phy. cō. 16.

Alia expositio cōmētatoris.

Forma non cōprehēdit secundū sensū: sed secūdū suā actionē. oppositū 2. de anima com. 63.

Forma artis in anima est alia ab ea q̄ est extra animā. vide infra cō. 23.

dixerit nunc sermonem quasi proponendo ipsum ad perscrutandū vtrum forma abstracta inueniatur aut nō.d.non esset etiā generatio aut corruptio, id est, sed formę artificiales nō habent generationē neq; corruptionē cū sint accidētia. Et hoc etiā inuenitur manifestius in alia trāslatione. Deinde dicit, neq; etiā inuenitur in istis generatio & corruptio, & dixit hoc ne aliquis dicat qđ sicut formæ artificialium inueniuntur in alio a materia eorū: forte sic est de formis naturalibus: sed quomodocūque sint formæ artificiales nō sunt abstractæ: quia aut sunt in anima: aut in materia. Deinde dicit, nisi alio modo sint entia & nō entia domus sine materia & sanitas &c. id est, sed forte aliquis quæreret verū sit possibile vt aliqua formarū sit abstracta, & manifestū est qđ nō de artificialibus: de naturalibus autē dubiū est: de artificialibus autē nō est dubium: quia forma domus: aut est in lateribus: aut in anima ędificatoris, & similiter forma sanitatis a aut est in anima medici, aut in humoribus.

Idē. 2. phy. com. 13.

3

a Forma sanitatis aut ē in anima medici: aut in humorib⁹. Idē. 7. meta. cō. 13. & infra. c. 36.

Et inuenitur in alia translatione post hoc quod .d. neq; inuenitur in istis generatio & corruptio licet sed domus quæ est sine materia. & sanitas, &c intendit: sed domus quæ est sine materia, & sanitas quæ est in aliquo sine materia: est in aliqua materia, scilicet anima, forte intendit: sed domus & aliæ artificialiū formarū sunt ea quæ sunt possibilia inueniri in materia alia a materia in qua existunt in rei veritate. Deinde dicit, Aristo. in hac translatione, & omne qđ est secundū artē & alio modo aut nō nisi quæ sunt secundū materiā. id est, & ideo quærendū est verum sit possibile inuenire aliquod abstractum in formis artificialibus: aut non nisi in formis naturalibus.

Quapropter non male Plato ait: quia species sunt quæcūq; natura si quidē sunt species alicuius horū: vt ignis caro caput: omnia enim materia sunt & eis quæ maximæ sunt substantiæ vltimæ.

Et ideo nō fecerūt male illi qui posuerunt formas: quia istæ si fuerūt alio modo sunt omnia quæ existūt secūdū naturā: sed ex istis ignis: caro: os: caput ossa sunt materia, & hæc substantia est illud qđ est maius valde, & illud postremū & indiuisibile.

15 Prima expositio Alexā. Secūda exp̄ositio eiusdem.

Deinde Alex. innuit in hoc sermone Plato. nō dixit bene fecerūt: sed dixit non male, & iste sermo erit manifestior si legatur ita. & ideo non male fecerūt ponētes formas si habēt esse aliquo modo affirmādo omne qđ ex eis sit per naturā. Deinde & potest intelligi sic, & ideo nō male fecerūt ponentes formā istorū omnia quæ sunt secundū naturā si forma habet esse aliquo modo. d. & erit manifestior iste sermo si mutauerint hāc particulā ens ab hac particula formæ, & fuerit posita cū hac particula sunt: tunc qđ sic legatur, & ideo nō male fecerūt ponētes formas: qđ istæ sunt omnia quæ sunt secundū naturā si formæ habēt esse. Et ocs iste expositiones reducūtur in duas. Quarū vna est qđ intendebat quod nō male fecerūt ponētes formas abstractas formarū rerū naturaliū: quia nō posuerunt istas formas rerū artificialium si aliquo modo esse habent formæ abstractæ. Aut intendit quod ideo nō male fecerūt: dicētes qđ formæ rerū naturaliū sunt abstractæ: cū nō dixerunt hoc in formis artificialibus.

Summa ista rū expositio num.



Duo enim hi sermones propinqui sunt scilicet dicere qđ formæ naturales sensibiles habent formas abstractas qđ .d. Plat. aut dicere qđ formæ naturales sunt formæ abstractæ, & perscrutatio de hoc, id est, vtrū est aliqua forma abstracta est perscrutatio naturalis sicut ipse post facit: perscrutatio vero de hoc, vtrū formæ abstractæ sunt alie a formis sensibilibus quæ sunt formæ rerū sensibiliū nō est naturalis cū naturali ter desideratur: sed est perscrutatio necessaria secundū qđ aliquis .d. & hoc secundū aliquā rationē. Deinde dicit, sed ex his ignis caro os caput: omnia membra sunt intelligēda, & ex hoc secundū Alex. duo quorū vnū est qđ homo nō apparet in omnibus formis naturalibus: sed quædā formæ materiales videntur nō separari a materia: vt forma ignis & ossis, & capitis, & carnis. Et q. secundū hanc expositionē: sed qđ fuerit ex istis formis sicut ignis & caro & os habēt omnē materiā, & impossibile est vt sit abstractū ab eis. Et potest intelligi etiam qđ impossibile est credere in omnibus formis hic: quia formarū rerū naturaliū quædā sunt formæ rerū quæ sunt materiæ aliorū vt ignis & aliorū elementorū quæ sunt materiæ aliorū, & similiter carnis & ossis quæ sunt materiæ capitis, & hoc manifestius est secundū hoc qđ .d. omnia membra. Deinde dicit de substātia est illud qđ est maius valde, & illud postremū & indiuisibile. Intelligēda etiā sunt secundū Alex. duo intendit enim per illud qđ est magis substātia: cōpositū ex materia & forma, & per postremū & indiuisibile materiā, &. q. d. & substātia cōgregata dignior est vt sit substā tia quā postrema substāntia: quæ est communis omnibus, & est corpus.

Primaexpositio Alexā.

Secūda expositio eiusdem.

Ibi videt secundū Alex. cōpositū ēē nobiliorem substātiam quā formā.

Aut intendebat per substantiā quæ est maioris substātialitatis substantiam cōpositā ex elementis, & per postremū elementa, & secūdū hoc crūt omnia ista scilicet formæ & materia eorū materia postremæ substantiæ. Deinde. Alex. & hoc inuenitur manifestius in alia scriptura: sic & ideo nō male fecerūt ponētes formas: quia sunt omnia quæ sunt secundū naturā si formæ sunt aliquo modo: sed istorū. Ignis enim & caro & os & caput omnia sunt postrema eius qđ est dignius vt sit ens. d. Alex. & non intendebat per substātiam postremā hic materiam: dico ego, & dicit hoc vt reputo: quia Aristot. non fecit hic comparationem nisi inter substantias quæ sunt in actu.

Mouentes quidē igitur causæ velut prius factæ existentes: quæ autem vt ratio simul. Quādo enim sanatur homo etiam sanitas est, & figura æreæ sphęræ simul, & ærea sphera.

Et causæ mouētes sunt quia præcedunt tantū: hoc autē quasi vniuersalia sunt insimul. Si enim homo est sanus: tunc sanitas & homo sunt insimul, & figura sphęræ cupreæ & sphera cupri sunt insimul.

Cum declarauit causas esse duas: materiam scilicet & formam: vult distinguere inter eas & causam mouentē & agentem: dicendo quod causa agens differt a forma quia agens & mouens præcedit illud quod agit, & mouetur ab eo, formalis autem & materialis est cum generatione. Et hoc intendebat, cum dixit ea autem quæ sunt vniuersaliter sunt insimul, causæ autem per quas res sit ens & vnum sunt cum eo quod per 16

A Hic videtur dicere materiam precedere formam, cuius oppositum vide. 9. met. 35.

ipsas sit totū in simul: cum talem dispositionē habeant in congregato sicut partes in toto. Deinde dedit exemplum &c. d. si enim homo est sanus &c. id est, qđ sanitas nō præcedit hominē sanū cum sanitas in sano est quasi forma, sanans autem necesse est vt præcedat sanitatem. & similiter figura sphęræ quæ est quasi forma sphęræ non præcedat sphęram.

Si autē aliquid manet posterius perscrutandū est. In quibusdam enim nihil prohibet vt si est anima tale nō omnis sed intellectus: omne nāq; impossibile forsan. Si autē aliquid rerum in postremo quærendū est de hoc. In quibusdā enim non est impossibile. Verbi gratia, si anima est talis dispositiōis nō tota: sed intellectus. Tota enim forte impossibile.

17 D. Alexā. quærendum est si aliqua istarū formarū remanet postquam compositum corrumpitur. d. narrauit vnde veniat ad hanc quæstionem: quoniā quia anima hominis est forma eius, & intellectus est aliqua forma, & virtus animæ remanet postquā homo corrūpitur: possibile est vt aliqua forma materialis remaneat postquā cōpositū corrūpitur: sed non tota anima remaneat. Quædā enim virtutes animæ non habent esse nisi cum materia: vt cibabilis & sensibilis & imaginatiua & desiderativa. Neq; etiā iste intellectus qui est virtus animæ, & existimatur quod est pars eius: possibile est vt remaneat. Intellectus enim quē dixit in. 1. lib. de anima scilicet qđ remanet scilicet intellectus adeptus non est intellectus iste: neq; est pars animæ neq; est etiā forma materialis vt declarauit est in hic. Et d. forte qđ demonstratio super hoc nō est istius artis: sed. 1. libri de anima. Et hoc quod dixit Alex. est sua opinio de intellectu scilicet qđ nullus intellectus remanet nisi adeptus intellectus. Intellectus autem in habitu & materialis corrūpitur apud ipsum, & hunc intēdebat cum dixit neq; etiā iste intellectus quæ virtus animæ reputat esse par sei⁹ possibile est vt remaneat, & ideo. d. q intellect⁹ quē dixit in libro de anima remanere scilicet adeptus non est iste scilicet qui est habitus animæ neque pars eius. Sed non est talis sententia Theophrasti neque aliorum peripateticorum neque Themistii: sed reputabant plures eorum quod intellectus materialis remanet, & quod intelligentia agens abstracta est quasi forma in intellectu materiali, & compositū ex materia & forma, & quod ipsa creat intellecta vno modo, & recipit ea alio modo. Agit enim eas inquantū est forma, & recipit eas secundū intellectum⁹ materialē. Nos autē iam perscrutati sumus de istis duabus opinionibus in libro de anima, & diximus quod intelligētia agens est quasi forma in intellectu materiali, & quod ipsa agit intellecta, & recipit ea secundū⁹ intellectum materialem, & quod intellectus materialis nō est generabilis & corruptibilis, & declarauimus illic qđ hic est scientia Arist. & quod intellectus in habita habet partē generabilē & partē corruptibilem. Illud autem quod corrumpitur est actio eius in seipso non corrumpitur, & quod ex extrinseco intrat nos. Si enim esset generabilis consequeretur transmutationem vt declaratum est supra in tractatibus substantiæ scilicet, cum declarauit quod⁹ si aliquid fieret sine transmutatione; neq; tunc aliquid fieret ex nihilo, & ideo, intellectus de intelligentia

C5. 5. tertij de anima. & com. 20.



actu agēte & ei⁹ loco & ꝓsperitate ex ipsa quæ est potentia est quasi loc⁹ istī⁹ intellect⁹ nō quasi materia. Et si actio intellect⁹ secundū q copulat cū intellectu materiali esset nō gnabilis: tūc actio eius esset substantia ei⁹ & nō haberet necessitatē in hac actiōe vt copularet cū intellectu materiali: sed cū fuerit copulat⁹ cū intellectu materiali erit actio ei⁹ secundū q copulat cū eo actio alia a substantia ei⁹: & fuit aliud qđ agit substantia & est alij non sibi: & ideo pōt esse vt aliq⁹ æternū intelligat aliquā generabile & corruptibile. Si igit iste intellect⁹ denudet apud ꝓfectionem humanā a potentia necesse est vt destruatur ab eo hæc actio quæ est alia ab eo: & tūc aut non intelligemus omnino per hūc intellectum: aut intelligemus secundū q actio eius est substantia eius: & impossibile est vt in aliqua hora non intelligamus per ipsum. Relinquitur igitur cū iste intellectus fuerit denudatus a potentia: vt intelligamus per ipsum secundum q actio est substantia eius: & est vltima prosperitas.

Palā itaq; q nō oportet ꝓpter hoc esse ideas. Homo em̄ homine gnat. Qui vero singulis singulariter aliquē. Sil⁹ aūt & in artibus. Medicinalis em̄ ars ratio sanitatis est. Manifestū est igit̄ q nullo modo idigem⁹ ꝓpter hoc vt formæ sint. Homo em̄ generat hoīem quod est vnū: vnde homo ex hominib⁹: & secūdū hoc in artificijs. Ars enim medicinæ est ratio sanitatis.

Cū declarauit q causarū quædā sunt agētes & sunt præcedentes ad esse: & quædā sunt partes rei: & sunt cū ea dicit q manifestū est q nihil cogit nos dicere formas Platonis: quū cū illud qđ fiet fiat ex cōuenīcti in noīe nulla est indigētia vt formæ sint. homo enim generat ex hoīe: & equus ex equa: & vnū ex vno: & particulare ex particularibus particularē ex vniuersali: sicut dicit dicēs formas efficita em̄ est de natura sicut de arte. Ars em̄ agēs sanitatē est forma sanitatis existēs in aīa medici: & sicut artifex cū agit non indiget exēplari ad quod respiciat cū agit cum illud quod habet de forma illius quod fit sufficiat ei in actiōe: ita est de natura agente. s. quod nō agit nisi secundū q habet formā illi⁹ quod fit: & ideo necesse est vt conueniēs fiat ex cōuenienti. Themistius aūt dixit hunc sermonē esse sufficientē sed dicit ipsum oblitū fuisse animalia quæ fiunt ex nō similibus. Vespæ em̄ vident fieri ex corporibus equorum mortuorū: & apes ex corporibus vaccarū mortuarū: & ranæ ex putrefactiōe aquæ: & muscilliones ex vino corruptomaturā enim non facit ista ex similib⁹ in forma: & nos bene scim⁹ q in spermate & semine cuiuslibet animalis & plantæ sunt proportiones ꝓpriæ: & rationes quibus ea quæ generant ex eis sunt animalia propria: ita q ex spermate hominis nō fit equus: neq; equi homo: neq; ex semine alicuius plātæ alia planta. Et sunt respōdentia istis proportionib⁹ in eis ex quib⁹ generātur ista animalia nisi in natura fuerint poste prius proportiones habiles ad faciendum quācunq; speciē possibilē in specieb⁹ animalis cū inuenerint naturā inuenientē vt aliquod animal fiat ex ea. Deinde & nō decipiat te velocitas animaliū talū. Et cogita quod maius mirum est de scientia operātis aliquid de luto q̄ de scientia ei⁹ in faciēdo aliquid ex auro: & si tu bene cōsideraueris de aīalibus maioribus istis inuenies quod processus naturæ in eis est talis processus. Necesse enim est vt proportiones & formæ eius

18

Digressio quā prio inducunt verba Themistii contra Arist. negantem idem.

Universidad de Deusto
Biblioteca



processus naturæ in eis est talis ꝓcessus. Necesse ei⁹ est vt ꝓportiones & formæ ei⁹ sint in natura secundū quas facit id qđ facit. Homo enim ꝯiuis generet ab hoc etiā pater nihil facit in cōpositione eius: qđ est impossibile vt sit melior: sed sit talis dispositiōis p illud quod positū est in natura cuiuslibet subſtātiarū ex proportiōib⁹ & formis. Ars aut̄ nihil facit in corpore nisi in extremſtatib⁹ tm̄. natura vero ipso corpore toto. & nō est mirū: quāuis nam nō intelligat aliquid de hmōi: & ēt facit hoc in educēdo aliquā intentionē: & hic dem⁹ strat ꝙ aliqđ rememorat ipsam de causis nobiliorib⁹? vt ista quæ est in terra de quo Plato dicit ꝙ sit ex dijs fecūdis: & Arist. ex sole & orbe decliui: & ideo facit illud quod facit inducendo se paulatim ad intentionē quā agit: & ipsa nō intelligit intentionē: sicut videmus bobes loquētes futura: & nihil intelligūt de eo quod dicūt: & vniuersaliter necesse est vt in natura sint ꝓportiones & formæ: cū in gnatiōe rei indigeat suo simili: sed ofta quæ generant nō habēt simile ex quo generant: sed cū indiguerim⁹ aliqua forma: tūc aliquā actio est: & scimus ꝙ nō fit per ipsam solā: & sic ēt ipsa forma. q. esset latēs in aliqua re: & in rei veritate latet in natura generante.

B Nota de ꝓphetis.

Reprobatio Themistij.

hæc igitur sunt verba Themistij. Et apparet ꝙ iste nō intelligit quo sit generatio. & quid est dicere ꝙ generatū fit a cōuenīcti in diſſimilitudine & subſtātia: cū cū intellexit ꝙ generatū fit de nouo a cōuenīcti. i. quod creat formā ei⁹? & ponit eā in materia. q. esset aliud in materia: fuit necesse apud ipsum vt in reb⁹ naturalib⁹ sint formæ creātes alias: & plātas: & generatas ex putrefactiōe. i. formæ dātes ista to creationē & transmutationē & aiam: & cōtingit in istis formis si agēs fuerit conuenīens vt sint aliæ: aut abſtractæ: aut nō abſtractæ: sed si fuerint nō abſtractæ: & fuerint in instrumētis ꝓprijs: & in istis formis generātib⁹ formas alias generatorū ex putrefactione nō apparet: neq; subiecta ꝓpria sunt abſtracta: vt aliqs dicat ꝙ sint nō abſtractæ: & nō habent de instrumētis nisi principiū. s. calorē alas: & si ista fuerint, hmōi erūt factæ. A quo igitur sunt tales formæ: & omne factū a cōuenīcte fit: & ideo putatur ꝙ iste sermo coget formas dicere esse. Et hoc nō tm̄ contingit in alatib⁹ quæ fiūt ex putrefactione: sed in seminibus. Cū enim dixerimus ꝙ necesse est in seminibus vt sint virtutes & formæ similes rebus artificialib⁹ quæ agūt ex quæ habent semina: & posuerimus eas factas: contingeret enim vt habēt alias formas a quibus fiant: necesse est qñ propter formas abſtractas esse. Vnde quidam dicunt ꝙ omnes formæ subſtātiales fiūt a forma abſtracta extrinseca quæ dicitur a quibusdā dator formarū: & dicūt ꝙ hic est intelligentia agens: & ratiocinantur super hoc ꝙ virtutes actiuæ sunt quatuor qualitates calor: frigus: humidū: siccū: & ꝙ nihil est in materia agens: nisi ista quæ agunt sua similia: formæ autem subſtantiales non agunt in quibusdam. Ignis enim cum fecerit alium ignem similem sibi ex corpore graui: tunc forma subſtantialis quæ est in eo. Verbi gratia. lenitas non agit in illo corpore graui quod fecit ignis aliam lenitatem similem sibi cum aperte fuerit dictum in lib. de generatione & corruptione quod nulla est in igne virtus nisi calor. Et cum ita sit cum forma ignis sit in corpore combusto ab alio igne: necesse est quod hoc fiat altero duorum modorum: aut vt forma ignis sit in corpore combusto consequens actionem caloris ignei in eo: sicut actiua cōsequuntur formas: & hoc est

Opinio Auicen. ponētis cōcordiam seu datorem formarum.

incōueniens:



incōueniens: & contingit secundum hoc vt fiat forma ex nō forma: & hoc nō dicunt in anima & in omnibus formis subſtantialibus: & dicit ꝙ nō videmus animam fieri ex anima: sed ex non anima. Si igitur factio sit ex conuenienti necesse est animam abſtractā esse ex qua fiūt istæ animæ. Et hoc iam aperte dixit Themist. in suo lib. de anima cū locutus fuit de intellectu: sicut dicit hic cum dicit ꝙ ista anima est illa quā Plato dicit fieri a dijs secundis: & Aristo. a sole & orbe declini. Et ista quidem quæstio est valde difficilis. Et nos dicemus in hoc secundū nostrum posse & secundā propositiones quas habemus de sententia ipsius Arist. quæ est vt dicit Alex. minoris dubitatiōis omniū sententiarū: & magis conueniēs vt sit vera. Dicamus igit̄ ꝙ omnes dicentes agēs alicui esse & generationē esse vniuersaliter sunt bipartiti: & valde contrarij: & habent medios. & quidā eorū sunt dicentes latitationē: cōtrarij eorū sunt dicentes creationē. Dicentes enim latitationē dicunt qđ quodlibet est in quolibet: & ꝙ generatio est exitus rerū ab inuicē. & ꝙ agēs nō est nisi extrahens & distinguens eas ab inuicē. Quoniam autem agens apud istos non est nisi mouens manifestum est. Dicentes autem creationē dicunt quod agens creat totum ens de nouo ex nihilo: qđ nō habet necesse ad hoc vt sit materia in quam agat: sed creat totum: & hæc est opinio loquētium in nostra lege: & lege christianorum: de quo Iohannes christianus opinatur quod possibilitas non est nisi in agente: vt Alpharabius narrauit de eorum transmutatis. Opiniones autem mediæ inter istas duas videntur reduci in duas: quarum vna diuiditur in duas & sunt tres: istæ quidem tres conueniunt in hoc quod ponūt generationem esse transmutationem in subſtātia: & quod nihil generatur ex nihilo, scilicet ꝙ necessarium est in generatione subiectum esse: & ꝙ generatum non fit nisi ab eo quod est sui generis in forma. Vna autē istarum opinionum est qđ agens creat formam & ponit eam in materia: & horum quidam dicunt ꝙ illud agens non est in materia omnino: & vocant ipsum datorem formarum: & Auicen. est de istis. Quidam dicūt ꝙ illud agēs inuenitur duobus modis: aut abſtractū a materia aut non. Illud autē qđ est nō abſtractū apud eos est sicut ignis qui facit ignem & homo generat hominē. Abſtractū vero est illud qđ generat animalia & plantas quæ fiūt nō a sibi: & hic est sententia Themistij: & forte Alpharabius secundum ꝙ apparet ex suis verbis in duab⁹ philosophijs: quāuis dubitet in ponēdo hoc agēs in alatib⁹ generatis a patre & matre. Tertia autem est opinio Aristo. & est ꝙ agēs nō facit nisi cōpositū ex materia & forma: & hoc fit mouēdo materiā & trāsmutādo eā donec exeat de actu illud quod est de potentia in actū illam formam in actu. Et in ista opinione est quidam similmodo dicentis ꝙ agēs nō agit nisi ordinādo congregata: & est sententia Empe. & nos dimisimus hāc sententiā de agente cū dictum sit cētras hominū: sed agēs a quo Arist. nō est cōgregās inter duo in rei veritate: sed extrahēs illud qđ est in potētia ad actū. & q. congregat inter potentiam & actum, scilicet inter materiam & formam secundū ꝙ extrahit potentiam ad actum nō destruendo subiectū recipiēs potentiā: & tunc efficiunt in composito duo scilicet materia & forma.

Et etiā assimilatur creatiōi: etsi inquantū illud quod est in potentia est in actu, sed differt a creatione: quia non conuenit per formam ex non forma:

Sntā Arist. est minoris dubitatiōis oīm sententiarū: & magis cōueniēs vt sit vera. Idem. 2. ce. com. 1.

Opinio anaxagorę.

Opinio christianorū & sarracenorū & iudęorū.

a Opiniōes mediæ quæ sunt tres.

Opinio auicęde qua quęre ipsum in 9. meta. suæ ca. 4.

Opinio the mistij.

Opinio arist. Agens apud Arist. nō est cōgregās inter duo i rei veritate sed extrahēs illud quod est in potentia ad actū vide com. 15. 8. metaphy.

forma: & similiter assimilatur latitationi aliquātulū. & oēs dicētes creationē: aut latentiā: aut cōgregationē & segregationē: hoc intendebāt & nō potuerūt pertingere ad illud. Intertio igitur sermonis Arist. q̄ conueniens sit a cōueniente aut prope cōueniente: nō est q̄d cōueniens agit pre se & per suā formā sibi cōuenientis: sed est dicere q̄d extrahit formā sibi conuenientis ex potentia in actū: & nō est agens quia adducit in ipsā materiā aliquid extrinsecū: & sic est in hoc de substātia sicut in aliis accidētibus. Calidū em̄ non inducit in corpus calidū calorē extrinsecū: sed facit calidū in potētia esse calidū in actu: & sic est de magnitudine consequēte generationē. s. quod magnitudo cum fuerit trāsmutata apud generationē ex quātitate in quātitatē alia & nō trāsmutabitur ex quātitate ad uenientē ex extrinseco: & similiter motus localis nō est veniēs ab extrinseco a motore: & ideo nō est necesse vt agēs omnino sit conueniens secundum omnes modos. Generās igitur animā nō est dicere q̄d ponit aliam in materia: sed q̄ extrahit illud q̄d est ala potētia ad esse animā in actu. Vnde ignis generatur a motu sicut ab igne: & intrēno proportionum & formarū existentiū in generantibus animalia est: quia extrahunt proportiones & formas quæ sunt in materia ex potētia in actum: & omne extrahens aliquid ex potentia in actum: necesse est vt in eo sit aliquo modo illud q̄d extrahit: nō q̄ sit ipsum etiā secundū oēs modos. Virtutes igitur quæ sunt in seminibus quæ faciunt animata nō sunt animate in actu sed in potentia: sicut domus quæ est in anima ædificatoris est domus in potentia nō in actu. Et ideo Aristo. fecit assimilationem de istis virtutibus ad virtutes artificiales: & d. in lib. de animalibus q̄d istæ virtutes diuinæ sunt cū habeāt potentiam dandi vitam: & sunt similes virtutibus quæ dicuntur intelligentiæ: quia adducunt ad finem: & quia ista semina nō facīt hoc nisi per calorē qui est in eis: & calor ignis nō facit nisi calefactionē aut desiccationem nō figuram neq; formam animatam. Et dicit Arist. in lib. de animalibus: q̄d iste calor non est ignis neq; igneus. Ignis enim corrumpit animalia: non generat. Iste autem calor generat: & ideo videtur similis calori artificiali quē ars mensurat ad aliquam operationem: & iste calor habet formam qua conseruatur in sua mensura: & ista forma non est anima in actu: sed in potentia: & est quā Aristo. assimilat arti & intellectui: & ideo vocat calorem istum calorem animæ non animatum: & iste calor est in seminibus: & fit ab habēte semē & a sole. Vnde Aristote. dicit quod homo generatur ex homine & sole: & factus est ille calor ex terra & aqua ex calore solis admixto cum calore aliarum stellarum. Et ideo sol & aliæ stellæ sunt principium vitæ cuilibet viui in natura. Calor igitur solis & stellarum diffusus in aqua & terra generat animalia ex putrefactione nata: & vniuersaliter omnia quæ fiunt ex non semine. non quod istic sit anima in actu inuenta in orbe declini & a sole sicut narrat Themistius: & omnia ista declarata sunt in lib. de animalibus: ergo calores generati ex caloribus stellarū generantes quālibet speciem specierum animalium habent mensuras proprias illius caloris ex quātitatibus motuū stellarū: & dispositionibus eorū adinuicē in propinquitate & remotione. Et ista mēsura, puenit ab arte diuina intellectuali quæ est similis vni formæ vni⁹ artis principalis

Vide. 2. de. com. 42.

Virtutes quæ sunt in seminibus nō sunt actu animate vide idem. 7. meta. c. 31.

Differentia inter calorē elemētalē & celestē: pro qua vide. 2. de generatione anima lium ?ca. 3. & 2. cap. de substantia orb. & 4. de. com. 32.

Sed vide opp. in primo cantico rum. cō. 15.

Calor solis & stellarū diffusus in aqua & terra gñat alia lia ex putrefactione na-



sub qua sunt artes plures. Secundum hoc igitur est intelligendū q̄ natura facit aliquid perfecte, & ordinate quamuis nō intelligat. q. esset remorata ex virtutibus agentibus nobilioribus ea quæ dicuntur intelligentiæ. Istæ aūt ꝓportiones & virtutes quæ sunt in elemētis a motibus solis & aliarum stellarum sunt hæ quas reputat Plato esse formas, & eas intendit, sed longe suspicietur eas, quapropter. d. formas esse.

Arist. autem sustentatur super hoc. s. quod agens non inuenit formā creando eam, quoniam si creasset eam, tunc aliquid fieret ex nihilo, & ideo forma apud ipsum non habet generationē neq; corruptionem nisi accidentaliter, scilicet per generationem & corruptionem compositi, et cum homo conseruauerit hoc fundamentum nullus error accidet ei.

Imaginatio super creationes formarū induxit homines dicere formas esse & datorem esse formarum, & induxit loquentes triū legū quæ hodie quidem sunt dicere aliquid fieri ex nihilo, & cum loquentes nostræ legis opinabantur q̄ agens agit creando formam ex nihilo, & nullum huiusmodi agens viderunt hoc: dixerunt vnum agens omnia entia sine medio, & q̄ actio istius agentis transit in vno instanti in actiones cōtrarias & cōuenientes & infinitas, ita q̄ negant ignem cōburere & aquā humectare, & dicunt omnia ista indigere creatione. Sed corpus nō creat corpus, neq; facit venire in corpore aliquam dispositionem, adeo q̄ dicerat q̄ homo nō mouet lapidem expellendo non est mouens, sed illud agens creat motum, & negauerunt propter hoc potentiam esse, & error istorum est manifestus. Istis etiam hominibus accidit mirabile. Dicāt enim q̄ agens non potest priuare aliquid, actio enim agentis non est nisi in inuenendo non in priuando. Considerā igitur quomodo reputant hoc esse impossibile q̄ agens transmutet ens ex esse in non esse, & non reputant esse impossibile ex non esse aliquid esse. Si igitur aliquis dixerit quomodo agens facit priuationes. Dicemus sicut facit inuenire & est extrahere illud quod est in potentia in actum. Generatum enim in actu est corruptum in potentia, & omnis potentia non erit in actum nisi propter extrahens quod est in actu. Si igitur potentia non esset ens non esset agens omnino, & si agens nō esset, nihil esset hoc omnino in actu. Et ideo dicitur q̄ omnes proportiones & formæ sunt in potentia in prima materia & in actu in primo motore, & assimilatur aliquo modo esse eius quod fit in anima artificis. Reuertamur igitur ad nostrum locum.

Causæ aūt & principia alia aliorū sunt, vt est aut vt non. Si quis dicat vniuersaliter & secūdum proportionē eadē omniū. Dubitabit aūt vtique aliquis vtrū altera aut eadē sint principia & elemēta substātiarū & eorū quæ sunt ad aliqd, & cuiuslibet cathegoriarū similiter, sed inconueniens si eadē omniū. Ex eis de em̄ erūt quæ ad aliqd, & substātia. Quo igit hoc erit, nā extra substātia & alia prædicamēta nihil est cōmune. Prius autē est elemētū quā quorū est elemētū. At verō neque substātia elementū est horū quæ ad aliquid, nec horum aliquid substātiæ.

Et principia sunt rerū diuersarū, & causæ, & sunt sicut homo

ta, et vsr oia quæ fiūt ex non semine. Natura ꝓpter & ordinate operat quāuis non intelligat re memorata: ab intelligē tia nō erran te. Ratio & fundamētū opinionis Aristo. Contra legē. Vide cōsile 9. me. cō. 7. Dubium. Solutio. Oēs ꝓportiones & formæ sunt in potentia in prima materia & in actu. I primo motore.

mo debet dicere vniuersaliter, omnia eadem proportionaliter, & debet homo dubitare vtrum materia & elementa substantiarū & relationū & omniū prædicamētorū sint similiter eadem: sed est inconueniens si principia sint eadē, substātia aūt & relatio erūt ex eisdem, ex eo ꝙ hoc non erit ens. Quoniā inuenitur extra substātiā & illa alia aliquod vniuersale & elementum quam illud quod est elementū eis, & etiā neq; substantia est elementum rerum relatiuarum, neq; istæ etiam substātiæ.

19 Ista quæstio tam inducta est in principio istius artis, & modo iterat eam ad dissoluendū eam, & est quæstio. Vtrū principia & elemēta decē prædicamentorū sint eadē aut diuersa, & primo ponit secundū quē modū sunt eadē. Et d. ꝙ causæ & principia prædicamentorū quamuis sint rerū diuersarū bene potest homo ponere ex eadē secūdū proportionalitatē, & quia hoc nō apparet nisi cōfuerit declaratū ꝙ non sunt eadē simpliciter, neq; diuersa simpliciter, incepit declarare hoc, &c. d. & debet homo dubitare &c. id est, & sunt eadē secūdū proportionalitatē nō

D secundū diffinitionē, quia homo debet dubitare vtrū elementa substātiæ sint elementa relationis & aliorū aut nō, sed est inconueniens vt sint eadē. Tūc enim substantia & relatio erūt sub eodē genere. Et d. propter relationē, quia est debilioris esse alijs prædicamētis, ita ꝙ quidam reputauerūt ipsam esse ex secundis intellectis. D. incepit dicere impossibile cōsequēs hāc positionē, &c. d. ex eo ꝙ nō erit hoc ens, qm̄ inuenitur extra substātiā &c. i. & sequit ex positione eorū sub vno gñe vt sit natura vniuersali sālia a quolibet decē prædicamētorū, & est natura communis, & quia aliquis pōt dicere ꝙ & si ista natura nō fuerit decē prædicamēta, possibile est vt vnū eorū s. substātia, cū existimarī est ꝙ substantia est principiū & elementū aliorū. Et cū omnia existāt in substantia, & substātia antecedat ex diffinitione & alijs modis. d. & substantia nō est elementū rerū relatiuarū, neq; etiā istæ substātiæ, id est, & impossibile est ponere ꝙ substātia sit elementū relatiōis & aliorum, & tacuit impossibile, qm̄ manifestū est. Manifestū est eēm ꝙ elementa substantiæ sunt substantiæ, & elementa relationis relatio, & si substantia esset elementum relationis & aliorum, contingeret vt omnia essent substantia. Omne enim cuius elementum est substantia, est substantia, & similiter est impossibile ponere vnū aliorū esse elementū omniū. V. g. relationem. Cōtingeret eēm omnia esse relatiua, & contingeret vt in alia qua hora dissolueret substātia in relationem, aut relatio in substantiā, & hoc contingit in genere quod est materia non in eo quod forma.

Relatio est debilioris esse alijs prædicamētis.

Idem. 2. de ꝙ. cō. 3.

Amplius quomodo contingit esse elementa omnium eadē. Nullum enim possibile esse elementorum cum ex elementis composito idem. Vt ei quod est ba. b. aut a.

Et etiam quomodo est possibile vt omnia elementa sint eadem. Nullum enim elementorum possibile est vt sit, & illud quod est cōpositū ex elementis vnum. V. g. vt a sit. b quoddā-

20 Manifestū est ex isto sermone ꝙ elemēta decē prædicamētorū impossibile



sibile est vt sint eadē, cōtingit eēm vt elemēta & cōpositum ex elemento sint idem. Et Alex. d. ꝙ ista ratio est probabilis, nō enim contingit ex natura illius cuius est elementū vt sit cū eo idē. elementū eēm cū eo cuius est elementū est eiusdē naturæ sed tamen elementū in illa natura est simplex, & elementum compositum. hoc igitur non contingit nisi ponendo elementū esse vnū illorū & esse elementū omniū, tūc eēm cōtingit vt elementū & elementatum sint idē. & hoc non videtur ex suis verbis, & ideo. d. Alex. forte intendebat ꝙ si elementū omniū prædicamentorū fuerit aliquod ens aliud a prædicamentis, necesse est vt habeat etiam elementū. Omne eēm habet elementū, aut igit̄ illud elementū habebit elemēta, aut elementū & elementatū erunt idem. Et hoc quod. d. Alex. est dubitabile, nō eēm cōtingit vt quidlibet sit ex elemento, nisi ponatur ꝙ omne ens aut est elemētū, aut ex elemēto, & ꝙ oē ens in actu necesse est vt sit ex elementis. Si igitur omnia elemēta sunt in actu contingeret vt omne elementum habeat elementū, & hoc aut ꝓcedat in infinitum, aut elementū & elementatū erūt idem, & hoc dimittunt ponēdo ꝙ eorū quę sunt in actu quædam habent elementa in actu & quædam in potētia, & hæc dispositio est corporū simplicium quæ sunt elementa compositorū.

Themistius aūt aliter exposuit dicēdo ꝙ si decē prædicamēta habeāt elementū vnum aliud ab eis, necesse est aut vt sit exterinsecū ab eis. i. prædicatum de eis, aut intrinsecū in eis. i. ꝙ omnia prædicātur de ea. Si exterinsecum, contingit vt aliquid præcedat substantiam & alia prædicamenta. Si aūt interinsecū cōtinget vt compositū prædicet de simplici ex quo cōponitur, & esse res prædicatur de suo elemēto. Quapropter erūt idē hoc modo, ita ꝙ vere prædicabitur syllaba de consonante & nō cōsonante quæ sunt, clausula syllabæ, vtrumq; eorum est pars syllabæ, & hoc intendebat cum. d. &. aerit quoddam. b. id est. Verbi gratia, quod a. non est consonans. & similiter est de dictionibus cum syllabis. Et inueninus Alex. post exponere hunc sermonem post hanc expositionē, & in quadam scriptura inuenimus autem sic, et etiam quomodo est possibile dicere eadem esse elementa omnium, id est, cum hoc nomen ens demonstret eis elementum indignam naturam communem, & demonstrat vnumquodq; eorum, ergo ipsa sunt vera elementa.

Themistij expositio.

Nec etia intellectualiū elementorū vt vnum aut ens. Insunt eēm ea singulis cōpositorū, nihil igit̄ erit eorū nec substātia nec ad aliquid, sed necessariū est principia propinqua esse diuersa.

Neq; etiam ex elementis intellectis vt de vno aut de ente. Hæc enim duo existunt in omni composito, & nullum eorum est substantia aut relatio, sed necessarium.

Cum declarauit ꝙ impossibile est vt decem prædicamenta habeant vnum elementum sensibile, vult declarare ꝙ neq; etiam erit ex intellectis vniuersalibus vnum & ens, id est, quod non potest aliquis dicere ꝙ vnum & ens sunt genera & elementa istorum, & quod sunt exterinseca eis. & hoc intendebat cum. d. neq; etiam ex elementis &c. Deinde dicit hæc enim duo existunt in omni composito. Et Alex. exposuit hūc sermonem duobus modis sic. Ens enim & vnum demonstrat simplicia esse composita. si igitur elementum est vnum & ens, tunc simplex non

21

Prima expositio Alex.

Secūda expositio eiusdem.

tantiæ. Voluptas enim ita consequitur comprehensionem, sicut vmbra corpus. Si igitur aliqua comprehensio est quæ nullum oppositum habet & nunquam est in potentia, tunc comprehendenti nunquam accidit dolor per defectum comprehensionis. D. d. & habet vitam quia actio intellectus est vita, id est, & dicitur de eo vita. hoc enim nomen scilicet vita non dicitur de comprehensione. & cum actio intellectus est comprehensio, ergo actio intellectus est vita. Deinde dicit, & intellectus per se & habet vitam nobilē, id est, & cum intellectus est vnus & cū actio eius est vita, illud igitur qz intelligens est, quia intelligit se non quia intelligit aliud illud est vnū quod habet vitam in fine nobilitatis. & ideo vita & scientia proprie dicuntur de eo. Est igitur vnus deus sapiens. & hoc præsentiuerunt antiqui trinitatem esse in deo in substātia, & voluerūt euadere per hoc & dicere quia sunt trinus & vnus de?, & nescitue Disgressio, runt euadere, quia cum substantia fuerit numerata, congregatum erit vnum per vnam intentionem additam congregato. Et d. Alex. & hoc similiter contingit loquentibus in lege maurorum ponentibus has dispositiones additas essentiæ. Quapropter contingit eis vt sit vnus per vnam intentionem additam essentiæ & dispositionibus. Et vtrique dispositioni dubitatur accidere compositio, & omne compositum est nō vnum nisi dicant aliqua componi per se, & si aliqua essent quæ componerentur per se, tunc exirent de potentia in actum per se & moverentur sine motore per se. Et sic est intelligendum cum dicimus ipsum esse vnum & habentem vitam, scilicet idem in subiectum, & duo secundum modum, non quia significant idem omnibus modis, sicut significant nomina synonyma, nec; sicut significant nomina, scilicet nec; sicut principale & sumptum, quia sumptum significat illud quod significat principale & magis. Vita enim significat aliquid non in subiecto, vinum autē significat aliquid in subiecto, scilicet formam in materia, & habitū in subiecto, hæ igitur sunt dispositiones significationum nominum in eis quæ sunt forma in materia. a In eis autem quæ sunt forma non in materia dispositio & dispositum reducuntur ad vnum in esse, & duo in consideratione. Ista enim essentia cum fuerit accepta secundum qz posita & fuerit disposita aliqua dispositione tunc dispositio & dispositum vnum erit in prædicatione, & duo intentione quia prædicatum differt a subiecto, sed tamen non sicut prædicatum differt a subiecto in propositionibus cathegoricis substantialibus. Dispositio enim idem est & dispositum, sicut in rebus abstractis: sed in potentia duo quando intellectus diuisit vnum ab altero, intellectus b enim natus est diuidere adunata in esse in ea ex quibus componuntur, quamuis non diuidantur in esse sicut diuidit materiam a forma, & formam a composito ex materia & forma. hic igitur est dispositio intellectus in rebus compositis ex materia & forma, cum disponis compositum per formam, aut cum disponit habentem formam per formam intelligitur enim veraque esse adunata aliquo modo & differentia aliquo modo. Verbi gratia, quia cum disponit hominem per rationabilitatem intelligit quod subiectum rationabilitatis & rationabilitas idem sunt in adunatione, & intelligit quod differens ex eis est aliud a delato. Cum autem fue-

rit cōprehē sione sicut vmbra cōse quit corp?.

Omne cōpositum est nō vnum qđ de tellectu agē te & materialiq đ de orbe & intelligentia ? Quō differunt abstractū & cōcretū in rebus materialib? & quō ab stractis a materia.

a In abstractis a materia dispositio & dispositum sunt vnū in esse & duo ī cōsideratione.

b Intellectus natus est diui-

dere ea quæ sunt adunata in esse sicut dividit materiam a forma op. vide de materia. 1. ph. 69 & 4. physi. com. 16.

rit considerata dispositio & dispositum in eis quæ non sunt in materia tunc reducantur ad vnam intentionem omnibus modis, & nullus modus erit quo prædicatum distinguatur a subiecto, & dispositio extra intellectum scilicet in essentia rei. Sed cum intellectus cõponit aliquã propositionem ex dispositione & disposito in talibus rebus, tunc non intelligit ex eis nomina synonyma ita ꝙ propositio sit secundum nomen non secundum intentionem, sed intelligit ea esse differentia secundum assimilationem scilicet quod in talibus accipit duo, quorum proportio adinuicem alterius ad alterum est sicut proportio prædicati ad subiectum, & ex eis componit propositionem cathegoricam & nullam intelligit differentiam inter ea esse omnino nisi secundum acceptionem scilicet quia idem accipit dispositum & dispositionem. Intellectus enim non potest intelligere idem his duobus modis secũdum similitudinem ad propositionem cathegoricam in rebus compositis, sicut intelligit multa secundum similitudinem. & si intellectus non accepisset in istis dispositionem & dispositum non posset intelligere naturas eorum neq; declarare eas. & magna differentia est inter ea quæ differunt in esse & intellectu, & quæ differunt in intellectu tantum. Multiplicitas igitur in deo non est nisi in intellectu differentia non in esse. Sed Alexander dixit quod non est intelligendum per hoc quod dicimus non intellectus intelligit se secundum alterationem. videmus enim virtutem vilibilem videre se in speculo & cum hoc possibile est dicere in eo, magis est possibile in intellectu. Deinde dicit, deus igitur est vnus &c. id est, & secundum hoc quod sonat hoc nomen est vnum æternum valde nobile. & declaratum est ratione aliquod tale esse, & est illud quod mouet omne, hoc igitur est deus.

Multiplicitas attributorũ in deo est secũdum rationẽ non secũdũ esse.

Quicũq; autem putant vt Pythagorici & Leucippus optimum & nobilissimum non in principio esse, quare & plantarum & animalium principia causæ sunt. Bonum verò & perfectum in his non recte existimant. Nam sperma ex alteris est prioribus perfectis, & primum non est sperma sed perfectũ, vt priorem hominem dicat aliquis esse spermate. Non enim qui ex hoc fit, sed alterum ex quo sperma.

Omnes autem qui existimabant existimationem. Pythagorici & Leucippi, & ꝙ bonum & nobile non est in primo, quia causæ plantarum & animalium sunt principia, & ꝙ bonum & perfectum sunt in eis quæ sunt ex istis non verum reputant. Semina sunt ex alijs præcedentibus perfectis, primum autem non est semẽ, sed aliquid perfectum. Verbi gratia, quod hominem oportet esse ante sperma, non aliud quod sit ex hoc, sed aliud ex quo fit semen.

40 Dicit Aristo. & antiqui dicentes quod perfectio non est in principijs, sed in eis quæ sunt ex principijs. animalia enim & plantæ perfectiora sunt principijs, scilicet seminibus & spermate non vere dicunt. semina enim sunt ex rebus perfectis generantibus semina. Verbi gra-



tia, quoniam semen hominis fit ex homine. semina igitur non sunt principia, sed est principium illud a quo generantur, & est in perfectione sicut generatum si fuerit de speciebus generatis ex similibus, aut perfectius si fuerit ex non generatis ex suis similibus. Principium enim eorũ quæ non generantur ex simili est sol & orbis decliuis, & eorum quæ generantur ex simili non tantum est principium simile in specie, sed & cũ sole & orbe decliui. Vnde a Aristo. d. homo generat hoẽm & sol.

Principium eorũ quę nõ generant ex simili est sol & orbis decliuis. vide idẽ supra. 13 & 18. & 7. met. 31. & 8 phy. 46. & 47. c.

Quod quidem igitur est substantia alia sempiterna & immobilis separata à sensibilibus, manifestum est ex dictis, ostensum est autem. & quia non contingit habere hanc substantiã magnitudinem nullam. Verũ sine parte indiuisibilis est, mouet enim infinitum tempus & non habet potentiam infinitã finitum. Quoniam autem omnis magnitudo finita est aut infinita. finitam quidem propter ꝙ hoc vtiq; non habebit magnitudinem. Infinita verò non quia totaliter nulla est. infinita magnitudo. At verò quia impassibilis & alterabilis. Omnes enim alij motus posteriores sunt eo qui est secũdum locum, hęc quidem igitur manifesta quia hunc modum habent.

a Secundo phy. tex. cõ. 26.

H Nulla est magnitudo infinita.

Quoniam autem aliam substantiam æternam non mobilẽ abstractam à sensibilibus esse manifestũ est hoc modo, & iam declaratum est hanc substantiam habere magnitudinem aliquam esse, sed neq; partem neq; diuisionem habet, mouet enim tempore infinito. Nullum autem finitum habet potentiã infinitã, ois igit magnitudo aut finita aut infinita. & ideo non erit in magnitudine finita neq; infinita, qa magnitudo infinita est nulla, & manifestũ est ꝙ non patitur neq; transmutatur. Oẽs enim motus post locales sunt, hic igit manifesta sunt esse talia.

Facit rememorationem de hoc quod declaratum est prius, scilicet substantiam æternam esse non mobilem & abstractam ab omnibus materijs. Et. d. & iam declaratum est hanc substantiam &c. id est, & iam declaratum est in naturalibus quod impossibile est vt iste motor sit potentia in corpore, neq; corpus, qm̃ nõ habet partem, neq; diuisibile est, neq; essentialiter, neq; accidentaliter, omne autem corpus habet partes & est diuisibile. D. dicit causam in hoc, & d. mouet enim in tempore infinito, quapropter debet habere potentiam infinitam. D. d. & nullã finitam habet potentiam infinitam, id est, & necesse est vt habens potentiam infinitam non sit corpus, quia primus motor habet potentiam infinitam, & omne corpus aut potentia in corpore est finitum, ergo in secũda figura primus motor non est corpus neq; potentia in corpore. Et quia necesse est vt omne corpus habeat potentiam, quia omne corpus est finitũ, & potentiæ corporales sunt diuisibiles secũdũ diuisionẽ eius. D. d. omnis igit magnitudo aut infinita aut finita. i. & necesse est vt ois potentia sit finita in corpore, si eam nõ, aut ergo in corpore finito aut infinito, sed corpus infinitũ impossibile est esse & si in corpore finito fue-

41

8. physi. 7. & 79. Digressio in qua tangit quæstio Ioannis grãmatici contra peripatheticos. p qua vid. cõ. 79. 1. 8. ph. & in fine libri de substãtia orbis.

Potẽtia multipliciter dicitur vide.3.phys. 63.et.8.me. c.4.&.12.et hic.t.cõ.10. &.2.vlt.ca. de substantia orbis. Dubium. Solutio. Mor? ce.cõponit ex duplici motore.

tit potẽtia infinita.cõtinget corp⁹ illud moueri in instanti,vt declaratũ est in octauo physi. Et hoc intendebat cum.d.propter hoc igitur non erit in magnitudine finita &c.id est, causa autem propter quam potentia infinita non est in corpore,est quia in corpore infinito non est, quia corpus infinitum non est, in corpore autem finito non est, quia diuidit per diuisionem finiti, & quod diuiditur per diuisionem finiti est finitum.

Ioannes grammaticus mouit magnam quæstionem difficilem peripatheticorum. D, enim si ponne corpus habet potentiam finitam & ęternam est corpus, ergo habet finitam potentiam. & omne finitum est corruptibile, ergo cælum est corruptibile. Si igitur aliquis dixerit ꝙ priuatio corruptionis est acquisita in cælo de potentia æterna abstracta, cõtingeet vt aliquid possibilis corruptibilis sit æternum. Quoniã autẽ est impossibile, hoc declaratum est in fine primi cæli & mundi. Dicamus igitur nos ꝙ mirum est de hoc quod.d.ꝙ omne corpus habere potentiã finitam est verum. Potentia enim multipliciter dicitur, est enim potentia in substantia & alteratione & vbi, & iam declaratum est ꝙ de istis virtutibus nulla existit in corpore cælesti nisi potentia in loco. ista igit propositio nõ est cõmunis omni corpori nisi cũ per potẽtiã intelligat potẽtia in vbi scilicet cũ dicimus ꝙ omne corpus habet potẽtiã finitã. Cũ eñ dicimus oẽs potẽtias in corpore esse finitas,est verũ quæcũq; potentia fuerit. & cum dicimus quæcũq; potentia fuerit in corpore est finita, est verũ, sed nõ consequitur ex hoc ꝙ omne corpus habeat oẽm potentiã, quia corpus cæleste nõ habet potentiã nisi tm in vbi. Si igitur potẽtia qua mouetur hoc motu æterno fuerit in eo, aut est finita aut infinita. si infinita, contiget moueri in instanti. si finita possibile est quiescere quod improbatũ est, ergo non mouetur per potẽtiã existẽtẽ in eo, immo per potentiã nõ in subiecto omnino. Sed aliquis quæret si mouet a potẽtia cuius actio est infinita, necesse est vt mouetat ipsum non in tempore, sicut contiget cum fuerit existẽs in eo. Et dissolutio est ꝙ iste motus componitur, vt declaratũ est ex duobus motoribus. quorũ vnus est finitæ motionis, & est anima existens in eo, & alter est infinitæ motionis, & est potentia quæ non est in materia. Secundum igitur ꝙ mouetur a potentia finita mouetur in tempore, cum dicere finitatem est habere proportionem terminatam ad motam rem, & in sua substãtia est æterna, qũ admodũ ei⁹ subiectũ est æternũ. ſ.ꝙ i neutro eorũ est possibilitas in substãtia & tũ est possibilitas in subiecto eorũ in recipiẽdo motũ in ei⁹ tm nõ nisi in neutro tũ. Et per diuersitatẽ istius ꝓportionis in corporibus cælestibus. ſ.quæ est inter corpora eorũ & animas diuersantur in velocitate & tarditate, & in hoc in quo cõueniũt, quia mouent a potentia non in materia habente æternitatem motus, & cõtinuitatẽ motꝰ. Et ex hoc modo etiã verũ est dicere corpus cæleste hanc potentiã finitã. Et hæc est intentio eius quod.d.Arist. a esse in cælo. qũ si in primo cælo essent plures stellæ, aut tardiores aut tardius moverent, aut omnino non, non quia lassitudo accidat ei, sed propter defectum proportionis quæ est inter motorem in eis & motum. Motor enim nõ mouet nisi quia potentia eius est maior potentia moti, & quanto magis fuerit tanto maius potentiã eius, & cum potentia motoris non superabundauerit non poterit mouere ipsum, & si modicum superabundauerit

a Secundo cæli. 71.



mouebit tardius: in corpore a quidem cæleſti non est potentia vt corrumpatur: quia non habet contrarium: est igitur remanens per se & per suam substantiam b motus autem impossibile est vt sit remanẽs per suam substãtiam cum habeat contrarium scilicet quietem secũdum igitur permanentiam motus oportet nos ponere aliam intentionem remanentem in se e contrario permanẽtiæ quæ est in substantia. c non est in cælo possibilitas nisi vt quiescat, sed hoc iam probatũ est esse impossibile: ergo necesse est vt in hoc sit ꝓpter motorem in quo nulla potentia est omnino neq; essentialiter neq; accidẽtaliter: sed tale non est in materia. Et ideo.d.Aristo. d quod nõ est timendum cælum quiescere in aliqua hora: & nõ.d.corrumpt. Corruptio enim nõ est in eo possibilis sicut quies. Et ideo non est verum dicere aliquid possibile esse ex se. Æternum autem & necessarium ex alio eo quod necessariorum quoddam est necessarium per se & quoddã per aliud non est nisi in motu cæli tantum. Vt autem aliquid sit possibile in sua substantia & per aliud sit necessarium in esse impossibile est. Impossibile enim est vt idẽ sit possibile in esse ex sua substãtia: & recipiat ex alio necessarium esse nisi esset possibile vt natura eius trãsmutaretur. Motus autem possibile est vt & necessarius ex alio sit possibilis ex se: & causa in hoc est quod esse habet ex alio. ſ.a motore. Si igit motus iste fuerit æternus necesse est vt fiat ex motore non moto omnino neq; essentialiter neq; accidentaliter. Permanentia igitur motus est ex alio: substantia autem ex se: & ideo impossibile est inuenire substãtiam possibilem ex se necessariũ ex alio: quod est possibile in motu. Omnis igitur potentia mouens existens in corpore necessario mouetur accidentaliter & non essentialiter: & oẽ motum accidentaliter aut essentialiter possibile est vt quiescat ex se & est motum ab alio. Si igitur est aliqua potentia in corpore qua pone est quiescere a motione in aliqua hora necessario mouet a motore in quo nulla potẽtia est omnino: neq; essentialiter: neq; accidentaliter: sicut est de corpore cæleſti. Hæc igitur est intentio eius quod.d. Arist. qd' ois potentia in corpore est finita. ſ. quod actio eius possibile est vt sit finita in quo aut ex corporibus est in potẽtia ad esse: necesse est vt trãsmutetur eius substãtia. Et impossibile est vt acquirat permanẽtiam & æternitatem ex alio: nisi substãtia eius trãsmutetur: in quo vero ex corporibus est potentia tantũ in vbi: possibile est dicere hanc potentiã esse possibilem ex se: necessariũ ex alio. Et etiã qñ corpus cæleste ex se mouetur: & omne quod ex se mouetur possibile est vt quiescat ex se: & dicere est motum ex se hoc omne quod per deliderium & voluptatem mouet sed iam declaratum est: quoniam corpus cæleste quiescere impossibile est. Quapropter æternitas motus eius est propter motorem in quo nulla potentia existit ad aliquem modum trãsmutationis: neq; essentialiter neq; accidentaliter. Motor igitur corporis cæleſtis est potẽtia nõ materialis necessario: ideo quærendũ est qd' omne habẽs motũ in loco æternum: ne necesse est vt sit substãtia æterna. Si vero substãtia æterna sit: nõ erit necesse vt motus eius in vbi sit æternus: sed si motus eius in vbi fuerit æternus: necesse est vt motus eius sit a motore nõ corporeo: neq; potentia in corpore: neq; æterno neq; non æterno. hoc quidem est valde difficile & clausum: & ideo iste locus fuit lapsus sapiẽtũ. Cũ enim declaratum est

a In corpore cæleſti nõ est potẽtia vt corrũpat quia nõ habet cõtrarium. Idẽ.j. ce.c.10. & quæ ibi.

b Motus impossibile est vt sit remanens se, cõdũ suam substãtiã cũ habeat contrarium.

c Non est in cælo possibilitas nisi vt quiescat. Vide oppositũ.6.phy. 15.&.7.ph. c.2.

d Nono me.t.cõ.17.

In solo motu veritatẽ habet ꝙ aliquid ex se possibile fiat ab alio necessarium enim substãtiis aũt impossibile est.

hoc corpus esse æternum: possibile est existimare quod nō indigetur in hoc esse ponere principiū aliud nobilius eo. Existimatū est enim q̄ cū dicimus omnis potentia in corpore est finita: nō est verum nisi in corporibus materialibus generabilibus & corruptibilibus. Si autem aliquod æternum est in sua substātia existimatum erit q̄ necesse est potentiā eius manentem esse æternæ motionis. & in hoc loco erraverunt zabij & sapientes eorum. Et Aristo. fuit tractatus est in hoc super duas propositiones: quarū vna est quod omnis potentia in materia finita est. secunda autē est q̄ actio infinita nō fit ex potētia finita. Vnū provenit q̄ factis motum infinitum est potentia nō in materia. Et ipse laborabat in declaratione istarum duarum propositionum in octauo physicorum. Et contra dicētes huic dicit q̄ propositio dicens q̄ si in stellis sunt potētiæ infinitæ: tūc nō esset vera nisi stellæ essent cōpositæ ex materia & forma: & dicunt quod possibile est vt sint in eis potētiæ finitæ & vt sint infinitæ actioni. Dicunt enī quod finitas actionis & motionis nō accidit nisi per alterationem motoris a moto. Quapropter accidit ei fessitudo. Quod autem nō alteratur in sua substātia: neq̄ accidit ei fessitudo non est impossibile vt agat actionem infinitam. Themistius autem in hoc loco dicit quod non rectum dicit dicens solem & altas stellas esse finitas & habere potētias infinitas. Potētia enim quæ est in stellis quæ est infinita nō est naturalis in eis: neq̄ secundū q̄ sunt corpora. sed aut pendet a prima causa: aut ex anima existente in eis ab illa potentia quæ non est corpus. Prima enim causa est quod reuoluit eos in tempore infinito: quoniam si haberent illud quod habēt in potētia vt corpus & magnitudo habent & non essent semper in actu: tūc necessarium esset eis laborare & lassari. Corpora enim stellarū quia existit in eis aliquid in potentia secundum hoc potentiæ eorum sunt finitæ: in qualibet enim hora existunt in alio loco. Quando q̄ igitur sunt hic: quandoq̄ illic: & ista loca sunt. q. vltima motus & impossibile est in aliquo existente in potētia cum post pervenerit ad actum quem intendit vt nō sit ei vltimum & extremum. Causa autem in qua nulla potentia existit: sed semper est in actu & nunquam differtur in aliqua hora post aliam. Quomodo igitur possibile est imaginari magnitudinē & corpus vt ista alia in quibus semper existit potentia: sine corruptibilia sint sine non: & vniuersaliter si actio singularis per se possibile est remanere in infinitum cum æternitate tēporis. Actus vero qui exit ab eo qui est in potentia est cōdimētum illius quod est in potentia: & impossibile est in tali actu ipsum permanere in infinitum: cum præcedat ipsum potentia. Quapropter necesse est vt potentia mouens quæ est in stellis sit infinita: quoniā stellæ acquirunt hac potētia nō modo potētiali. Motus autem eorum in loco est finitus: potentia enim non est in stellis nisi secundū has dispositiones: hæc igitur sunt verba Themistij.

Sētētia Themistij.

Abbreuiatio sentētiæ Themistij.

Et abbreuiatio eius est quod omnis motor in loco motio eius est ad aliquid in potentia: & omne quod mouet ad aliquid quod est in potentia motus eius est finitus: cum illud qd est in potentia necesse est vt exeat ad actum. Omne igitur quod mouet motu æterno: motꝰ eius est ad aliquid semper in actu: & quod est semper in actu nō est corpus neq̄ in corpore. omne enim in quo est potentia: aut est corpus: aut potentia in corpore. In quo igitur non est potentia: neq̄ est corpus neq̄ potētia in corpore

Omne qd̄ mouet motu æterno motus eius est ad aliquid semp̄ i actu.



Et illud super quod Aristo. est sustentatus in hac intentione est: quod omnis actio æqualis infinita semper æterna necessario fit a potentia cuius actio est infinita cui nulla transmutatio accidit propter quam deficiet actio & omnis potentia mouens in loco in corpore cui accidit transmutatio: necesse est vt eius actio non sit semper æterna: quia ab alio mouetur. hoc igitur est intelligendum de eo quod est infinitæ motionis secundū alterū: & cum ita sit potentiæ mouentes quæ sunt in corporibus sunt duobus modis: aut potentiæ in corporibus generabilibus & corruptibilibus hæ igitur impossibile est vt semper moueāt se propter trāsmutationem eorum: & propter transmutationem subiecti eorum: & accidit ideo talibus necessario fessitudo: aut potentiæ mouentes in corporibus æternis: hæ igitur possibile est vt moueāt semper & vt nō moueant semper. Possunt enim non semper mouere si posuerimus illud ad quod mouetur scilicet primum motorem receptibilem transmutationis cuiuscūque modi. Possunt autem semper mouere quando illud ad quod mouetur fuerit non transmutabile aliquo modo transmutationis: & hoc est cum non fuerit corpus omnino. Si igitur motum æternum est: necesse vt moueatur per potentiam existentem in eo a motore cui nullus modus transmutationis accidit: & tale in nulla materia existit. Hæc igitur est intentio Aristo. cum. d. quod omnis actio infinita prouenit a potentia infinita ideſt infinitæ actionis: hoc etiam modo proprio magis apparet. Corpus enim cæleste animatum est necessario. Reuertamur igitur ad nostrum locum. Et. d. Aristo. & etiam manifestum est etiam quod non patitur &c. ideſt & manifestum est etiam quod in motore qui semp mouet & eadem dispositione: quod non patitur neq̄ alteratur: quoniam cū mouetur in loco nullum aliorum motuum recipit: motus enim in loco præcedit omnes motus: & cum nobiliorem non habet: non habet vilio rem. Corpus enim cæleste quia est nobilius omnibus corporibus habet nobilissimum motuum scilicet localem. Et quia iste motor est nobilior corpore cælesti fuit causa permanentie eius in nobiliori dispositione scilicet in motu. Deinde dicit hæc igitur manifesta sunt esse talia: & innuit omnia quæ declarauit de hoc primo motore qui non est in materia.

Connectit se ad textus expositionem.

Motus ille co præcedit oēs motus. 1d2. 9. phy. 33. vsq̄ ad 61.

Vtrū aūt vnam ponēdum est talem substantiā aut plures: & quod oportet nō latere: sed reminisci: & aliorū negatiōes: quia pluralitate nihil dixerunt quod & planū dicere. Que em̄ circa ideas existimatio nullā pscrutationē habet propriā. Numeros quidē enim dicunt ideas. Sed de numeris quādoq̄ quidē sicut de infinitis dictū: quādoq̄ autē vt vsq̄ ad eadem determinatis. Propter quā causam vero tanta pluralitas est numerorum nihil diceret studio demonstrato. Vtrum autem ponēda est talis substātia vna aut plures & quot sunt: & nō debemus occultare sermones aliorū sed dicere iudicia eorū: nihil enim manifeste dixerunt in multitudine. Sententia enim de exēplaribus nō habet perscrutationem propriā omnino. Dicētes enim exēplaria dicūt ea esse numeros: de numeris autem q̄nq̄ dicūt eos

ea esse infinitos: & quādoq; vsq; ad decē. Quare autem multitudo numerorum est sic: nihil dixerunt demonstratione.

42 Cum autem declarauit vnam substantiam æternam esse non in materia omnino incæpit quærere: vtrum hic substantia esset vna aut plures: & si plures quot sint. Et quia antiqui quidam dicebant substantias esse abstractas, scilicet formas: sed de numero earum nihil sufficienter dixerunt: incæpit demonstrare impossibile eorum ad declarandum hoc in illis substantijs positis. Deinde dicit, non debent occultare sermones aliorum &c. id est & oportet inspicientem in nostro sermone videre in quantum differt a sermone aliorum. Dicentes enim substantias abstractas essentiali dixerunt multitudine. Deinde dixit, sententia autē est de exemplaribus, id est opinantes autem substantias esse exemplaria & formas rerum nihil proprie dixerunt de numero eorum secundum q̄ sunt formæ: sed aliquid dixerunt dixerunt secundum quod sunt numeri: & hoc intendebat cum dixit: dicentes enim exemplaria dicunt ea esse numeros, id est quoniam inquantum sunt numeri dicunt aliquid in multitudine eorum. Deinde dicit, opiniones dicentium numeros formales abstractos in multitudine. Et dixit & de numeris q̄cq; dicunt &c. id est & dicentes numeros esse formales bipartiti sunt. Quidam dicunt eos esse infinitos: & quidam peruenire ad decē. Deinde dixit, quare vero multitudo &c. id est & dicentes illos esse decem nihil dixerunt super hoc demonstratione.

1 Nobis autem ex suppositis & determinatis dicendū. Principium quidem enim & primum entium est immobile: & secundum se & secundum accidens: mouens verò primū sempiternum & vnum motum. Quoniam autem quod mouetur necesse est ab aliquo moueri: & primū mouens immobile esse secundum se: & sempiternum motum à sempiterno moueri: & vnum ab vno. Videmus autem præter vniuersi simplicem lationem quam mouere dicimus potentiam existentem hic substantiam & immobilem: alias lationes planetarum sempiternas. Sempiternum enim & instabile circulare corpus. Ostensum est autem & in physicis de his: necesse & harum lationū vnamquāq; ab immobili moueri secūdum se & sempiterna. Nam astrorum enim natura sempiterna substātia quædā est: & mouēs sempiternū & primum eo quod mouet. Et q̄ prius substātia substantiā esse: necesse est. Palā itaq; q̄ tot substantias esse necesse est natura sempiternas & immobiles secūdū se: & sine magnitudine, ppter prædictā causam. Nos autē dicim⁹ de substantijs diuinis. Principium enim & primum entiū non mouetur neq; essentialiter neq; accidentaliter: & mouet & facit primum motū æternū etiā. Cum igitur motum necesse est vt moueatur per aliquid: primus autem motor non mouetur per se:



per se, & motus æternus sit per motorē æternum, & vnus per vnū. Et nos videmus quod præter motū totius simplicē de quo dicimus moueri à substātia non mobili alios motus æternos qui sunt erraticorū. Corpus enim circulare est æternū sine quiete: hoc enim declaratū est in naturalibus. Necesse est igitur vt vnusquisq; istorū motuū fiat per aliquid q̄ non mouetur per se & per substātiā æternā. Natura enim stellarū est etiā æterna. Et cū motor est æternus etiā & ante motū: necesse est vt illud quod est ante substātiā sit etiā in substātiā. Manifestū est igitur quod necesse est vt substātiæ sint secundū numerū illorū & q̄ substātiæ sint æternæ naturaliter & immobiles per se: & qđ sint sine magnitudine propter causam prædictam.

Dixit. Nos autem possumus declarare bene multitudinem istarum substantiarum ex rebus dictis & inducere ad viam quam quis potest scire numerum eorum. Principium autem illius est hoc quod prius declarauimus scilicet quod primum principium entium est aliquid immobile omnino: & quod hoc facit primum motum æternū & vnum & continuum & diuinum. Deinde dicit, si igitur motor necesse est vt moueatur &c. id est, si igitur positum est nobis quod omne motum habet motorem, & motū primum habet motorem æternum qui nō mouetur per se: & omnis motus æternus habet motorē æternum qui nō mouetur per se: & vnum, necesse est enim vt vnus motus habeat motorem vnum: & si non: tunc non esset continuus neq; vnus. Sed nos videmus in cælo plures motus præter motum totius cæli quem dicimus fieri a prima substātia immobili: scilicet motus stellarum erraticarum, & manifestum est istos motus esse æternos: sunt enim partes corporis æterni: necesse est igitur vt vnusquisq; motuum istorum habeat motorem qui non moueatur per se, & cuius substantia est æterna: natura enim stellarum est æterna. Deinde dicit, & cum motor est æternus & ante motum &c. id est, & cum motor vnius cuiusq; istorum motuum prior est illis motis: & si là mora sunt substantiæ: necesse est vt omnes isti motores sint substātiæ.

Deinde dicit, manifestum est igitur quod necesse est &c. id est, manifestum est igitur quod numerus substantiarum mouentium est secundum numerum motuum propter causas dictas, & quod istæ causæ sunt æternæ per se naturaliter & non motæ per se neq; corruptibiles propter causas prædictas.

Quod quidē igitur sint substātiæ & harū quæ prima & secūda secundū ordinē eundem lationibus astrorū palam. Pluralitatē vero lationū iam ex maxime propria physiosophia mathematicarū scientiarum intendere oportet ex astrologia. Hæc enim de substātia sensibili quidē: sempiterna autē facit theoriā aliæ vero de nulla substātia: puta quę circa numeros & geometria. Quod quidē igitur plures sint eorū quæ feruntur lationes manifestū est & parū attingentibus: pluribus enim quam vna

Numerus substātiarū mouentiū est secundū numerum motuum.

Nulla mathematica horū scientia de substantia sensibili considerat præter astrologiā.

astrorum errantium vnumquodq; fertur.

Quoniã autẽ substãtias esse, & earũ: hæc est prima: hæc autẽ secunda secundũ ordinẽ motuũ stellarũ manifestũ est. Multũ do autẽ motuũ sciẽda à prima est physiosophia mathematicorũ. Ista enim vtitur sciẽtia de substãtia sensibili: sed æterna. Ista autẽ nõ vtitur scientia de substantia omnino: sicut numeris & mẽsura omnino. Quoniã autẽ motus erraticarũ plures sunt manifestũ est ex eis etiam qui parum considerant: vnaquæq; enim stellarum erraticarum videtur moueri plus vno motu.

44 Id est, quoniã autẽ declaratũ est ex hoc sermone substantias æternas esse plures vna, & qd' in eis est primo scilicet illa quæ omnia mouet & secũda & tertia secũdũ ordinẽ orbiũ manifestũ est. Quoniã autem illa quæ omnia mouet præcedit omne: manifestũ est valde & precise. omnes enim istũ motũ maximũ intẽdũt: quapropter prior est omnibus naturaliter & etiã secũdũ locũ & etiã secũdũ magnitudinẽ scilicet qd' ista substãtia videtur esse prior propter prioritatẽ eius qd' mouetur ab ea secũdũ locũ & magnitudinẽ in multitudine stellarũ & velocitate motus. Et omnia ista faciũt eã priorẽ nobilitate & substãtia. Quoniã vero ordinatio istorũ mouẽtiũ a primo motore oportet vt sit secũdũ ordinẽ stellarũ orbiũ in loco: manifestũ est etiã. prioritas enim in loco eorũ & in magnitudine facit eos priores in nobilitate. sed videmus eos in velocitate motus eõuerso scilicet illi qui sunt propinquiores terræ sunt velociores: & hoc forte prouenit propter nobilitatẽ motoris: & forte propter paruitatẽ corporis. Sol autẽ videtur propter magnitudinẽ eius & actiõis eius in entib?: & ,pter hoc quapparet q' mot? aliarũ erraticarũ ordinant secũdũ motũ solis: & cõsequũtur ipsum habere: motorẽ priorẽ oĩb? erraticis: sed velocitas quæ est in istis sicut diximus forte est propter nobilitatẽ substãtiarũ mouentiũ: & forte propter paruitatẽ corporũ. ordinatio quidẽ eorũ adinuicẽ secũdũ nobilitatẽ possibile est scirι ex dictis ab antiquis habẽtibus curã de actiõibus earũ in entibus. V.g. quoniã dant soli vitã. & saturno res fixas: ordinatio igitur earũ a primo est præcisa: ordinatio vero earũ adinuicẽ nõ est præcisa. Et forte melius est illud qd' Ari. intẽdebat scilicet qd' ordo earũ sit secũdũ ordinẽ eorũ in loco.

Ordinatio intelligẽtiarũ a.i. est p̃cisa: sed ordinatio earũ adinuicẽ, nõ est præcisa.

Digressio contra Aui.

Quod autẽ moderni dicũt substãtiã primã esse priorẽ motore totius falsum est: quelibet enim substãtia istarũ est principiũ substãtiæ sensibilis secũdũ motorẽ & secũdũ ũnẽ. a Et ideo d. Ari. qd' si aliqne substãtiæ essent nõ mouẽtes essent ociosæ. Quod autẽ mouit eos ad hoc dicẽdũ est ratio quæ potest dissoluι a quolibet exercitato in hac sciẽtia: dicũt enim qd' apparet ex istis intelligẽtijs qd' quædã eorũ cõsequuntur quædã sicut causatũ causam: prima autẽ substãtia debet esse vna & simplex in ũne: ab vno autẽ & simplici nõ ,puenit nisi vnũ: & a motore primi cæli ,puenit anima primi cæli: & motor orbis cõsequẽtis: necesse est igitur vt sit nõ simplex: habet ergo causam priorẽ eo. b Iste autẽ sermo est imaginabilis: nõ eñ est illic proũctus neq; cõsecutio neq; actio: ita qd' dicamus qd' vna actio cõsequi agentẽ: tantũ eñ est illa causa & causatũ

a Si aliquæ substantiæ essẽt nõ, mouẽtes essent ociosæ.

b Solutio motiui Aui. Intelligẽtijs non est proũentus neq;



causatũ secũdũ q' dicimus q' intellectũ est causa intelligẽtis. Et cũ ita sit: nõ est impossibile vt illud q' est per se intelligẽtia & intellectũ sit causa pluriũ entiũ secũdũ q' ex eo intelligũtur multi modi. illud igit q' intelligit motor corporis cæli de primo motore: & est causa in, anima cæli: aliud est ab eo qd' intelligit ex eo motor orbis saturni: & similiter de vnoquoq; eorũ scilicet qd' perfectio vniuscuiusq; eorũ est intelligẽdo causam primã & ,priũ: & secũdũ hoc omnes mot? eorũ idẽ intẽdũt scilicet ordinẽ totius: & sic est intelligẽdũ de multitudine motuũ cuiuslibet stellæ scilicet omnes sunt colligatæ per motũ illius stellæ: & quilibet motor in eis perficitur per formã primi motoris proprij illi stellæ. Et ideo motus cuiusłibet stellæ earũ intẽdũt motũ ipsius stellæ: & sic est intelligẽdũ quod motus aliorũ orbiũ intẽdũt motũ orbis stellati, & qd' perfectio vniuscuiusq; mouẽtiũ vnũquodq; eorũ, id est, orbium scilicet primorũ perficitur per primũ motorẽ omniũ, & ideo omnes intẽdũt hũc motũ diurnũ qui est primi motoris actio & principiũ aliarũ actionũ. Apparet eñ qd' alij motus ,pprij sunt ,ppter istũ motũ & cõsequẽtes eũ: & admũtes in ordine quæ intẽdũt & est principiũ actionũ earũ. Sed quæret aliquis, qñ si motus omniũ orbiũ intẽdãt eãdẽ actionẽ & eũdẽ ordinẽ cõmunẽ omnib?: necesse est vt habeãt eãdẽ formã intellectã extrinsecam a formis quas intẽdit vnusquisq; per se scilicet formis ,pprijs. erit igit forma quasi finis addita super formã ,ppriã erga quã mouet vnusquisq; orbis aliorũ orbiũ.

Dubium.

Dicamus ergo qd' nulla forma est quasi finis & cõmunis & vniuersalis: nisi illa ex eis quæ habet actionẽ cõmunẽ & hæc est dispositio formæ mouẽtis primũ cælum motu diurno: dispositio eñ in iuuamẽto corporũ cælestiũ adinuicẽ increãdo entia quæ sunt hic & cõseruãdo ea: est sicut dispositio regẽtiũ honorũ qui iuuãt se adinuicẽ in regẽdo bonã ciuitatẽ: quoniã oẽs actiones eorũ sunt erga actionẽ primi principijs ponũt eñ actiones suas seruientes & cõsequẽtes actionẽ primi principis quẽadmodũ igit primus princeps in ciuitatib? necesse est vt habeat actionẽ ,ppriã quæ est nobilissima actionũ: & si nõ: esset ociosus: quã actionẽ intẽdit per suã actionẽ oẽs qui sũt sub primo principe: quẽadmodũ igit necesse est in istis principatibus vt primus princeps lic sicut est necesse in actionibus principũ vt prima actio sit: & sic patus

Solutio.

accidit in artificijs quæ iuuãt se adinuicẽ erga vnũ artificiale & sunt illa quorũ quædã sunt principãtia aliis: & omnia reducunt ad vnũ artificiũ.

V.g. qñ plura artificia seruiũt artificijs equitãdi, sic igit est intelligẽdũ de istis corporib? eã suis formis a quibus mouẽtur & de istis formis adinuicẽ. multũ enim assimilãtur artificijs quæ seruiũt sibi adinuicẽ, & quæ intelligũt adinuicẽ sunt principia eorũ ex quibus accipiunt intellectũ propriũ. V.g. quia artificiũ frenificandi accipit sua principia ab artifice artis equitãdi: & similiter alia artificia seruientia huic artificio.

Differẽtia autẽ inter ista & artificia est: quia formæ artificij mouẽtes artifices sunt in materijs: istæ autẽ nõ. Mos autẽ qui iam est inter modernos in dicẽdo qd' a tali motore prouenit talis motor aut cõsequitur aut præcedit: aut talia verba nõ vere intelliguntur de istis principijs abstractis omnia enim ista sunt dispositiones agentiũ super scientenus nõve re. Ab agente enim nihil prouenit vt diximus nisi extrahere illud qd' est in potentia ad actũ: sed illic nõ est potentia: vnde neq; agens tantũ enim

Contra au.

Ab agente nihil proue nit nisi ex trahere illd̄ q̄ est in po tentia ad actum.

est illic intellectus & intellectū: & perfectū & perficies: quēadmodum artificia perficiūtur abinuicē in hoc qđ accipiunt principia abinuicē: & omnia reducūtur ad accipiendū omnia sua principia ab artificio vniuersali cōtinenti ea. Et ideo videmus quod scientia magis propria primi dei scilicet est illud qđ cōtinetur sub prima phylosophia: & scientia propria propriis quæ sunt sub eo est similis scientijs particularibus quæ sunt sub prima phylosophia sicut dixit Nicolaus peripatheticus in sua prima phylosophia. Et ideo videmus qđ per suā acquisitionē istius scientiæ ab homine inuenitur homo in sua perfectione essendi. Hoc autē qđ Plato dixit in suis verbis obscuris: qđ creator creauit angelos manu: deinde præcepit eis creare alia mortalia: & remansit ipse in quiete sine labore nō est intelligēdū ad literā. Et forte existimare hoc in deo fuit causa sabbati positi in lege filiorum israel. Et hoc quod diximus de mouentibus omnium orbium: est etiam in mouentibus quæ iuuant se adinuicem ad mouendum quamlibet stellam stellarum erraticarum scilicet quod omnes illic reducūtur ad illum primum motorem & quod omnes intendunt motum illius primi motoris. Et cum hoc declaratum est: reuertamur & dicamus, quod cum phylosophus accepit numerum motuum ab astrologo sicut principia esse ad naturalia fecit rememorationem de hoc: & dicit multitudo autem motuum scienda est &c. id est, numerus autem motuum considerandus est per astrologos.

N Conuertit se ad text.

Sola astrologia de mathematicis cōsiderat de substātia.

Deinde dicit, causam in hoc & dixit ista enim vtitur sua scientia vel sententia &c. id est, ista autem ars propria est huic intentioni inter alias mathematicas: quia considerat de substantijs æternis sensibilibus, aliæ autem scientiæ mathematicæ considerant de accidētibus: vt ars arithmetica & geometria. Deinde dicit, quoniam autem motus erraticarum sunt plures &c. id est, quoniam comprehensum sensu est quod istæ stellæ habent plures motus, qui enim aliquantulum ingressus est in mathematicam videt quod quelibet stellarum erraticarum habet plures motus vno.

Documētū.

Et sciendum est quod isti motus quos ponunt astrologi sunt tribus modis. Est enim modus comprehensus a vulgo visu.

Motꝰ quos ponūt astrologi sunt tribus modis.

Est enim alius modus cuius motus non comprehenditur nisi in instrumentis & considerationibus, & horum modorum quidam comprehenduntur in longissimis temporibus: & quidam in paruis.


Est etiam tertius cuius motus sunt declarati ratione: plures enim istorum motuum videntur visu simplices, secundum autem rationem & naturalia opinandum est illos esse compositos ex pluribus vna. Verbi gratia, quia stellæ erraticæ videntur quandoq; velociores & quandoq; tardiores, & modo progredi & modo retrogradi: & hoc non potest esse verum secundum naturas corporum cælestium. Declaratū est enim in naturalibus quod omnes motus sunt æquales, & quod, impossibile est in eis velocitas & tarditas: aut progressus aut retrogradatio. Vnde necessarium fuit astrologo ponere astrologiam ex qua consequerentur hæ dispositiones sine aliquo impossibili in naturalibus.

Et hoc duobus modis accidit: aut vt ille motus qui quandoque videtur velocior quandoque tardior sit compositus ex pluribus motibus: aut vt sint illic orbes ecentrici & epicicli: vt dicunt moderni mathematici.



thematicē. Propter hoc igitur differunt astrologi denumero motuum & stellarum: & multotiens inueniunt per considerationem temporum motuum stellarum secundum computationem inueniunt eas in locis terminatis zodiaci: & cum considerant eas instrumentis: inueniunt eas in alijs ab illis locis: & tunc addunt motum nouum illi stellæ. Et hoc modo posuit Ptolemeus plures motus lunæ & alijs stellis: quos nullꝰ de antiquioribꝰ posuit. Verbi gratia motus quē Ptolemeus vocat motum respectiuum lunæ & motum polorum epicicloru. Istorum autem motuum non potuit iste homo facere astrologiam: & similiter hoc quidem apparuit ei q̄ motus stellarum erraticarū in suis orbibus ecentricus sunt secundum centra alia a centris ecentricorum non potuit ponere astrologiam secundum sua fundamenta: & omnia ista manifesta sunt parum exercitatis in astrologia.

Sed quot sunt hæ nunc quidem & nos quæ dicunt mathematicorum quidam attentionis gratia dicimus: vt mente aliqua pluralitas determinata suscipiatur. Reliquum verò hoc quidē quærentes oportet ipsos & illa verò persuaderi a quærentibus siquid videatur præter modo dicta ab eo tractatibꝰ: amare quidem vtroq; persuaderi verò à certioribus. Odosius quidem igitur solem & lunam vtriusq; latione in tribus posuit esse spheris. Quarum primam applanorum astrorū esse. Secundam autem secundum eum qui zodiaci per medium. Tertiam autem secundum obliquatum in latitudinē animalium. In maiori autem latitudine obliquati secundum quam luna fertur q̄ secundum sol.




Quos




Quot autem sunt dicamus secundū q̄ dixerūt quidā mathematicorū: vt aliquo modo imaginamur aliquā multitudinem terminatā: & quod relinquit quærēdū est à nobis aut ab eis q̄ inquisiuerūt de hoc aliquid apparuerit ab eo quod dictū est modo: q̄uis sit perscrutandū de duab⁹ sectis & concedendū sermonē illius qui magis perfecte perscrutatus est. Odosi⁹ verò ponit motum vtriusq̄ solis & lunę in tribus spheris. Quarū prima est stellarum nō erraticarum. Secunda quæ est in medio signorum. Tertia autem quæ declinat in latitudinem signorū: & illa in qua magis luna mouetur magis declinat in latitudine signorum q̄ in qua existit sol.

45 Intentio & causa.

Quia philosophus accipit pro cōstanti numerum motuum: astrologi autem diuersi sunt in hoc: fecit rememorationem de hoc: quod fuit magis famosum in suo tempore. & talia principia in maiori parte tantum sunt famosa cum fere omnia sint fundamenta scilicet in sensum q̄titatis motuū stellarū quod non potest perfici in vita humana. Ideo necesse est in considerationibus credere considerationibus prædictis: & tunc verificatur q̄titas motuū. Et propter difficultatē istarū rerū: impossibile est vti propositionibus necessarijs: sed famosis in hoc loco magis vtimur quam necessarijs: sed quando in eis non fuerit diuersitas. Si autem in eis fuerit diuersitas nihil erit super quod sustētetur. Sed quocūq; modo sit melius est scire sermonē hominū in hoc q̄ nihil. Et ideo d. Dicamus secundū q̄ dixerūt qdā mathematicorū &c. i. D. d. qd' autē relinquitur quærendū est a nobis perscrutatib⁹ de hoc. i. qñ aūt sunt motus addit super istos quos cōputo perscrutandū est in alia scientia. Et cū dixit hoc fecit rememorationē de hoc quod dixerūt mathematici in suo tempore: & posuit de eis duos hoies famosos in hac scientia. Et dixit quod Odosius ponebat soli & lune tres orbes. Vnū quo mouet ab oriēte ad occidentē in vna die. Secundū ad motum longitudinis. Tertium ad motum latitudinis. Et hoc est manifestum de eis: qū motus longitudinis & latitudinis

Exp̄ō tex.



& latitudinis sunt duo numerati. Mathematici aūt huius tēporis ponūt cundē motū: & est motus stellæ in suo orbe declinū: ppter qd' accidit ei in respectu zodiaci motus in lōgitudine & mot⁹ latitudine. Quod aūt sint duo motus a duob⁹ corporib⁹ nō indiget. Quod enī pōt natura facere vno instrumēto: nō facit duobus: & secundū hoc sol nō habebit nisi duos motus tm: & nisi sit necesse ponere tertiū motū ppter hoc q̄ apparet de velocitate & tarditate B centricū enī aut epiciclū dicere est extra naturā: epiciclus aūt impossibile est vt sit oīno. Corpus enī qd' circulariter mouet: nō mouet nisi in circuitu cētri totius cū ipsum faciat cētrū: & si esset motus circularis extra hūc centrū, cōtingeret aliū centrū extra hūc centrum esse: quapropter alia terra extra istam est: hoc impossibile est vt dictū est in naturalibus. Et sic⁹ forte est de ecētrico quē ponit Ptolemeus. Si enī essent plura centra: essent plura corpora grauia extra locū terræ: & tūc medium nō esset vnū & haberet latitudinē & esset diuisum: & oīa ista sunt impossibilia. Amplius si essent ecētrici: necesse esset inuenire in corporib⁹ cælestib⁹ corpora superflua sine aliqua vtilitate nisi ad implēdū locū vacuū: sicut in corporib⁹ aliis. Sed nihil de eis quæ apparēt in motibus stellarū cogit necessario dicere epiciclum esse aut ecentricum. Et forte excusant vtrūq; motus lenliab: quos ponit Aristo. & sicut Ptole. dicit in suo lib. qui dicitur liber narrationis: in quo dicit quod Arist. & antiqui ponebant loco istorum motuū motū gyrationis: & dicit q̄ secundū hoc apud eos oportet crescere motus secundū numerū. Qui autē post venerūt inuenerunt viā simpliciorē ista: & potuerūt ponere ea quæ apparent in pauciorib⁹ corporibus & inuit epiciclū & ecentricū. & dicit q̄ ista via est nobilior: quia concessum est: qm̄ natura nihil facit superflue: & qū cum poterit mouere aliquid instrumētis paucis nō mouebit pluribus. Ptole. autē ignorauit quid mouit antiquos ponere motus gyrationis: & est qm̄ epiciclus & ecentricus sunt impossibiles: necesse est igitur rursus perscrutari de ista astrologia vera quæ est super fundamenta naturalia: & est apud me fundata super motum eiusdem orbis & polos diuersos duos aut plures secundū q̄ conuenit apparentibus. possibile est enim accidere stellis ex talibus motibus velocitatem & tarditatem & progressum & retrogradationē: alios motus quibus non potuit Ptole. Ponere astrologiam: & apparet ex hoc propinquitas & remotio vt accidit in luna. In iuuentute autem ia ea speraui vt hæc perscrutatio compleretur per me: in senectute autem iam despero: sed forte iste sermo inducet aliquē ad perscrutandum de hoc. Astrologia enim huius temporis nihil est in esse: sed est conueniens computationi non esse. Lunæ autem inuenerunt antiqui post Aristo. vnum motum, scilicet motum draconis. Ptole. enim inuenit ei in respectu solis quartum motum: & in respectu centri secundum. Quoniam reuoluitur luna æqualiter motum quinetū quē vocat motum respectiuum diametri epicicli: cui non potuit secundum suum fundamentum ponere astrologiam.

O Quod natura pōt facere vno istrō nō facit duobus. confer primo phy. 50.

P Natura nihil agit superflue. Idē. i. celi. 32. & 3. de aīa. 45. & pri. phy. 50.

Errantium verò astrorum in quatuor cuiusq; spheris: quarum primam quidem & secundam illis eadem esse & nō esse quæ est applanorum: quæ omnes est serenæ: & eam quæ sub ea

ordinatæ

ordinata: & secundum eum qui per ineundi zodiaci lationem habentem communem omnium esse. Tertio verò omnium eo in circulo polos esse qui per media signa transit. At quartæ lationem per obliquum ad medium circulum huius esse. Tertiæ verò esse spheræ polos aliorum quidem proprios: veneris verò & mercurij eosdem. Stellarum autem erraticarum vna quæq; est in quatuor spheris & earum prima & secunda sunt illa eadem. Illa autem quæ non est erraticarum & differunt oēs per suum motum: & illa quæ est ordinata sub ista cuius motus est in medio signorum communes sunt omnibus. Tertia autem quæ est oibus poli eius sunt in illa quæ est in medio signorum sphera. Motus autem quartus mouetur ad medium istorum: & poli tertiæ spheræ aliarum quidem stellarum est propria: veneris autem & mercurij vna.

46 Cum narrauit quod Odosius ponebat vtrique soli & lunę tres orbes incæpit dicere quod ponebat etiā vnicuiq; erraticarum quatuor orbes tres. s. orbes quos posuit soli & lunæ & quartū additū: & forte iste quartus est propter progressum & retrogradationem quæ apparent in istis quinq; stellis. D. d. & earum prima autem & secūda sunt illæ eadem, i. prima aūt sphera erraticarum & secunda sunt similes prime & secunde solis & lunæ. s. orbis qui mouet eas motu diurno: & orbis propriæ stellæ qui mouet eas ecōuerso. s. ab occidente in orientem: quæ est in medio orbis signorū. D. illa autem quæ est erraticarū &c. i. prima enim sphera cuiuslibet stellę similis est primæ spheræ totiꝰ cæli: quæ defert omnes orbes ab oriēte in occidētē in vna die. Deinde dixit: & quæ est ordinata sub ista &c. i. & secundus orbis cōmunis est omnibus qui ita trāseunt per mediū zodiaci. i. quia declivius est a primo orbe. Iste enim etiā communis est omnibus: cum in hoc orbe videātur moueri. Et quia apparet etiā eis latitudo in hoc orbe posuerunt antiqui eis orbem declivem ab isto orbe: & hæc erat opinio antiquorū de sole: quod habebat latitudinē a zodiaco præter latitudinē quā habebat ex æquinoctiali: & ideo posuerūt soli tres orbes sicut aliis stellis. Ptolemeus aūt non ponit soli latitudinem nisi in respectu æquinoctialis. Deinde dixit: tertia aūt quæ est communis omnibus &c. i. & ista tertia quæ facit declinationē a medio signorum in omnibus stellis. Deinde dixit: poli enim eius sunt in illa quæ est medii signorum. i. quoniā cum posuerūt orbem in quo mouetur per medium signorum alium ab orbe in quo mouetur obliquū a medio signorum: fuit necessarium vt poli istius orbis sint in circulo zodiaci. Stella enim cum mouetur in orbe cuius maximus circulus trāsit per zodiacum & mouetur ab orbe cuius poli sunt in hoc circulo: necessario vt debitur declinās stella a circulo medio quæ est in zodiaco. D. d. morꝰ aūt quartus &c. i. quoniam iste orbis est declinans a medio istius tertij.

Deinde dicit quod poli tertiæ spheræ &c. i. vt mihi videtur intēdit orbes declives qui sunt communes omnibus stellis.

Calippus autē positione quidē spherarum eandē posuit cū Odosio



Odosio hoc autem distantiarū ordinem. Pluralitatem verò ei quidem quæ iouis, & ei qui saturni eandem cum illo dedit. Solis verò & lunæ duas existimabat adhuc apponendas esse spheras apparentia siquis est reditus, reliquis verò planetis singulis vnam. Necesse autem simul positæ omnes apparentia sunt reditiuæ secundum quemlibet errantium, alteras spheras vna minores esse revoluentes, & ad idem restituentes posteriorum primā spheram semper inferius ordinati astri, sic ēm solum contingit planetarum lationem omnia facere. Quoniā igitur in quibus quidem ipsa feruntur spheris, hæ quidem octo hæ autem quinque & viginti sunt. Harum autem solas non oportet resolui in quibus infime ordinatum ferunt. Quæ quidem resoluunt eas quæ sunt primorum duorum sex erunt & quæ ante eas quæ sunt posteriorum quatuor sexdecim. Omnium itaque numerus & ferentium & revoluentiū ea quinquaginta quinque. Si autem soli & lunæ non addiderit, quia quos diximus motus omnes spheræ erunt septem & quadraginta. Pluralitas igitur spherarum tanta sit.

Calippus autem in positione quidem stellarum contradicit tertio, in multitudine autem in ioue quidē & saturno cōuenit. In sole aūt & luna videtur ponere duas spheras additas, si aliquis voluerit dare apparentia erraticarum, aut vniuscuiusque vnam. Necesse igitur quoniam stella nō mouetur per suū corpus sed mouetur in sphera, si omnes congregentur secundū quod dant apparentiam vnaquæque erraticarum vt sint aliæ spheræ pauciores eis quæ resoluuntur gyratiue & reuertunt primam spheram ad suum situm super eundem quæ est stellæ ordinatæ sub ea. Hæc enim tantummodo possunt esse motus omnium erraticarum. Spheræ igitur in quibus mouētur quædam sunt. viij. & quædam. xxv. & ex istis non oportet in eis gyratiue moueri. Quæ mouentur in eis faciliores earum tantum. Quæ autem mouentur motu gyratiuo duarum primarum sunt sex, & quatuor postremarum erunt. xvj. Numerus igitur omnium quæ mouentur & quæ mouent istas motu gyratiuo sunt quinquaginta & quinque. Si autem nullus addat quæ diximus lunæ & soli omnes spheræ erunt quadraginta et septem. Multitudo autem motuum sit tanta.

Dixit Aristo. Calippus aūt ponebat orbes in ordine quem ponebat Odosius, numerū vero orbiū maiorem nisi in Ioue & Saturno, qm̄ conuenebat Odosio. D. d, in sole autē & luna videtur ponere &c. id est, quoniam 47

qm̃ iste homo addit ei quod dixit Odosius de numero orbium; vtriusq; solis & lunæ duos orbes vt per hæc conueniat apparentibus de motibus eorum. Et reputo quod addit hoc vt det ex eis causas velocitatis & tarditatis, cum sit impossibile vt motus eiusdem stellæ sit velox & tardus insimul nisi compositus ex motibus. Deinde dixit, aliarum autem, erraticarum vniuscuiusq; vna, id est, addit in numero orbiũ stellarum erraticarum in qualibet stella vnum orbem. Ponebat igitur quinque orbes vniuscuiusq; erraticarum. Deinde dixit, necesse est igitur quoniam stella nõ mouetur per suum corpus, & ponebat istum orbem additum, quia opinabatur, quoniam impossibile est vt stella moueatur motibus diuersis secundum q̃ mouetur per se secundum q̃ est pars orbis. Deinde dixit, si omnes congregentur &c. id est, & omnes cõueniũt in hoc q̃ omnis stella habet de spheri minus quam sphęræ primæ vnæ. Omnis sphera ex hoc circulo reuoluit vnãquãq; primarum spherarum ad contrariam partem ad quam mouentur primæ sphęræ, ita q̃ ex hoc fit vt stella videatur retrograda ad suum primum locum zodaici deinde progressa. et quasi intendit q̃ ex motibus istorum orbium contrariis fit vt stella videatur retrograda & progressa. Et secundum q̃ Alexã. ponebant omni orbi orbium stellarum præter orbem signorum orbem qui mouet illum orbem super vnum polum ad partem contrariam ad quam mouetur primus orbis, & cum ponebat istis orbes mouentes ad contrarium. Quintum quidem sub quarto & super eundẽ polum reuoluitur. Sextum autem ponebant sub tertio & super eundem polum cum eo. Septimum vero sub secundo & super eundem polum cum eo, & dicebant q̃ hoc modo motuum compositorum possint conuenire apparentibus. Et ista astrologia non est manifesta nobis ex hoc sermone secundum q̃ motus istarum stellarum quæ ponuntur in hoc tempore, & similiter etiam hoc non est manifestum quomodo sunt motus gyratiui ex istis motibus contrarijs nisi ponantur super polos diuersos. Moꝰ enim contrarij qui sunt super eosdem polos sunt destruentes se adinuicem, scilicet q̃ impossibile est q̃ duo motus contrarij sint super eundẽ polum. Super autem polos diuersos possibile est & similiter super contra diuersa. Nisi aliquis dicat q̃ orbis in quo est stella cum posuerimus ipsum inter duos orbes cum mouentur ad contrarium scilicet adiuicem accideret ex hoc vt orbis in quo est stella moueatur motu gyratiuo, sed talis motus est violentus qui non accidit corporibus cælestib⁹. ideo melius est reputare q̃ motus isti gyratiui sint ex motibus contrarijs. & super polos diuersos, secundum hoc enim accidit vt stella videatur aliquando velox, & aliquando tarda & aliquãdo retrograda, & aliquando progressa, & vt diuersetur sua latitudo a zodiaco, ponatur igitur hoc fundamentum. Et si enim fundamentum ex cuius positione non accidit impossibile, & potest conuenire omnibus apparentibus, & iste motus gyratiuus inuenitur in cælo secundum conuenientiam inter motum diurnum & motum stellarum in suis orbibus declinibus, scilicet q̃ omnes astrologi a conueniunt in hoc quod poli orbium declinũ reuoluuntur in motu diurno in circuitu polorum totius, & iste motus vt mathematici hispaniæ dicũt, existit in orbe stellato, & vocãt ipsum motum processus & reuersionis. D. d. sphęræ igitur in quibus mouẽtur

Q Motus contrarij q sunt sup eosdem polos sunt destruentes se adinuicẽ. Vide. j. c. cõ. 22. motꝰ gyratiuꝰ est violẽtꝰ. Vide. 7. phy. c. 10.

a Oẽs astrologi conueniãt in hoc q̃ poli orbiũ declinũ reuoluunt i motu diurno in circuitu polorum totius.



tur quædam sunt octo, & quædam viginti quinq;, & intendit per viginti quinq; spheras per quas mouentur stellæ erraticæ motu proprio. Iste enim homo ponebat vnicuiq; stellarum erraticarum quinque orbes, & stellæ erraticæ sunt quinq;, erunt igitur orbes viginti quinq;. Et intendit per octo orbes quatuor quos addidit in sole & luna, & sunt illæ quæ mouent orbes eorum primos gyratiue, scilicet orbes quos ponebant soli & lunæ, & quatuor qui reuoluunt orbem saturni gyratiue.

Deinde dicit, & ex istis nõ oportet moueri in eis motu gyratiuo qui mouentur in eis faciliores eorum, id est, & ex istis orbibus qui est facilis motus, & est vltimus motus orbis in quo sunt stellæ non habet orbem in quo reuoluuntur gyratiue, & ideo reuoluentia diminuuntur a cæteris in vno tantum. Et dixit hoc vt reputo quia sol & luna non habent vt appareat retrogradationem & progressionem, sed tantum velocitatem & tarditatem. Deinde dicit, quæ igitur mouentur motu gyratiuo &c. intendit per sex primos orbes qui sunt solis & lunę, scilicet differentes non reuoluentes, & intendit per sexdecim reuoluentes quatuor stellas erraticas. Erit igitur sicut dicit numerus orbium quiquaginta quinq;, & eorum triginta & vnum sunt deferẽtes, & viginti quatuor reuoluentes. Deinde dicit, si autem nullus aliquis addat &c. id est, si autem diminuuntur quatuor reuoluentes solis & lunæ secundum Odosium erit numerus orbium quadraginta septem, & secũdũ quod apparet ex suo sermone debet esse numerus orbium secundum Odosium quadraginta & sex. Addebat enim in reuoluentibus quatuor quos ponebat soli & lunæ, & addebat in deferentibus erraticarum quinq;.

Quare & substantias & principia immobilia & insensibilia tot rationabile existimare. Necessarium igitur dimittatur fortioribus dicere, si autem nullam possibile dicere lationem non ordinatam ad astri lationem. Amplius autem omnem naturam & omnem substantiam impassibilem, & secundum se optimum fortitam esse finem oportet existimare. Nulla erit præter has altera natura, sed hunc substantiam numerum esse necesse est. Si enim essent aliæ mouerentur vtique fines existentis lationis, sed alias quidem esse lationes impossibile præter dictas. Hoc autem existimare ex latis rationabile, nam siquidẽ ferens lati gratia natũ est, et latio omnis lati aut alicuius, nulla latio sui gratia erit, nec alius alicuius lationis, sed astrorũ gratia. Nam si fuerit lationis gratia, & illam alterius gratia oportebit esse. Quare qm̃ nõ est possibile ire in infinitũ, finis erit omni lationis latorum aliquod diuinorũ corporũ secundũ cęlũ.

R Inde sumit q̃ nulla est intelligẽtia quæ nõ moueat aliquẽ orbem.

Necesse est igitur reputare quod principia immobilia & sensibilia sunt huius numeri. Quod autem est necessarium dimittendum est fortioribus. Si autem non existimant quod motus omnino non est conueniens motui stellæ, & ratio enim dat q̃

Universidad de Deusto
Biblioteca



existimandum est qđ omnis natura & omnis substătia in qua pars non existit, & est per se, inuenit dispositionem meliorem. Non igitur erit alia natura omnino nisi ista, immo necesse est ꝙ numerus substantiarum sit iste, quoniam si alia fuerint, mouebunt igitur quia sunt perfectio motus, sed impossibile est vt alij motus sint à prædictis. Et existimandum est hoc de motis, quoniam si omnis motus est propter rem motã, & omnis motus est per aliquem motorem, nullus motus est omnino propter se, neq; propter alium motũ, sed propter stellas. Quoniã si motus esset propter motũ, necesse esset vt ille sit propter alĩ, & impossibile est vt illud quod est in perfectione sit infinitũ, & omnis motus corporis diuini est corporum quæ mouentur in cælo.

48 Cum posuit ꝙ numerus motuum aut sunt quinquaginta quinq; aut quadraginta & septem, & iam declarauit ꝙ numerus substantiarũ mouentium oportet esse secundum numerum corpõrum cælestium motorum. d. ꝙ oportet existimare ꝙ numerus substantiarum mouentium nõ naturalium. & numerus substantiarum sensibilium motarum est iste numerus, & ꝙ hoc sufficit nobis in hoc tempore. Quod autem est verum & necessarium dimittẽdum est habentibus solicitudinem in illa arte.

Documẽtũ. Et sciendum est ꝙ numerus motuum in quo conueniunt moderni est solis quidem duo, & lunæ quinq;, mercurij autem septem, vniuscuiusq; autem cæterarum erraticarum octo, orbis autem stellati duo motꝰ diurnus & motus processus & reuersiõis quem Ptolemeus existimauit motum esse perfectum istius orbis ex oriente in occidentem, & sicut est dispositio de erraticis, omnes igitur erunt quinquaginta & vnus motus, scilicet angis solis dubitabilis. Isti enim sunt huiusmodi numeri ita ꝙ ponantur simplices, et ꝙ situs eorum sint illi quos posuit Ptole. Si autẽ motus eorum fuerint compositi ex pluribus vno motu, vt in astrologia antiqua fere duplicabatur iste numerus. D. d. si autem non existimauit ꝙ motus omnino &c. id est, si autem posuerimus ꝙ impossibile est vt sit corpus cæleste quod non habet iuramentum in motione stelle alicuius, & posuerimus ꝙ principia mouentia impossibile est vt sint nisi in dispositione meliori, ꝙ nõ accidit eis passio materię, cum sint entia per se non in materia, & esse eorum in dispositione meliori est vt sint mouentia, necesse est vt via numerandi ista principia sit via ista. s. ex numeratione motuum stellarũ. Cum enim posuerimus ꝙ nulla substătia abstracta est quæ non moueat, quia tunc inueniretur in dispõne diminuta, & cõ posuerimꝰ ꝙ omnis orbis est propter stellã, & si nõ, esset ociosum, manifestũ est ꝙ via numerãdi istas substătias abstractas est via numerandi motum stellarum. D. confirmauit hoc, &. d. quoniã si essent talia &c. id est, qm̃ necesse est si aliæ substătiæ sint ab istis substantijs vt sint corpora mouẽtia cęlestia alia ab istis corporibꝰ, qm̃ vnaquęq; illarũ, substătiarũ est pfectio & finis motus. D. d. sed impoſe est vt sint alij motꝰ a prædictis, i. sed impossibile est vt alij motꝰ sint ab eis qui comprehendi

S Nulla substătia abstracta est quæ nõ moueat, qa tũc inueniret in dispositione numerata.



sunt aut possunt comprehendi: impossibile est igitur vt sint substantiæ mouentes nisi illæ quæ sunt secundum numerum motuum. D. d. & necesse est vt hoc sit a motis. i. & necesse est vt non sint alij motus a prædictis: quia nõ sunt alia mota a prædictis. D. incæpit declarare hoc: & d. quoniam si omnis motus est propter rem motam &c. i. & necesse est vt numerus motuũ sit secundum numerum rerum mouentium & motarum: quoniam si omnis motus est propter esse in aliquo motu & propter aliquem motorem: & nullus motus est propter se neq; propter aliũ motum: sed omnis motus est propter stellas: necesse est vt idem sit numerus motuum & motorum & mouentium: &. d. hoc: quia forte aliquis potest dicere. forte sunt alij motus præter istos dictos. Deinde incæpit declarare hoc: &. d. quoniã si motus propter aliud &c. i. qm̃ si motus fuerit ꝙ propter alium motum: cõsinget vt ille eriã sit propter aliũ: & sic in infinitũ. Sed impossibile est vt habens finem & complementum sit infinitum. Infinitum enim nõ habet finem: necesse est igitur vt omnis motus sit propter corpus diuinum corporum quæ mouentur in cælo scilicet stellarũ. & hic completur sermo Alex. expolitus.

Impossibile est vt habens finem & complementũ sit infinitum.

Quod autem vnum cælum manifestũ. si enim plures essent cæli vt homines: foret principium quidem circa vnum quod ꝙ specie vnum numero verò multa. sed quæcunq; sunt numero multa multam materiam habent. Vna enim & eadem ratio multorum vt hominis. Sor. verò vnus. Quod autem qđ quid erat esse nõ habet materiã primã. Endelechia enim vnum igitur & ratione & numero primum mouens immobile ens: & motum ergo semper & continue vnum solum: vnum ergo solum cælum. Quoniam autem cælum est vnum manifestũ est quod si plures cæli fuerint erunt sicut homines. Si autem principium vnius hominis est vnum: & fuerit numero vnum plura: & aliud numero multum: habet materiam. Sermo enim vnus qui est idem est etiam plures non sermo hominis. Socratis autem vnus. quod autem est essentia prima non habet materiam: quia est perfectio. Primus igitur motor qui non mouetur est vnus ratione & numero. Motor igitur motus continui oportet semper vt sit vnus tantum: ergo vnum cælum est tantum.

T Quæcunq; sunt numero multa multam materiã habẽt.

Quoniã autẽ vnum est cælum manifestũ est: & innuit quod mundus est vnus nõ plures: qm̃ sicut d. si cæli essent plures essent sicut individua hominis. scilicet vnũ diffinitione & plures numero: sicut homo qui est vnus diffinitione & plures secundũ numerũ. Et hoc intendebat. cum d. si aũt principium hominis vnius &c. i. si aũt plures cæli essent: cõtingeret vt principiũ cuiuslibet cæli esset vnum numero. Erit igitur principium cælorũ vnũ in specie: plura in numero. Et hoc magis manifestũ fuit in alia translatione: & est. D. enim & erit principium quod est vnum in specie: & plura in numero. Et potest intelligi sic: & erit principiũ

quod posumus vnum in specie & plura in numero. Deinde.d. vnum in numero plura habens materiam: & omne quod est vnum & plura in numero idest vnum in specie & plura in numero habet materiam: sed iam declaratum est quod principium cæli nõ habet materiam. Deinde.d. vnus enim sermo &c. idest ea autem quæ sunt vnum in ratione. t. in diffinitione sunt plura in numero: vt homo q̃ est vnus in numero & plura in potentia: vt Sortes & Plato. Deinde.d. & quod est per primam essentiam non habet materiam: quia est perfectio. idest & hoc fuit ita: quod prima essentia quæ significat esse rei oportet vt non habeat materiam: quoniam si haberet materiam: haberet alium essentiam: & sic in infinitum. & ideo necesse est vt prima forma quæ perfectio est & finis nõ habeat materiam: erit ergo simplex. & omne simplex est non in materia. Deinde dicit primus igit motor qui non mouetur est vnus diffinitione & numero. Deinde dicit oportet igit vt motum semper motu cõtinuo sit vnum tantũ ergo cælum est vnũ tantũ. i. & si motor est vnus numero. ergo ipsum primũ motũ ab eo si mouetur motu continuo: est vnũ etiã numero. & si cælum est tale vt declaratũ est. ergo cælum est vnum numero. mouetur enim vno motu continuo ab vno motore numero & diffinitione.

Idem. j. me. com. 40.

Tradita sunt autem à senioribus & antiquis in fabulæ figura dimissa posterioribus: quia dĩ sunt hi: & continet diuinam naturã vniuersalem. Reliqua verò fabulose iam adducta sunt ad persuasionem multorum & ad opportunitatẽ multorum ad leges & cõferens. Conformes enim hominibus hoc & aliorum animalium quibusdam similes dicunt: & his altera consequentia & dictis similia. A quibus si quis separãs id accipiet solum quod primum deos existimauerunt primas substantias esse diuinæ vtiq; esse dictum putabit & secundum veri similitudinem: & sæpe inuenta ad possibile vnaquaq; & arte philosophia & iterum corruptis: & has opiniones illorum quasi reliquias vsq; nunc saluatas esse. Et accepta sunt ab antiquis valde aliqua quæ sunt in posterioribus: sicut fabulosæ: quoniã ista sunt dĩ: & quod deus continet omnia naturalia. Alia autem sunt similia fabulis propter vsum legum: & illud quod est bonum hominibus: & ideo dicunt quod ista similia istis sunt quibusdam alĩs animalibus & similia istis non conuenientia dictis. Si igitur aliquis distinxerit ex istis & acceperit primum tantum: opinabantur enim quod primæ substantiæ sunt dĩ: & secundum quam oportet: cum iam dictum sit multotiens in eo quod possibile est cuilibet artificio & philosophie: & etiã corrumpuntur: & istæ sententiæ eorum remanent vsq; modo quasi reliquiæ.

50 Cum Aristo. fuerit primus qui sciuit in suo tempore hoc principium vnit



uit dare testimonium de sermonib⁹ antiquis acceptis a chaldeis in quibus fuit scientia perfecta secundum illud quod remanet de sermonibus eorum, est quasi Apologus. Et.d. & accepta sunt ab antiquissimis valde idest. & accepta sunt ab antiquissimis quæ sunt hodie quasi apologi, scilicet quod corpora cælestia sunt dĩ: & quod dĩ continent omnia naturalia. Deinde dicit alia autem & istis &c. idest alij autem sermones & apologi in corporibus præter illos qui accepti sunt a chaldeis veræ sunt fabulæ sine aliqua veritate: & non fuerunt scriptæ nisi ad corrigẽdũ mores hominum ad illud quod est bonum eis. Deinde dicit. & ideo dicunt quod sunt similia quibusdam alijs animalibus. idest & isti apologi sunt hic quod dicunt quod hæc corpora sunt similia modis animaliũ.

Astrologi dicunt qđ formæ quæ sunt hic obediũt formis cælestibus.

Et innuit per hoc formas cælestes quas dicũt similes esse formis quæ sunt hic: & quod formæ quæ sunt hic sunt obedientes illis: sicut dicunt astrologi. Deinde dicit, & alia similia istis &c. idest & alij apologi non conuenientes ei quod declaratũ est de his principijs: neq; secundum remotã expositionem. Deinde dicit ũ igitur aliquis dixerit &c. idest & si aliquis homo exposuerit sermonem eorum: quoniam intendebat p deos primas substantias quæ sunt principia corporum cælestium: tunc expositio erit vera: & tunc apologus erit conueniens veritati. Et si. quasi eius quod antiqui intendebant per deos illas substantias & qa iam philosophia inuẽta fuit & corrupta infinities: sicut alia artificialia. & hoc intendebat cum.d. cum iam dicta est multotiens &c. idest & cũ iam hoc dictum fuit & scitum multotiens: cum hoc possibile est in omni artificio & in philosophia. Omne a enim generabile est corruptibile: & omne generabile & corruptibile reciprocatur infinities. Deinde dicit & quod istæ scientiæ eorũ remanserunt quasi reliquiæ vsq; modo: & ideo opinandum est quod isti apologi sunt reliquiæ opinionum eorum quæ corruptæ sunt & destructæ.

V Philosophia inuẽta fuit & corrupta infinities. Idem. r. me. &. 3. de aĩa. com. 5. a Omne generabile est corruptibile: & omne generabile & corruptibile reciprocatur infinities.

Paterna quidem opinio & quæ à primis inquantum nobis manifesta solum. Quæ verò circa intellectum habent quasdã dubitationes. videtur quidem enim apparentium diuinissimum. Quomodo verò habens talis erit vtiq; habet quandam difficultatem. Nam si non intelligat quidem vtiq; erit insigne: sed habet queadmodũ vt sit dormiens sine intelligentia: huius verò aliquid principalis. Nõ enim est hæc sua intelligentia sed potentia: non vtiq; erit optima substantia: per intelligere eĩ honorabile inest. Amplius autem si intellectus sit substantia sine intelligẽtia qd intelligit: aut eĩ seipsum: aut alterũ aliqd: aut idem semper: aut aliud. aut vtrum differt aliquid: aut nihil intelligere bonum: aut contingens: aut inconueniẽs meditari de quibusdam. Palam ergo quod diuinissimum & honorabilissimum intelligit & non transmutatur. Indignius enim transmutatio & motus quidem iam tale. Primum quidem igitur si non est intelligentia sed potentia rationabile est

le est laboriosum esse ei continuationem intelligẽtiæ. Deinde palam quia aliud aliquid erit dignius ꝙ intellect⁹, scilicet intellectiuum. Etenim intelligere & intelligentia erunt indignissimũ intelligẽti. Quare fugiẽdum hæc eadem. Etenim nõ videre quidem quædam dignius ꝙ videre vt si sit optimũ intelligentia. Seipsum ergo intelligit siquidem est potentissimum & est intelligentia intelligere. Intelligentia videtur autẽ semper alius scientia: & sensus: & opinio: & meditatio ipsius: aut intercessorie. Amplius si aliud aliquid est intelligere & intelligi secundũ ꝙ ei ipsum bene inest. Nõ enim idem esse intelligentiæ & intellecto aut in quibusdam scientia res in factiuis quidem sine materia. Subst antia enim & quod quid erat esse. in theoricis verò ratiõcs & intelligentia: non altero igitur existente eo quod intelligitur & intellectu. Quæcunq; nõ materiam habent idem erũt: & intellectiua eius quod intelligitur vna. Adhuc autem restat dubitatio si compositum est quod intelligitur. Transmutabitur enim in partibus totius: aut indiuisibile omne quod non habet materiam: vt humanus intellectus: aut quod quid est compositorum habet in aliquo tempore: nõ em̃ habet ipsum bene in hoc aut in hoc sed in toto quodam quod optimum & ens aliud aliquid. Sic autẽ habet ipsa suũpsius intelligentia toto æterno. Sentẽtia aũt patrũ præcedens omnia est hæc: & quantũ declaratum est nobis ex illa: & est de intellectu tantũ: & in eo sunt plures dubitatiões videtur enim esse ex apparentibus vt sit valde diuinũ. Quomodo autem est tale valde est difficile: quoniã si nihil intelligit quid est illud nobile quod est ei. Non enim est ei nisi sicut dormienti: & si intelligit habet aliũ dominũ: quoniã hoc intelligere non est substantia eius: sed potentia in eo. Nõ erit igitur substantia nobilissima: quia nobilitas nõ inest ei: nisi quia intelligit: & etiã si substãtia eius est intellecta. Est igitur aut suũpsi⁹: aut alteri⁹: & si alterius quid est illud quod est vnũ: & non aliud: aut vtrũ non est differentia omnino intelligere bonum: aut quodcunq; aut possibile est vt sit intellectus in diuersis. Manifestũ est em̃ ꝙ ipse intelligit intellectũ valde diuinũ: & valde nobilem: & nõ transmutatur. Transmutatio enim est ad malũ: & quod est tale est aliquis motus: & primo si nõ intelligit sed est potẽtia: necesse est vt consecutio intelligendi inducat ei lassitudinẽ. Et postea manifestum est ꝙ valde nobile erit aliud ab intellectu & intellecto.

Non videre quædam dignius est ꝙ videre.

Indiuisibile omne quod nõ habet materiam.

X



Intelligere enim tũc erit eius quod habet intelligere vilius, & si ita sit oportet fugere ipsum. Non videre enim quædã est melius & nobilius quã videre: nobilius enim nõ intelligit: ergo intelligit se: & cum sit fortius: & ipse intelligit intelligere: sed ipse videt semper quod alterius est sciẽtia & non sensus. Et existimatio & intelligere suñpsius: aut accidẽtaliter: aut etiã si intelligere & passio sunt aliud & aliud: cum igitur ert bonitas quoniã essentia intelligendi nõ est eadem: & passio sicut in quibusdã scientia est scitum: quoniã in rebus intelligibilis substantia est sine materia, & quod est per essentiã. In essentialibus autem res est ratio & intellectus: intellectũ enim non est aliud ab intellectu. Omne igitur quod non habet materiã est idem: intelligere enim & passio est etiam idem. Remanet quidem dubitatio si intellectum est compositũ: quoniam si transmutetur in partibus totius: autvt diuiditur omne quod non habet materiam: vt intellectus humanus, & quod est cõpositus ex bonitate in hoc est secundum hunc modum: sed nobile in aliqua re est omne: & est aliud: & secundum hanc dispositionem intelligere est per se in omni seculo.

Quia ista quæstio est nobilissima omniũ quę sunt de deo. scilicet scire quid intelligit, & est desiderata ab omnibus naturaliter: & quia chaldei valde sunt perscrutati de ea: vocauit eam sententiam patrum: & dedit primo dubitationẽ de hoc quid intelligit deus. Et dixit. Videtur enim ex apparẽtibus quod est valde diuinum. id est, videtur enim quod manifestum est & apparent nobis quod necesse est vt sit nobilissimum omnium entium: ita quod nihil sit nobilius eo. Deinde dicit, quomodo autem est tale est valde difficile, id est, & quæstio non est in hoc q̃ deus debet esse perfectissimum & nobilissimum omnium: sed quæstio est quomodo erit hoc quod est in fine perfectionis in se secundum quod est talis dispositionis. Deinde dicit, quoniam si nihil intelligit &c. id est, quoniam necesse est si est intellectus vt semper sit secundum alterũ istorũ duorũ: aut secundũ dispositionẽ in qua sciens non vtitur scientia sua: aut in qua vtitur. Si igitur fuerit dispositione in qua sciens non vtitur sua scientia: tunc est quasi dormiens. & non inuenitur in eo dispositio nobilis, & hoc est inconueniens: & si est secundum dispositionẽ in qua sciens vtitur sua scientia: quid igitur est illud quod intelligit in illa hora: oportet quidem vt sit valde nobile in fine: quapropter erit aliud ens nobilius isto. Intellectum enim est perfectio intelligentiæ: & hoc intendebat cũ dixit: & si intelligit habet aliũ dominũ. D. d. quoniã substãtia eius nõ est hoc intelligere sed potentia in eo, id est & causa in hoc est: quia si intelligit aliud tunc substãtia eius non est actio eius: sed substantia eius erit potentia qua ũt ista actio: quapropter perficitur necessario per hãc actionem sicut intellectus perficitur in nobis per illud q̃ intelligit. D. d. ergo nõ erit substantia nobilissima omniũ entiũ quia

51 Nobilissima omniũ quæstionum quæ sunt de deo: est scire quid intelligit.

Intellectum est perfectio intelligẽtiæ.

nobilitas nō est ei, nisi quia intelligit, id est, ergo substātia eius nō erit ei nobilissima omniū entiū: quia nobilitas non est ei nisi quia perficitur per aliud: qđ aliud necesse est vt sit nobilius eo: quia intellectū est perfectio intellectus. Deinde dicit, & etiā si substātia eius est intellectus & intelligere est ipsius aut alterius, id est, & si substātia eius est in hoc quod intelligat: necesse est aut vt intelligat se aut vt intelligat aliud extra se. Deinde dicit, & si alterius: quid igitur est qđ semper est & non aliud, id est, & si suū esse semper est in hoc qđ intelligat aliud: quid si igitur illud qđ semper est vnū per se sine alio: hoc enim non est quia sit per esse alterius ecōtrario illi qđ positū est de primo principio scilicet qđ primū principiū est illud qđ semper est sine hoc qđ indiget altero.

Deinde dicit, & vtrū nō est differētia &c. id est, & contingit vt nulli differentia sit in ponendo primum principium intelligere, & interponēdo intelligere quodcunq; sit siue bonum siue malum.

2 Deinde dicit, aut impossibile vt intelligat in diuersis &c. id est, aut dicamus qđ impossibile est vt intellectus eius perficiatur per aliud quodcūq; sit. Illud enim qđ intelligit quodcūq; intellectus eius cōsequitur illud qđ intelligit, id est, quoniā semper est sub eo in ordine. Sed manifestū est & notū nobis qđ intellectus diuinus necesse est vt sit valde nobile & valde perfectū. Et etiā qđ intelligit aliud: trāsmutatur in sua substātia in aliud, & omne qđ trāsmutatur in aliud possibile est vt trāsmutetur in aliud quādo trāsmutatur in vilius eo, id est, qđ cū primū intelligat quidlibet: necesse est vt trāsmutetur in vilius. D.d. & qđ est tale est aliquis motus, id est, & cuius intellectus est talis vel talis intellectus scilicet exiens de potētia in actū: sicut est demōstratio intellectuū: intellectū eius est motus, & omnis motus est a motore: quapropter primū patitur & mouet ab alio. Deinde d. & si primo si nō intelligit &c. id est, & si trāsmutetur in suo intellectu ex aliqua in aliquid, id est, quia nō intelligit aliquid & post aliud sicut intelligit intellectus in nobis non subito: necesse est vt successio intellectorū faciat ei lassitudinē quādo vult intelligere eas & numerare eas insimul. Et hoc nō cōtingit nisi cū ponerimus ipsum intelligere omnia successiue. Cū autē posuerimus ipsum intelligere subito: nō cōtingit hoc: sed cōtingit vt in eo sit multitudo: & quod perficiatur per vilius. Deinde dicit, & manifestū est qđ nobile valde erit aliud &c. id est, manifestū est qđ principiū nobilissimū non acquirit nobilitatē nisi per suā actionē: quēadmodum intellectus in eis qui intelligunt scilicet quoniā nō acquirunt nobilitatē nisi per actionē intellectus. Si igitur primum intelligit vilia: cōtingit vt sua nobilitas sit intelligēdo vilia: quapropter & sua actio erit vilissima actio actionum.

Y Deinde dicit, si igitur necesse est fugere hoc &c. id est, si igitur oportet nobile fugere, actionē vilē: necesse est apud nos nō videre quędā esse melius quā videre, & nō est necesse quāuis videre nobilius est quā non videre vt sit simplex sic: sed in rebus nobilioribus dixit hoc. Sed ne aliquis dicat qđ cōtingat ex hoc vt primū ignoret plura: & quali dicat rūdendo qđ ignorare vilia est melius quā scire. D.d. nobilius igitur nō intelligit scilicet viliorē vel sic: nobiliorē eis nō intelligit. D.d. ergo intelligit se, id est, & cū impossibile est ipsum intelligere vilius aut nobilius cū nō est nobilius qđ intelligat, ergo intelligit se. D.d. cū est fortius &c.



tius &c. id est, cū sit nobilioris intellectū omnibus rebus, &c. d. hoc quia intellectus in nobis nō intelligit se nisi accidētaliter. D.d. & est ei, & ipse intelligit intelligere, id est, & intelligit suā actionē quæ est intelligere suum eius substātia est sua actio. D.d. sed semper videmus qđ alterius est scientia & sensus &c. id est, sed videmus cognoscere & sentire & existimare & intelligere esse aliud ab eo cuius sunt, id est, ab intellecto cognito & sensato & existimato in nobis: hæ eius actiones ex istis virtutibus sunt aliorū nō sui ipsorū nisi per accidēs scilicet quia sensus & existimatio & intellectus sunt intellectū & sensati & existimati nō per se sed per accidēs, id est, qđ intellectus in nobis nō intelligit se nisi per accidēs scilicet quia accidit intellecto qđ sit forma intellectus: & similiter, accidit existimato qđ sit existimatio: & sensato similiter qđ fuit sensus sentire: & hoc fuit quia intellectus nō est in nobis intellectū omnibus modis & magis remotū: hoc est qđ sensus sit sensatū. D.d. si intelligere & passio sit aliud & aliud, id est, qđ si iste intellectū intelligit aliud & tūc erit patiēs & faciēs & passio: ex quo igitur erit nobilitas in patiente vtrū ex passione aut essentia patiēte aut ex eo a quo fit passio. Ista eius tria sunt cōsimilia & dissimilia in eo qđ intelligit aliud. & ideo sicut essentia intellectus nō est eadē cū intelligere qđ est actio intellectus in nobis, & intellecto in nobis intelligere nō est idē omnibus modis. & causa in hoc est quia intellectū in nobis est aliud ab intelligēte. In eis autē quæ sunt nō in materia cōtingit vt intellectū & intellectus & actio intellectū sint idē. Et hoc intēdebat cū. d. & sicut in quibusdā rebus scientia &c. id est &, sicut videm⁹ q vere possim⁹ dicere qđ scientia est res scita, & res scita est scientia q est in materia: sicut de artificio & artificiali. dicimus eius q forma artificialis quæ est in materia, & quæ est in anima artificis est eadē: quātomagis debet esse in reb⁹ intelligētib⁹ quib⁹ materia non admiscet, & nō sunt nisi forma & essentia signās esse rei. D.d. in reb⁹ autē essentialib⁹ &c. id est. reb⁹ autē speculativis diffinitū est; diffinitio & intellectū intellect⁹. D.d. intellectū eius nō ē aliud ab intellectu, id est, intellectū igit in reb⁹ abstractis a materia digni⁹ est vt nō sit aliud ab intellectu. D.d. omne igit qđ nō habet materiā &c. id est, declaratū est igit qđ omne carens materia, & intellectū & intellectus in eo idem est.

Et cū declarauit q nihil intelligit extra se: incepit quærere vtrū illud qđ intelligit ex se est vnū simplex aut multa cōposita, &c. d. relinquit aūt dubitatio si intellectū est cōpositū: quū tūc qū trāsmutat in partib⁹ tot⁹ id est. remanet igit dubitatio in intellecto ab eo vtrū sit simplex aut cōpositū ex multis intellectis: sed si fuerit cōpositum ex multis intellectis: necesse est ipsum esse diuersarū partiū nō cōsimilū quia tale multa intelligit: & q intelligit; multa intelligit aliqua extra se quę aliqua sunt causę ipsius. D.d. & nō diuidit omne qđ habet materiā: vt intellect⁹ humanus potest intelligi: qđ omne intellectū intellectus: cuius intellect⁹ nō habet materiā: & est illud qđ idē est in eo intellectus & intellectū: impossibile est vt diuidat sicut est possibile vt diuidat in intellectu humano: si causa diuisiōis in intellectu humano est qđ intellectū aliquo modo est aliud ab intellectu: quū si intellectus & intellectū in eo essent vnū; omnibus modis nō cōtingeret ei vt in intellectu eius essent plura. Causa eīm multitudinis est alietas inter intellectum & rem intellectam in nobis.

Ignorare vilia est melius quam scire. Intellect⁹ in nobis nō intelligit se nisi accidētaliter. vide. 1. de aīa. t. c. 2.

A In abstractis a materia idē est intellectū intelligens & intellectio.

3

Causa multitudinis in intellectis ē alietas inter intellectū & rem intellectā in nobis.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Et potest intelligi qđ signũ eius qđ omne carens materia nõ diuidi-
tur in eo intellectus ab intellecto est intellectus humanus. Videmus enĩ
ipsum liberatũ a materia in se: & quãuis nõ sit liberatus simpliciter in
tellectus & intellectus in eo idẽ est: & cũ ita sit illud quod est liberatũ a
materia simpliciter intellectũ & intellectũ in eo idẽ est simpliciter. De
inde dicit, & quod est cõpositus de honitate in hoc est secundum hunc
modũ, id est, & res cõpositæ nonaddunt sibi in nobilitate adinuicẽ ni
si in paucitate compositionis & propinquitate eorũ primo simplici in
illo genere, & cum fuerit aliquod genus intelligentiarũ quæ diuersan-
tur adinuicem in cõpositione, scilicet in alietate intellecti in eis ab in-
tellectu nobilius eorũ est illud quod est minoris cõpositionis in illo ge
nere: immo illud est simplex in illo genere. Deinde dicit, immobile in
aliquo est omne & est aliud, id est, immo necesse est vt nobile in omni
genere sit omne & simplex indiuisibile & singulare & per se extra cõ-
positũ scilicet quod substãtia eius nõ est in cõpositione. Verbi gratia
quod calida nõ semper abũdant adinuicẽ nisi in paucitate & multitudi-
ne caloris, & ideo calidũ simpliciter est in quo nõ est cõpositi ignis: cũ
nõ admisceatur ei aliud corpus propter qđ fiat modici caloris: & sem-
per primus intellectus necesse est vt sit simplex & vnũ simpliciter. De
inde dicit & secundũ hanc dispositionẽ intelligere est per se in toto se-
culo, id est, & quia nihil intelligit extra se: cũ sit simplex: tunc cũ intelli
git sẽnõ accidit ei trãsmutatio neq; lassitudo in omni seculo: sicut acci-
dit intellectui in nobis, & sic debet esse in alijs intelligentijs abstrãctis.

Res cõpositæ nõ addũt in nobilitate sibi adinuicem nisi in paucitate cõpositionis & propinquitate eorũ, p simplici in illo genere.

Digressio qua ostẽdit quomodo intellectus primus est simplicissimus & tamẽ vnum intelligit.

Sed primus est simplicior eorum, & ideo est vnus simpliciter sine alie
qua multiplicitate: neq; propter alietatem intellectus & intellecti: neq;
propter multitudinẽ intellectorũ. Multitudo enim intellectorũ in eodẽ
intellectu: sicut est in intellectu in nobis cõsequitur alietatẽ quæ inueni
tur in eo scilicet alietatẽ intellectus & intellecti in nobis: quoniam cum
intellectus & intellectum fuerint adunata perfecta adunatione: contin-
git vt intellecta multa plura quæ sunt intellectus illius adunentur: & ter
minant vnum & simplex omnibus modis: quoniam si remanent illa in-
tellecta quæ sunt in vno intellectu plura, & non adunarentur cum essen
tia intellectus, tunc essentia eius aliud erit ab eis. Et cum hoc ignora-
uit Themistius dixit quod possibile est quod intellectus intelligat mul-
ta intellecta subito: hoc enim contradicit sermoni nostro cum diximus
quod intelligit se & nihil aliud extrinsecus: & quod intellectus & in-
tellectum in eo sunt idem omnibus modis. Deinde enim quod intelli
git omnia ex quo intelligit se esse principium eorum. Et omnia ista
sunt eius qui non intelligi demonstrationes Aristotelis, sed tamen hic con
tingit inconueniens in hoc loco: & est vt sit ignorans ea quæ sunt hic, &
ideo dixerunt quidam quod ipse scit omnia quæ sunt hic scientia vni-
uersali non scientia particulari.

Impugnatio Quomodo intellectus diuinus ostã scit secũdũ Auerro.

Et veritas est quod primum scit omnia secundum quod scit se tantũ
scientia inesse quod est causa eorũ esse. V. g. qui scit calorẽ ignis tantũ nõ
dicitur nescire naturã caloris existẽtis in reliquis calidis: sed iste est ille
qui scit naturã caloris, secundũ quod est calor. Et similiter primus scit
naturã entis in eo qđ est ens simpliciter quod est ipsum. Et ideo hoc
nomẽ scientia æquiuoce dicitur de scientia sua & natura. Sua enim scien-
tia est

Hoc nomẽ scientia æquiuoce dicitur de scientia dei & de

B

scientia nostra.



tia est entis: ens autem est causa nostræ scientiæ: scientia igitur eius non
dicitur esse vniuersalis neq; particularis. Illud enim cuius scientia est
vniuersalis scit particularia quæ sunt in actu in potentia scita. eius igi-
tur scientia necessario est scientia in potentia: cum vniuersale non est nisi
scientia rerum particularium. Et cum vniuersale est scientia in potẽtia
& nulla potentia est in scientia eius: ergo scientia eius non est vniuersa-
lis. Et magis manifestum est quoniam scientia eius non est particula
ris. Particularia enim sunt infinita & non determinantur a scientia. Ille
igitur primus non disponitur per scientiam quæ est in nobis: neq; per
ignorantiam quæ est ei opposita: sicut non disponitur per istas illud qđ
non est natum habere alterum: declaratũ est igitur aliquod ens esse scitũ
de quo non erit fas dicere sibi.

Scientia dei non est vlis neq; particularis. Idẽ libro destruãtio destruãtionũ. 12. i solutiõe secũdi dubij.

Perscrutandum autem est qualiter habet totiens natura bo-
num & optimum: vtrum separatum quid & ipsum secundũ
se: aut secundum ordinem: aut vtroq; modo: sicut exercitus.
Etenim in ordine ipsum bene & dux exercitus: & magis iste.
Non enim iste propter ordinem: sed ille propter hunc est. Oĩa
verò coordinata sunt aliqualiter sed non similiter: & natatilia
& volatilia & plantæ. Et non sic se habent vt non sit alteri
ad alterum nihil: sed est aliquid. Ad vnũ quidem enim omnia
coordinata sunt: sed quemadmodum in domo liberis non li-
cet quod contingit facere: sed omnia vel plura ordinata sunt.
Seruis verò & bestijs parum quod ad commune: multum ve-
rò quod contingit. Tale nãq; principium cuiusq; ipsorum na-
tura est. Et perscrutemur etiam quomodo in natura totius
bonum: & nobile: vtrum sit aliquid distinctum per se: aut per
ordinem: aut vtroq; modo: vt in exercitu. In ciuitate enim est
bonum: & in duce exercituum: & iste magis. Iste enim non est
propter ordinem: sed ille propter istum: omnia enim ordina-
ta sunt insimul aliquo modo: sed non ordine consimili sunt na
tatilia & volatilia & plantæ: sed tamen non sunt in tali dispo-
sitione in qua non comparantur adinuicem omnino: immo
aliquid: omnia enim ordinata sunt adinuicem in respectu ali-
cuius: sed quemadmodum liberi domus raro licentiantur ad fa
ciendum quicquid comprehendunt: sed omnes actiones eorũ:
aut plures sunt ordinatæ. Seruientes autem & lupi in pauco
communicant illis in actione: & pars maior actio tãtum isto-
rum est quocunq; quolibet: & qualibet. Principium enim cu-
iuslibet est tale sicut natura.

C

